Semper concilio castris bellisq; tremendus
Hortatu dux ipse bonus ac pectore fortis.
Constructas acies firmauit in agminæ primus.

¶ Eo regnante precibus beati Remigii frater suessionū pontifex: vedastus attrebatium & Auitus nouiomēsiū ecclesiis præerant: arrianis magnopere contrarii.



SVccedentes Clodouæo filii quos quatuor ex clotilde susceperat. regnum quadrifariā concordibus raro euenit (quod de imperio agitantibus animis) partiti sunt Theodoricus mediomatricos qui & mettenses: Clodomirus genabūque aurelianus: clotarius suessionem. Childebertus parisios obtinuit. Hi oēs cum sese mutua amicitia colerēt regio noīe seorsum assumpto dani mettēsem agrū inuadunt p̄das faciētes: in quos theobertū filiū cū iustis copiis Theodoricus mittit. Fusis danis: ad patrē cū bono captiuorꝫ nūero triūphās Theobert⁹ se recepit. ¶ Interea clotildis filios ad se parisium conuenire mādat. Atq; (vt erat appetēs vindictę fœmina) īiuriā illis apit p̄rnę necis. Ad se quidē burgundi regni portionē p̄tinere: sed gōdobaldi potētia atq; crudelitate vtroq; parēte orbatā se & herędītate priuatā eē. q̄ obrē p̄cari vltionem paricidę Gōdobaldi piter assumāt. Moti maternis p̄cibus filii: cōtractis copiis burgūdis bellū īdicunt.

Clotildis ad filios suos


Bellum in burgundos.

Quos p idē tps (Gōdobaldo patre vita functo) sigismūdus moderabatur. Qui delectu militū habito: aduersus Frācos se obijcit. Dimicatum est acerrimis viribus. Sed inclināte ad Clodomirū fortuna sigismūdus in fuga capitur. vinctusq; aureliam missus est. quē non multo post clodomir⁹ pariter cū liberis interemptū in altissimum puteum deijci iubet. Sed inde tandem exemptos ad diui mauricij monasteriū quod nō longe ab octodoro sabaudie vico simōgismūdi frater extruxerat efferri: ibiq; sepeliri permisit. ¶ Huic clodomiri fortunae aduersa successit. Nāq; cognito q̄ Gondeuall⁹ burgūdionū impiū vēdicaret: bellum reintegrat. Sed dum longe a suis clodomir⁹ hostē psequit̄ a multis circūuent⁹ (q̄q̄ furētibus oculis & minaci vultu terrori eēt) inimicis cōiectis vndiq; telis appetitus: pugnacissimus rex temeritatis suae poenas luit. Amisso rege Frāci nihil pauētes dn̄i sui mortē vlcisci pseuerāt. Verso in fugā burgūdione multis interemptis: vicos agrosq; depopulantur atq; incendunt. ¶ Erāt clodomiro liberi mares tres. Theodoaldus, Gontherus, & clodoaldus. Quos a patris morte educandos apud se clotildis recepit. ¶ Clodomiri morte nunciata Clotarius atq; childebert⁹ fraterne necis vltores coacto exercitu in burgundiā pgūt. Fugato gōdomaro, eiusq; vxore in captiuitatē abducta: vniuersa burgūdia potiūtur. ¶ Hoc bellū mox hyspaniēse secutum est. Cui amalricus cām dedit. Hic in extrema gallia q̄ ad pyrheneum spectat in icolis: hyspaniā cū gothis tenebat. Mortuo vero clodoueo ītactam antea regionis ptē almaric⁹ occupauit. Vnde aīos tollēs: ad reges francos de ea re nuncium mittit. petitq; eorū amicitia frui liceat: atq; ex eorū familia ducere vxorē. Nō indigna petitio regib⁹ visa est Sororē virginē illi dāt. Quā regio fastu susceptā. Amalricus liberaliter primū: mox cōtēptissime habuit. Quippe qui arriano veneno ībutus rectae fidei mulierem despuebat. adeuntemq; ex more xp̄iano ecclesias contu-

Amalricus.

melijs psequebat. Lutoq; p viã a pueris mãdabat, cõtaminari. Hoc diu passa mulier regibus p lras significat quae a viro infideli tolleraret: laturaq; esset nisi amalrici petulantiã temeritatemq; cõpescerent. Crebro mulieris questu pciti reges cogunt exercitum. At childebertus sublimi vir aio non expectato clotario: militẽ in amalricũ educit. Cognito quid in eũ a childeberto parabat: magnã quoad potest manũ amalricus terra mariq; cogit: tueri se festinãs. Aduenietibus frãcis hostiliter occurrit: & qq militũ nũero iferior eet in fortitudine tñ spẽ oẽm firmauerat. qua prima eximiaq; virtute victoria sepenumero visa est cõparari. Pugnatũ ẽ equis virib9 diu acriterq;. Sed gothis cedentib9 victoria penes childebertum fuit. fugientem amalricũ dũ aiaduertit miles quidã frãcus: excitato calcaribus equo: tyrannũ lancea confodit. Qua recognita, rex frãcus mediã peteẽs hyspaniã gothos icredibili diligẽtia psequit: donec toletũ ad ãnis tagi ripas munitissimã vrbẽ accessisset. quã obsessam: & a ciuibus nõ segniter defensa capit captã oib9 exactissime coaceruatis bonis spoliat. atq; ita sorore recepta & mox morbo dũ reuertit absũpta ad pris sepulchrũ parisijs collocat defunctã. Quos vero calices & vasa sacra toleto exportauerat religiosis regni sui locis distribuit.

Toletum capitur. Tagus.


IIs vt memorauim9 a childeberto gestis nũciatur theodoricũ fratrẽ mõtẽ clarũ aruernię primariã ciuitatẽ: quã ab eo childebert9 abstulisset recepisse psidio iterfecto. dũ ciuitas a theodorico obsidetur miles qui i obsidiõe erat accepto q i diui iuliani tẽplo plerią; ciues fortunas suas cõtulissent: in tẽplũ refractis forib9 irrumpit: & cũcta diripiens exportat. Sed ptenus vindex sacrilegij deus platores corripit insania: horrenda voce clamantes. Cur o btẽ martyr tã dire nos crucias. Hoc exẽplo doct9 qui militiã sequitur tẽperet a rapinis ne sacris locis iniurius sit. Apprehendit interdũ poena sacrilegos, & suas deus iniurias graui

Sacrilegij pena.

ter vlciscit. Qđ siginaldus aruernorũ p̄fect⁹ nõ ignorauit. Itaq; licẽtia dominãdi elatus: postq̃ multa ab incolis surripuit: villã burgratensem quẽ Tetradius ecclesiæ diui iuliani donauerat occupauit. moxq; mente captus nõ prius sui compos factus est q̃ villã reliquisset compensatione exhibita rerũ quas temere abstulerat. Sed re intra paucos dies cõposita cõcordibus aĩs reges in Hermofredum Thoringię principem bellum mouent/ ꝓpterea ꝙ suasu amalbergę vxoris duos quos habebat fratres Bercariũ & Baldricum necauerat: delatos ꝙ regnũ affectassent. Thoring⁹ re cognita: collecta magno nũero manu: dolo. itercipere frãcos ĩstituit. Fossã altã qua frãc⁹ iter facturus erat longitudine magna ꝑduxit cespitibus desup coniectis: vt specie virentis herbę miles illusus fraudem nõ ꝑciperet. Detecto per exploratores dolo: reges irritatiores facti hostẽ ferocius ꝓsequuntur donec effusa fuga thoringi ad flumen ꝙ eorũ lingua onestrut vocant se recipiunt. Vbi ad fluminis ripam reuocato ex fuga milite bellũ instaurãt. Sed cedere coacti ĩ ꝓfluẽtũ se promiscue cõmittunt. Factaq; est eorũ tãta strages: vt occisorũ cadaueribus pontis loco francus vteretur. Hermofredus tñ cũ paucis ĩ vrbẽ quandã quę regio theodorico postea fuit se recepit. Ad quẽ dimisso nuncio theodoricus salutẽ pollicetur/si ad castellũ tulbiacũ ꝙ nõ procul erat se cõferre nõ pigritaret. Nũcianti fidẽ adhibẽs hermofredus ad theodoricũ se cõfert. Dũ vna ad pinnas castelli iambulant & fabulant. theodoricus hermofredũ cubito impellẽs eũ e muro pręcipitat: quo lapsu interijt. Deinde liberis ei⁹ necatis: oẽm regionẽ in ꝑtãtẽ rex accepit: ibiq; id tp̄s morat⁹ lothariũ fratrẽ: licet auxiliaris illi ĩ hoc bello fuisset: clã suspectũ habuit: siue ꝙ bene gesti belli partẽ ad se verteret: siue quia (vt est human⁹ aĩus) causas q̃reret vsurpãdi fraterni regni qui finitimus esset: & ideo inuidię theodorico esset. Dissimulato odio theodoricus precatur per nũcios fratrem ad se in thoringiã veniat

Bellũ aduers⁹ hermofredũ

Dolus regis theodorici.

habere q ex vtriusq; cõmodo sit. Ad quẽ nihil a fratre doli metuens Clotarius accedit. Occultos post tapetem in cęnaculo milites Theodoric⁹ in armis locauerat. Qd cum paulo altius penderet velũ/Clotarius cænaculũ ingressus: armatorum pedes conspicatus: fraude deprehensa restitit: admonitisque quos secum habebat clientibus clam armari eos iubet. Theodoricus animaduersum a fratre dolũ intelligẽs: ioco suspitionẽ purgauit: hĩto deinde cum fratre colloquio argẽteo vase qd peluim vocant Lothariũ donat/atq; ita discessum est. Verũ sollicitatus ira Theodoric⁹ peluim a fratre p filiũ repetit belli occasionem meditans si vas non redderet. Impetrat a patruelli Theodebertus adolescẽs: & vas ad patrẽ refert. Sed tandẽ in apertum se Theodorici ira prodidit. Crebris incursionib⁹ in alterutrũ factis pax ĩter eos paucis post diebus conuenit. quę tamen susurronum delationibus violata est: obsidibus qui apud Theodoricum erant interfectis. Nihil em̃ apud dominandi cupidos ꝓbitatis aut fidei est. Libidine em̃ habẽdi reges feruntur/nec amicis/nec generi indulgẽt suo. ¶ Interĩ dũ se fratres odijs agitãt Clotildis mater ex Clodomiro nepotes diligenter non secus ac ex se natos apud Parisios procurabat. Hac suspitione ductus Childebertus: quasi illos regina ad regnandum educaret: accersito fratre Clotario quid de matre nepotibusq; pẽsitet aperit. Placuit visendi eos causa: atq; cognoscendi si illorum ætas diuisa inter illos hęreditate ad principandũ ydonea esset: ad se per archadium quẽdam mitti. Læta nuncio Clotildis dimissos nepotes patruelibus cõmendat. Quibus in cõspectũ adductis maiorem natu Clotarius mox terræ allidit: ense per ilia adolescẽtis prostrati traiecto. Hic perterritus alter ad Cildebertũ se proripuit: orãs vt se ꝓtegeret. Qui siue miĩam simulãs, siue reuera pueri misereret: clotariũ placare pgit. In quẽ ĩdignabũd⁹ rex: tu ĩqt hui⁹ auctor facioris es: & nunc pœnitet cõsilij: aut ergo illũ proijce abs te:

A patruelibus nepotes occiduntur.

aut mortẽ meis manibꝰ obito. Ad hæc verba dimissum puerũ clotarius obtrũcat. Interim dũ in nepotũ nece iitẽ tos reges clodoaldus videt: auxilio ꝓcerũ dilapsus. clericatũ ꝓfessus est & sacerdos effectus vitã religiosissimã vixit. Scribũt quidã vna cũ pueris nutrices quoq; eẽ necatas. Huius sceleris ĩmanitatẽ aliud nõ minꝰ ĩ hũanum ꝑcessisse tradũt ad priorẽ nũciũ archadium de pueris ad reges deducẽdis vridanũ quẽdã aulicũ protinꝰ clotildẽ regio iussu adiuisse: eiq; gladiũ & forpicẽ obtulisse: ad anceps oblatũ Clotildẽ musitasse: mox ex vridano q̃siuisse quid hoc oblatũ ꝓtẽderet: illũq; r̃ndisse gladiũ necẽ: forpicẽ sacerdotiũ in nepotibus ominari: expectare se vtrũ regina eligeret. Demũ hęsitantẽ reginã negasse nepotes sacerdotes fore. s. de filiis regibus securã ꝙ inocẽtibꝰ nullã vim ĩferẽdã formidaret. Sed regnũ ãbiẽtibꝰ odiosa miseratio est. Tã crudelẽ nepotũ necẽ & si modestissime ferret clotildis: eã quoq; insequẽs belli motꝰ misera sollicitudine cõfecit. ¶ Theodorico quẽ mettẽsibus impasse scripsi vita sublato: theodobertꝰ paternũ regnũ suscepit. Qui aduersꝰ clotariũ ĩ societatẽ belli ꝙ iã diu childebertus pisiorũ rex aĩo agitabat accitus vocãti childeberto auxilio fuit. Iũctis ergo pari fide exercitibus in clotariũ ꝓficisci constituunt. Ea re clotildis cognita: relictis parisiis turonũ abiit: diui Martini ædẽ lachrymans ĩgreditur. Orat religiosa mulier btissimũ confessorẽ ꝑces eius exaudiat: neq; sinat fratres reges: filios suos inter se conflictari. qui tametsi cõpluribus essent inquinati flagitiis: occurrat tamen furẽtibus ne insania efferati fraternitatis quoq; obliuiscant̃. clotildis orõne & bñ de deo meriti pontificis interuẽtu credi põt in beniuolẽtiã fratres rediisse. Nã cũ acies non procul: constitissent: ortis imbribus: tonãte supramodũ cœlo: atq; validissimo insufflante vento: tãta tẽpestate childeberti theodebertiq; copię attritę sunt. vt nihil illis sibi armorum ꝑter clipeũ reliquũ habuerĩt. Procũbẽtes humi milites laceris vestibus & sagis diem

illũ vltimũ sibi certo esse credant.equis insup p multa miliaria diffugiẽtibus rari recepti sunt.quin ipsis regib⁹ cęlestis ignis qui crebro fulgure cõtinẽter micabat,timo rẽ incussit:ne cũ tẽtorijs ĩcẽdio vna flagrarent: cũ huius tẽpestatis nulla ꝑcella neq; vllius pluuiæ gutta Clotarij militẽ attigit.Hoc terribili admodũ prodigio haud dubie intellexerunt reges recte ĩ illos dei irã exerceri ꝙ in nocentẽ fratrem bello pdere cogitassent. Missis ergo ad clotariũ legatis:pacẽ vltro pollicẽtur:q̃ vtrinq; data discessum est.Hæc in agro aurelianensi apud cõbrũ vicũ gesta fuisse cõperio. Post hęc Childebertus velut ad bellũ natus esset:breui requie militib⁹ cõcessa comitãte fratre clotario ĩterracones mouet.Cui⁹ belli cãm ab auctoribus traditã nõ inuenio.Credo eũ prędæ & regnãdi solum cupiditate affectum huic bello incubuisse.Pria hui⁹ expeditionis castra ad cęsar augustã vrbẽ childebert⁹ sistit.Quã circũuallatã oppugnare iubet. Ciuib⁹ fortissime sese primũ tuentib⁹:cũ altera insuper oppugnatione primi expectarẽt ad dei opẽ conuersi supplicationẽ decernũt.circũeunt p pomerium ciuitatẽ resonãte diuinis hymnis clero.Quẽ cõcẽtũ vbi aĩaduertit childebert⁹ cognoscit p ruricolã quẽdam supplicationẽ ritu xp̃iano a populo fieri.vt miserto ciuitatis deo in hostiũ ptãtẽ nõ veniãt.Ea re cognita & ꝙ xp̃iani essent childebert⁹ rustico impat loci pontificẽ adeat moneatq; ad se ĩ castra venire.Edoct⁹ a rustico pontifex ad regẽ nihil verit⁹ accedit.Quẽ affat⁹ childebert⁹.quia ĩquit:o p̃sul cõptũ nobis ẽ vos xp̃i sacris initiatos eẽ:eiq; religiose famulari decretũ nobis est pcere ciuitati: obsidionẽq; soluere:si mõ de diui martyris vincentij supstitib⁹ apud vos monumẽtis aliqd nobis imptiemini. Regis volũtate ad clerũ relata sepulchrũ martyris pontifex adit:indeq; susceptã stolã & tunicã regi dono cõtulit.Quę religiosissime suscepta rex p sctẽ asseruabit.Obsidiõe igit liberata ciuitate cũ de ꝓuicia cũ pontifice nihil ĩteruenisset digrediẽs

Mirum.

Bellum terracones a childeberto gestũ cæsar augusta obsessa est.

Reliquię diui vincentij.

exercitus agrum caesar augustanũ vastauit: atq; ita Parisium adueniẽs ędem diuo Vincẽtio dicat monachis ibidem institutis quibus eas quas de martyre induuias habebat attribuit. Huic monasterio diui Germani de prætis appellatio in hodiernum diem manet.

Mõsteriũ beati vincentij extructum.



Ebus in hyspania (vt p̃missum est) gestis/ theodorici mors regi renũciata est. huic filius theodebertus quia regno successisset/ iniquo aĩo Childebertus tulit. Cõicato igitur cũ fratre Clotario cõsilio a Theodeberto regnũ surripere meditantur. Quorum coeptis rex prudẽs occurrẽs priusq̃ in apertum prodiret dolus: insurgentẽ in eum debita erga auunculos reges obseruantia retardauit. Eã ob rem alios sibi vultus effingens childebertus satius esse censet beniuolentia vti q̃ nepotem regem eundemq; potẽtem lacessere quẽ facile superare non posset: vocatũ igitur ad se Theodebertum blande excepit: pręciosisq; muneribus donatum a se dimittit. Adeo rara est inter principes amicitia: aut enim liuore perculsi: aut imperij maiestate feroces: aut (quod plerumq; accidit) aliorum potentiã suspectã habentes occultis inter se dolis agere solent. Interea senio morboq; confecta Clotildis mater moritur. pręclarę religionis foemina & diuo Martino Turoneñ. p̃suli praecipue deuota. Quam turono vrbe regia põpa elatã filij reges ad Clodouęi tumulũ apponũt. Eleuatumq; nunc veneratur corpus eius in capulo ac pheretro ibidem adhuc cõspicuo. Eodem ferme tẽpore theodebertũ vltima fata assumpserunt: relicto filio Theodebaldo regni paterni hęrede clotario autẽ iniqua iterum fortuna aduersata est. Nã maribus liberis septem & foeminis duabus cum beatus hominum opinione haberetur crannus patri cõtumax extitit. A quo in aquitaniã missus praemere populum vectigalibus coepit. Ea re cognita Clotarius crannũ domum reuocat. Qui cõtẽpto patris imperio ad Childebertũ quem non bono sa-

Clotildis m̃r moritur.

Crãni rebellio.

tis in patrem animo esse arbitrabatur se contulit. Addit ad exulceratū childeberti animā nouas indignatiōes: iureq; iurando se per sancte astringit oppugnaturum perpetuo patrem. Securus igitur acceptę fidei a cranno childebertus bello persequi Clotarium cōstituit. Eo quidem tēpore dum Clotarius expeditionē in saxones haberet. Quos cum semel ꝓspere superasset/secūdo in eos mouens ꝙ promissum tributum nō soluissent/q̄uis prælium deprecarentur/ & imperata se facturos pollicerētur: pugna non abstinuit: in qua multis frācis occumbentibus Clotarius cum paucis ad suessiones regressus est aduersus crannum gontrano atq; ariberto in acquitaniā Clotarij iussu mouentibus. Childebertus cāpaniam infesto exercitu incurrit. Inde vastatis agris cum præda multa reuertentem post nonum & quadragesimū regnandi annum mors occupat. anno salutis quingētesimo quiquagesimo nono mortuo apud ædē Vincētij martyris ꝓxime parisios sepulchrum fuit. Childeberti morte quia liberis careret omnia ad Clotariū peruenerunt. Quo accessu Frācorum regnū magnū incremētum accepit. Sed aucto regno: auaricia Clotariū inuasit. Excogitauit eñ tertiam ecclesiasticorum prouentuum partem accipere. Cuius concupiscentię assentientibus ipsis: vnus tantum turonorum antistes iniuriosus resistit: dicens. Si quæ deo dicata sunt auferes: & de pauperum horreis tua perges explere: regnum a te auferet deus. Qua increpatione territus Clotarius incœpto abstinuit: Eadem tempestate inter francos erat atq; hyspanos de celebrando paschate contentio. Illi enim. xviij. Kal. Maij. hi. xij. Kal. aprilis festum diem obseruabant. Sed hec pertinax varietas finem diuinitus accepit. Nam sabbato sancto dum cathecumini ad regenerationis lauachrum accedunt salutaris apud hyspanos aqua peraruit: cum eadem apud francos redundaret. Gregorius turonen. chilperici ętate hoc euenisse tradit.

Controuersia de paschate.

Eiusdem compendij. Liber secundus.



Lotari⁹ regno assūpto cranni⁹ al's cramiris (vtrūq; ei scriptū iuenio) temeritatē vlcisci pseuerat: rat⁹ pl⁹ audere i eū cęteros: si repugnātē filiū nō flecteret. hito igiť delectu militū: in rebellē pgrediť. Quē veniētē audiēs crann⁹ ad conobaldū sibi finitimū aquitaniæ regē pgit: quo adiutore prēm plio excipet. Sed conobalb⁹ cū i sacellū diui Martini clotariū fugiēs se recepisset: neq; īde vllis pollicitatiōib⁹ educi posset: īmisso igni pitèr cū sacello cremať: q nō multo post tpe rex iussit instaurari.

Sacelli diui Martini exustio.

Mox crān⁹ nihil morat⁹ ad britonū comitē senabutū se cōtulit: vbi receptis ex fuga militib⁹ quū terrā mariq; iustū exercitū coegisset pio pri fili⁹ nocēs & armat⁹ occurrit. Ordinatis ad pliū alterutris copijs de pace p legatos tentatū est. Negāte cōditiōes pacis clotario: armis decertare cōuenit. Sed nō ignar⁹ pr q dubi⁹ sit belli exit⁹: dei añ oia opē iplorās. Iuste de⁹ īquit aspice: & q dauidi regi de filio absalone iudiciū fecisti mihi imptito. Atq; ita ī pliū vtraq; acies cōcurrit. Diu stetit dubia victorię spes demū ad Clotariū īclinauit. Fugati psligatiq; sunt hostes. Inter quos bona britonū ps cęsa est: cranno cū vxore & liberis ītercepto. Quē ī scāno p lictorē alligatū cremari cū vxore & liberis duob⁹ rex iubet: huiuscemodi supplicio crān⁹ pœnas soluit cōceptę aduersus patrē rebelliōis.

Cranni suppliciū.

Cranno merita pena affecto pr accepit a deo bñficij mēor ī Frāciā reuertēs ad diui martini sepulchrū se cōtulit: ibi de bñficijs deo grās exhibens largissimisq; mūerib⁹ tēplo ditato petit pterite ætatis sibi offēsas remitti. Nec mora suessionē repetit. Moxq;, vt ē gallice nobilitatis vana cōsuetudo ad feras venatu dephēdēdas se cōuertit: vbi dū cursu clamoreq; supra q rege dignū

est duriosus oblectatur morbũ contrahit: quo langore cũ annos vnũ & quiquagita ĩperasset absumptum est: assistẽtibus quatuor superstitib⁹ sibi liberis ariberto: gontrano childerico atq; sigiberto. Fuit em̄ Clotarius libidini obnoxius. & ex tribus vxoribus iugũde, arregunde, atq; cõsona mares septẽ & fœmĩas duas suscepit. Aregundẽ quę primę vxoris soror erat ex hac causa sibi assumpsit. Rogatus ab vxore vt aregundẽ viro illustri collocaret: ad eã ꝓfect⁹ est sibiq; copulauit. Atq; paulo post ad iugundẽ reuertens fecit ĩquit mea coniunx de sorore tua quod me hortabaris. Illã em̄ mihi accepi q̃ præter cæteros regni mei proceres sum illustrior. Quod factũ modesta mulier æquo animo ferre simulauit. Patris funus filij suessionẽ vsq; ornatissimo comitatu ꝓsecuti digno patre tumulo regem sepelierunt. Sed priusq̃ a clotario discedo: illud non prętermittendũ reor quod cũ maxĩe cognitu dignũ est mirari licet a nullo franco scriptore litteris fuisse cõmendatũ. Fuit ĩter familiarissimos clotarij aulicos galterus yuetotus caletus agri rothomagẽsis apprime nobilis & qui regij cubiculi prĩarius cultor esset. Hic pro sua ĩtegritate de clotario cũ melius meliusque ĩdies promereretur reliqui aulici ĩuident deprauantes quodlibet ab eo gestũ, nec desidunt donec irritandũ illi clotariũ pessimis susurris efficiunt. Quãobrẽ iurat rex se hoĩem necaturꝫ, ꝓcepta clotarij ĩdiatione: galterus pugnator illustris cedere regi irato constituit. Igit, de relicta francia ĩ militiã aduers⁹ religionis catholicę ĩimicos ꝑgit, vbi decem annos multis prospere gestis rebus: iratus clotarium simul cum tꝑe mitiorẽ effectũ: ĩ primis ad agapitũ pontificem se contulit. A quo ad clotariũ lr̃is ĩprętatis ad eũ suesiõe agẽtẽ se protern⁹ cõfert: veneris die quę parasceue dicitur: cogitãs religiosam xp̄ianis diẽ ad pietatem sibi profuturam. verꝫ litteris pontificis exceptis: cum galterum Clotarius agnouit: vetere ira tanq̃ recenti liuore ꝑcit⁹ rapto a proximo sibi equite gladio hominẽ statĩ ĩterimit. Tã ĩdignam in-

Clotarij obitus.

regni yuetoti pricipum.

Clotarij ĩmane facinus.

insignis atq; innocētis hois necē religioso loco & die ad xp̄i passionem recolendā celebri pontifex inequanimiter ferens, cōfesti clotarium repræhendit, monetq; iniquissimi facinoris rōnem habere, se alioquin excommunicationis sniam subiturū. Agapiti monita reueritus rex, capto cum prudentibus cōcilio galteri hæredes & qui yuetotū deiceps possiderent ab oi frācorū regū ditiōe atq; fide liberauit, liberosq; prorsus fore suo syngrapho & regijs scriptis confirmat. Ex quo factum est vt ei⁹ pagi & terrę possessor regem se yuetoti hactenus sine controuersia noiauerit. Id autē āno xp̄ianę grę quingentesimo trigesimo sexto gestū esse i dubia fide iuenio. Nā dn̄antibus lōgo post tpe i normānia anglis, ortaq; iter Ioānē hollandum anglū & yuetoti dominū quæstione quasi ꝓuentū eius terrę pars fisco regis anglorum quotannis obnoxia esset, calleti ꝓprętor anno salutis. M.cccc.xxviij. de ratione litis iudiciario ordine se īstruens, sicut annotatum a me est cōperisse iudicauit. Huius clotarij vxor fuit radegundis quę per viri assensum religionem ꝓfessa cęlitib⁹ meruit ascribi Patre em̄ berengario rege nata cum a francis capta esset i clotarij sortem veniens ab eo i vxorē ducta est sed castra mulier deo magis q̄ viro cōplacuit. Eius regis decreto diui Medardi monastarium suessione inchoatum est: sed a sigiberto filio tandem absolutum. Est i anglorū gestis, egilbertum regem cum ab iimicis propter ei⁹ defidiā risui haberetur/filiā regis francoꝝ cuius nomen silētio p̄terit vxorē assumpsisse, & cū ea letardū virū admodū sanctū i angliam nauigasse. Quo cōnubio egilbertus gensq; anglorum didicit modestiā/& cognitionem quandam accepit vnius dei & fidei xp̄ianę, ita vt ad anglos ꝓfisciscente augustino gens tota facilius xp̄m confessa sit, pelagij reiectis erroribus. Porro quia nec filię nec regis nomen ab autoribus traditur, ego tēporū annotationē secutus/hūc fuisse chilpericū cōicio/aut primū clotarium Nā p clotarij secūdi tpa diuus gregorius pōtifex roman⁹

Rex yuetoti.

Radegūdis.

Letardus

augustinũ ex monasterio quod romæ instituerat ĩ angliã prædicationis causa misit. Id aũt scriptũ a me ideo est vt intelligãt angli exordium rectę credulitatis in christum a franca muliere accepisse. Anglorũ fides.


Lotario sepulto fratribus de partiẽdo inter regno cõsulãtibus, cũ quisq; sibi partẽ accipere merito speraret, chilperic⁹ cui ingenij atq; astutiæ inerat p̄ter ætatis legẽ parisiũ occapere cõtẽdit. Paternisq; thesauris potitus mox frãcorũ nobilitatem q̄uelocissime põt ad se vocat. Chilpicus Quos partim in se ꝓcliues beniuolẽtia amiciores reddit. Alios quib⁹ aduersam in partẽ pẽdere animũ commodi expectatione cognouit, magnis admodũ donis muneribusq; cõciliat. Sed vt est in galico ꝓuerbio, solicit⁹ sui est nec dormitat inimic⁹. Cognita chilpici, ꝑfidia amicorũ opa quos parisij habebãt fratres inscio chilperico in vrbẽ clã admittunt. Inde fratre deturbato ne bello res ageret chilperico renũciãt, si ꝓ lege patria diuidi inter se regnũ volet liberũ sibi ad eos patere regressum. Hac cõditione ꝓposita chilperic⁹ parisiũ reuertit. Ariberto q̄ prior natu esset parisiorũ regnũ, gõtranno aureliorũ, mettẽsiũ sigiberto obuenit. Chilperic⁹ suessionẽ adept⁹ est. Suscepto secundũ seriẽ cognationis parisiorũ gubernaculo. Therebertus q aribertus dictus est nulla re insignior fuit q̄ marcanosæ & merofidis stupro, quas nigebrida ei⁹ vxor seruitio habebat. Quarũ cõsuetudine rex ita depjt, vt nigebrida dimissa eas in vxorũ loco habuerit. Nec deseruit, licet a põtifice germano admonitus esset. verũ paucis intericctis dieb⁹ vtraq; vna cũ filio quẽ altera ediderat repẽtino obitu perierũt. Sed nec diu sup̄stes aribertus fuit. Gontranus rex aurelianorũ. Gontrãnus q̄q̄ benignior natura fuerit, petulẽtia tñ atq; libidine nõ dissimilis erat. Nam pręter prostitutas a se virgines alienas quoq; nuptias spretis legitimis vxorib⁹ inquinauit. Ab huiusmodi fœdis amoribus abhorrens, sigibertus mettensium rex ad athanahildum hyspa-

nu͂,regē misso legato gogone,brunechildē regis filiā vxo
Chilpicus suessionū rex. rē accepit.Chilpericus vero fratris exēplo adduct⁹ alterā athanahildi filiā galsondā coniugē experit.Cui cum fredegundis quędā forma insigni puella inseruiret, insolens tn̄ mulier in chilpericise insinuauit armorē,regēq; ita blādicijs deprauauit,vt odio habitā galsondā nō vxoriæ dignitatis,nō fœderis nuptiarū memor laqueo p noctis silētiū strāgularet,Supinducta andouera nihilomagis contināes fuit,quippe qui fredgōdæ voluptatis ille cebrarum amator cōsuetudīe illectus tenebat̃.Nō possum(q̄uis breuitatē initio sim ꝓfessus)hui⁹ pellicis maliciā tacit⁹ p̄terire.In suessionib⁹ loco & plebe humili nata est in vico balē curto,spē quidem egregia atq; ingenio supra fœminas modū excellēti.Igit̃ cū sueuorū infesta sigiberto gens bellū aduersus eū suscepisset,chilperic⁹ fratri auxlium tulit. Egrediēti domo cura fuit andouerā cōiugē grauidā fideli sibi cupiā cōmēdare.Huic negocio idonea visa est fre-
Fredegonde fraus. degōda,atq; ita ꝓfect⁹ est,pariēdi cū tēpus aduenisset fœminā regina parit,q̄ priusq̄ baptismo ablueret̃,cōcilio ex fredegōda capto,q; nam idonea satis mulier ad hoc sacramētū testis(hoc est cōmater)adhiberet̃ Nulla inquit fredegōda nobilior te est quā huic mysterio anteponas,vt quā carne puellā extulisti,ac p̄terea ad spiritalē vitā regeneres.Sciebat em̄ ex xp̄iano instituto nephas esse virum mulieris cōcubitu potiri q̄ baptizādo filio cōmater extitisset,eo pacto chilpericū a reginæ cōtubernio disclusum iri callidissima pellex spabat.Abluit̃ ex snīa fredegōdæ filia,atq; ei cui mater andouera erat cōmater spiritali regnatione effecit̃,childchindā ei nomē imponēs Regi domum bello exacto reuertēdi gratu abūda bellex occurrit. Narrat q̄ de nata sibi filia cōtigerāt.Sed dolere se ait q̧ regina testis & cōmater ablutionis filiæ esse voluerit.Hæc loquēti fredegōdæ rex scē iurat si ita cōptū haberet, se eā vxoris dignitate donaturū.ingrediēti palatiū chilperico andouera filiā cōplexa salutē impti,neq; nata sibi filia gra

tificari festinat. At rex exulceratus aio, abi inquit in malam partē imprudēs mulier quæ tua me insipientia a tuis nuptiis exclusisti. Nec multo post tpe rex pōtificē qui sacrū pegisset ire in exiliū iubet. andouerā vero vna cum filia intra ecclesiæ septa vitā apud cenomanos agere compellit, designatis q̄tū ad annuū alimētū satis esset ꝓuentibus. Pellicē mox fredegōdā in suis ambitiosus malis chilpericus vxorē accepit. Adeo nihil videntē hoiem reddit cæca libido, & petulās viuendi licētia. Nec vno crimine irretit eum quē deprauauit. Enimuero chilpericus legitimi cōtēptor thori alieni quoq; appetētissimus fuit. Sigebertū fratrē suū persecut⁹ est (& vt ꝑfidiorē dicas) grassante in eum fortuna. Nam irruētibus in regnū eius infestis signis Cacano duce hunis, occupatissimoq; in eo bello sigisberto chilpericus fraternæ charitatis desertor in remos ad sigisbertum pertinētes incurrit, quos ꝑsidio ꝑ fratris absentiā destitutos in potestatē recepit. Verum fugatis hunis sigibertus victor reuertens copias in suessionensium agrū dimittit, quem detente se populo facile cepit. Theodebertū chilperici filiū in vrbe deprehensum abducit. Sed nō multis post diebus intercessione patris liberatus est chiperici fide interposita, q̄ in sigibertū nullo vnq̄ tpe bellū moueret. Sed fidi fragus rex nihil moratus bellum redintegrat: Cuius illico pœnituit. Nam inferior factus cōpulsus est cōditiones pacis quas sigisbertus voluisset accipere. Sed nec sic quies facta clodoueus ex chilperici liberis burdegalā sigisberti ditionis vrbē capit. Sed a singulfo quem prouinciæ sigisbertus ꝑfecerat mox exturbat⁹ clodoue⁹ insequēte præfecto parisium ex fuga se recepit. Qua iniuria prouocatus chilperic⁹ theodeberto (quē diximus a sigisberto liberatū) mādat, neutriā (quę postea normannia appellata est) adoriatur. Eam quia sigisberto parebat (receptis in ea plerisq; insignibus locis incursionibus vastāt. Eodē quoq; furore turonos pictauos/lemouicas, & caturcos, nō clero, nō monachis, nō sacris virgib⁹

Chilpicus in sigisbertū fratrē bellū mouet.

Bellū in sigisbertū superat. Clodoue⁹ neustriam theodebertus incursat.

Theodebertus occidit.
Chilperic° câpaniam vastat.

parcēs ꝑdit. Eius petulantiā cum gondoaldus pictauus q̃ sigisberti partiū erat nō parua iactura affecisset, & demū mouēti in eū sigisberto fugat° interēptusq; fuisset, chilpericus iniquo aīo filij mortē ferēs, cāpaniā furibūdo exercitu excurrit, remosq; iterū spoliat, in quē reductis copijs sigisbertus hominis temeritatē corripere cōstituit. Verū intercedētibus vltro citroq; legatis pax icta est. ¶ Rebus inter chilpericū sigisbertumq; mature cōpositis in gontranni fratris burgūdionibus imperātis exitium coniurāt. Belli causa a scriptorib° nō tradit. Inuidisse illi fratres crediderim, q ad aurelianū gontrāni regnum burgūdionum quoq; principatus accessisset. Vt cūq; res se habet, leuis existimari potest quæ facilē habuit exitū. Cōstitutis itaq; ad pugnā apud viriacū archiacūq; copijs, breui momento ꝑ legatos cōuentū est, trecas cāpaniæ ciuitatē proficisci reges, atq; illic pacis cōditiones dicturos. Quam in diui lupi templo reges interposito iureiurando postea firmauerūt. Abeūtibus inde regibus milites austracij q̃ sigisberto parebāt quærunt q nihil ad se neq; gr̄e neq; honoris sed neq; præclarū deferret. eos oībus prelijs primos adesse. vltimos esse quibus aliquid mercedis a rege contingeret. Placere quidē cū gontrāno pacē, sed chilpericū exosum hr̄e q præter regiā dignitatē spurce viueret, hac militū tumultuatione tradunt sigisbertū copias in fratrē nihil belli ab eo timētem/immo etiā exercitu nudatum cōuertisse, Hac re ꝑ nūciū accepta chilpericus suis reb° desperans q̃ festinantissimis itineribus pōt, tornacū vna cū fredægūda & liberis se recepit. Huic repentino chilperici malo incōmodū aliud fortuna inuexit. Procedenti cum copijs sigisberto magnus procerū atq; equitū numerus q̃ a chilperico defecerant, ad victoriacum occurrit, quos iuramento obstrictos in exercitum admittit, præter anselmum qui integra in suum regem fide negat se sigisberto auditurum. atq; ita dimissus anselmus ad Chilpericū migrat. ¶ Cognita fratris fuga sigibertus fugientē inse-

Tumult° ī castris sigisberti.
Bellum in chilpicū
Chilpic° tornacū petit.

Anselm° in dn̄m fidelis.

qui pergit. Ciuitatem milite circundat. Eo metu fractũ animo regem quum intellexit fredegõda audax facinus cogitat. Vocatos ad se clam duos quos ad negociorum prõptissimos iudicabat, magnis pollicitationibus allicit in castra sigisberti se conferant, regemq; interimant. Si sal ui se receperint fore vt preclaris fortunis abundent. Sin illustri facto oppetãt mortẽ, collaturam se templis atq; sa cerdotibus donaria quibus saluti animarũ suarũ bene cõ sulat deus. Recepta a fredegõda negocio securi sui satelli tes in familiã regis sigisberti se insinuãt. Sigisbertũ mox (conuenienti eorũ cœptis tẽpore) confodiunt. Ad reges necem tumultu per castra exorto, siccarij interficiuntur. Cũ clamor & strepitus in vrbẽ delatus esset, nec causam sciret Chilpericus, fredegõda festinãs regẽ securo animo esse orat, dicẽs tumultuari & lamentari in castris milites, ꝓpterea q̄ sigisbertus morte esset absumptus. Vix hæc nuncianti vxori chilpericus credit. Sed multorũ nuncio firmatus in castra contendit. Cui obuij primores exerci tus regẽ cõsalutãt, iurãtq; in verba Chilperici. Quos libe raliter regieq; primo habitos hortatur beniuolentiam in se fidẽq; seruẽt. Nõnullos tamẽ de se benemeritos mino re q̃ sperauerãt estimatiõe & grã tractauit. Fraternũ deĩn de fun⁹ more regio curauit. Extructo suessiõe in diui me dardi ęde sepulchro, vbi iuxta clotarij tumulũ appositus est postq̃ annos tredecim regnasset Fratris exequijs debi ta religione absolutis, Chilpericus brunechildẽ sigisberti vxorẽ quæ filium Childebertum Parisij habebat Rotho magum exulare cogit recepta ingenti pecunia quæ pe nes eam erat. Causa exilij fuit, q̄ childebertum filiũ ne in chilperici potestatẽ veniret gõdebaldi ducis ministerio fu ne per fenestrã demissum ad mettẽses deferri mãdauerat ¶ Mox ad bituriges, & eas vrbes quæ ad ligerim fluuiũ sitæ sunt ne quid turbæ molirentur meroueũ filiũ mittit qui eas recipiat. Sed neglecto patris imperio meroueus cœnomanũ vbi dolo fredegondæ mater eius andoueta

Fredegõda sigisberti necẽ ꝓcurat.

Chilpic⁹ a militib⁹ sigisberti salutatur.

Meroue⁹ pr̃ni mandati sprector.

exulabat, diuertit. Deinde brunechildis viduae recordatae Rothomagũ cõtendit. ibiq; mulieris ingenio delectatus eã duxit vxorẽ. Quare indignatus Chilpericus, veritus ne astu brunechildis in patrẽ filius armaretur, Rothomagũ citus proficiscitur. Cognito eius aduentu noui coniuges in tẽplũ diui Martini, quod pone vrbis muros ligneis tabulis constructũ erat, se cõmittũt. Ex quo cũ illos educi inuitos per legẽ non liceret, solita perfidia rex vsus sancte illis iurat si ad se veniant nunq̃ illos a thoro separare. Egressi tẽplo postq̃ vno alteroq; die apparatissimis conuiuijs accepti a rege fuissent, filiũ renitentẽ a Brunechilde Parisiũ abducit. Quẽ paulopost ecclesiae sacris addixit. Sed gontrandi reiecto clericatu, ad secularẽ vitã reuersus est. Latuit inde metu patris in beati Martini Turonensis tẽplo. Inde cũ eruere eũ Chilpericus quaereret, sortibus meroueus egit quibus illa aetas ad insequentẽ modũ impugne vtebatur. Dies tris apertis corã se sacris codicibus pernoctans meroueus diuinũ oraculũ expectat, reuoluto codice, in librũ regũ oculos intendens, ita legit. Quia reliquistis dominũ deũ vestrũ tradidit vos in manibus inimicorũ vestrorũ. Secundo Dauid Psalmos scrutãti mox illud occurrit. Deiecisti eos dũ alleuiarentur. Tertio ex christi euangelio offendit. Scitis quia post biduũ pascha fiet. His tanquã ad se diuinitus pertinentibus oraculis, cõfirmatus meroueus, tẽplo egreditur comite gontrando Inde sex ex omni numero seruis (gregorius scribit quingentis) secũ desumptis, per altissiodorũ atq; diuionẽ in cãpaniã migrat, vbi ab incolis deprachensus in desperationẽ venit patrẽ, maxime formidãs. In eo mẽtis agone cõstitut⁹ seruũ orat gayldũ, vt eũ perimat, a quo mox pcussus interijt. ¶ Interim dũ haec agũtur, nũciatur Chilpico cãpanos suessionẽ occupasse, quã mox puo negocio recepit, itersectis ciuitatis primorib⁹ qui cũ cãpanis senserãt. Eodem fere tpe ad turonos petragoriosq; atq; aginenses, Clodoueum filiũ cũ exercitu legat, cui desiderium nobili

Sortes.

Meroue⁹ a seruo occiditur.

or tũ loco consiliariũ attribuit. Per id tẽpus Mõmoleus a gõtrãdo regioni præpositus, accepto francorũ aduentu, cõtractis copijs in eos mouet. Cõmisso ꝑlio monmoleus nõ sine suorũ cęde victoria potitus est. Nã ex suis quos in aciẽ mõmoleus eduxerat milia quinqꝫ desiderata sunt, cũ ex Clodouei exercitu vigintiquattuor milia cecidissent. Tã graui Chilpericus incõmodo affectus bello tamẽ nõ abstinuit, nunc hinc nunc illinc arma circũferens, Abstulerat Chilpericus varroco britonũ regi vrbes quasdam. Quas ne repeteret veritus aduersus eũ (si forte incautũ intercipere posset) pictauis atqꝫ andegauẽsibus mãdat, copias cogant & varrocũ insidijs fallere tẽtẽt. Cuius rei gnarus factus varrocus exercitũ parat intẽpesta nocte hostẽ inuadit, funditqꝫ multis occisis. Sed tertio post die Chilpericus cũ britone pascitur misso ad eũ obside filio, restitutisqꝫ quos occupauerat locis, quibꝰ etiã addidit & vãnas maritimã vrbẽ cõditione annuæ pẽsionis apposita. Tot bellorũ turbinibus impeditũ regẽ fredegõda nihilominꝰ sollicitat, mulier ad discordiã nata. Erat prætexatus Rothomagorũ archiflamen, hunc detulit regina cõsiliatorẽ nuptiarũ brunechildis cũ merouee extitisse, eiqꝫ aduersus chilpericũ cõsensisse, brunechildis quoqꝫ cũ pręciosiora bona apud se habuisset, ea mulieri (nesciente rege) restituisse. Muneribus præterea apud populũ egisse vt chilpericũ occiderent, quibus irritatus iam in prætexatũ regius animus, odio indies magis torquebatᷓ. At quia pręsuli manus inferre nõ temere audebat, contrahit in Petri apostoli tẽplũ episcopoꝝ cõsiliũ in eo pręsentẽ. Prætexatũ insimulat, eorũ quæ supra a fredegõda suggesta fuisse retulimus. Quæ nullo teste cũ a rege tm̃ dicerentur sanctior põtificũ sentẽtia (quã sequebatᷓ gregoriꝰ turoneñ.) ꝓpiciari ꝑtexato videbatᷓ. Plærīqꝫ in diuersam partẽ adducti, Chilperico scilicet assentabantur. Inter repugnãtes igitur sentẽtias quãdoquidẽ Chilperico non pateret via prætexatum dannandi, pauci qui partes eius tuebantur

Mõmoleꝰ a seruo occiditur.

Bellũ aduersus britones.

Fredegõda ꝑtexatũ accusat.

epis negociũ chilpericus dat, pretaxatũ cõueniant, regis benignitatẽ patefaciant, qui in humiles etiã crimine conuictos indulgẽtissimus sit. Si culpã cõfessus ad misericordiã cõfugerit, asserãt se pretexato liberalissime oĩa remissurũ. Suasus ab epis pretaxatus in consiliũ venit, aduolutusq; ad pedes chilperici, maiestatẽ se regis quidẽ offendisse confitetur, sed pientissimũ regẽ esse qui lapsis misereri non neget. Ad hæc prætexati verba sella regia exurgẽs rex, mox ingenua demissus, quasi humilitate simul & regia mansuetudine contionem flexurus esset. Vos inquit reuerendissimi præsules confitentem reum audiuistis. Rubore moti pontifices q̄ regem vbi demissum intuerentur, eum erigunt. Quo vno tantum rex assentiri sibi patres interpræatus, ad palatium redit, inde missis ad consilium quibusdã pontificij iuris canonibus quibus iudicatos maioribus criminibus sacerdotes dignitate exui mãdabatur, Bertrandus in primis burdegalensiũ antistes ad prætexatum cõuersus, dudũ inquit epe frater cõmerciũ tuũ nõ erubuimus, nũc absq; regis beniuolẽtia cõmunionẽ tuã admittere nõ possum⁹, atq; ita p̄texatus cõsilio extrusus est. Quem apprehensum rex ergastulo seueri mandat. Inde cum liberatur ferme noctu euaderet, cõtumelia vulneribusq; affectus tãdẽ in insulã cõstantiane dyocesis relegatur. Ad hũc modũ Chilperico seuiẽte, cum nec suis parceret, nec alieno abstineret. Gõtranus aureliæ rex childebertũ nepotẽ qui mettẽsium regno preerat accersit. Eo apud pontẽ petreũ corã posito, orbus inquit amãtissime nepos sum liberis, nec sobolis mihi spes per hanc ætatem vlla relicta est. Te liberorũ loco habere cõstitui, ita vt filius adoptione meus sis. Regni bonorumq; hæres esto, nec me secus ac patrem colito. Gontrano hec dicenti quia puer erat childebertus cũ ample satis respõdere non posset vnus ex proceribus aulicis gr̃as copiosissime egit. Deinde muneribus vltro citroq; datis atq; acceptis de chilperico habita sunt v̾ba, qui ambitione & armis terras ad gõ-

Pretexat⁹ põtifex in exilium.

tranũ pertinẽtes occuparet. Eã obrẽ ad chilpericũ mittũt qui ablata recuperẽt: alioquin bellũ denũciẽt. Quo nũcio indignatus rex supra q̃ solitus erat ira incãduit. Ad hãc quoq; regis ꝑturbationẽ alia a britonib⁹ orta nũciantur. Hi infesto agmine in agros redonicorũ ingressi ad cornutũ vsq; vicũ omnia populabãtur. Quos vt ab ĩcursionibus reuocaret domũ bibolenũ bello assuetũ hominem Chilpericus cũ multis copiis in britones mittit. Quorũ terræ duce regio nauetũ vsq; vastatæ sunt, atq; ita repetẽtes domũ britones qui in redones grassabãtur, non multo post francis britania exeuntibus, hostis brito iterũ conuertitur. ¶ Interea ĩquies chilpericus Pictauos qui Theodeberto parebãt in potestatẽ accepit, fugato Theodeberti præfecto. Et quo magis regis vsus efferatissimos mores stupeas. Cũ dacus quidã falso ne an vero crimine delatus a foustrio duce in carcere Chilperici iussu teneretur, quia scilicet admisso ad se incarcerẽ sacerdote, peccatorũ pœnitentiã inconsulto rege fecisset, necari ꝓtinus iubet. Nec finis erat malorũ chilperici, legẽ fert singulos qui vineas vel possiderẽt vel colerent pendere quotãnis in vsũ regis vini vrceolum. i. amphoram. Cui tributo legendo Marcus quidam apud aquitanos questor positus dũ pensionem superbe contumeliose q; exigit a lemouibus occiditur. ¶ Inter hęc continuis imbribus aruernia mense septembri inundauit, ita vt melior eius pars quam alemaniam vocant stagnaret, & lacus esse putaretur. Quam ob rem sentẽ facere agricola nõ potuit. Amnes quoq; liger & melacris superatis ripis cõfusi, in agros se diffuderunt pecora cũ segetibus rapiẽtes. Rhodan⁹ p̃terea p̃ter morẽ excrescens, se arari ꝑmiscuit. Quo diluuio plurimę ædes/ & muri burdegalæ vrbis partim corruere. Defluẽtib⁹ tãdẽ aquis, cũ solum apparuit, gratissimus florum decor arbores vestiuit, nullo inde fructu suscepto. Visum item est per turoniã frequẽs & stupendũ fulgur, cũ fragore arborũ, Apud burdegalem terremotu perterriti ciues in alias

Bellũ in britones.

Crudelis Chilpic⁹.

Chilp̄ici q̃stor a lemouicib⁹ necat. Inundatiões & sęuitiæ cęli.

ciuitates se receperũt. Nec pyrhenus mons hũc tremorẽ ignorauit, ruẽtibus inde grãdibus saxis ad hoim pecorũ q; perniciẽ. Ignis etiã cælestis in burdegalẽ demissus com plures vrbis domos vna cũ areis cõsumpsit. Simile incẽdiũ aurelia perpessa est. In agro carnutiũ ex effracto pane sanguis profluxit. Et densissima grando grauẽ biturigibus calamitatẽ importauit. Quæ mala secutum est alui profluuium & æstuans febris quibus morbis comes erat vomitus & renum dolor, cum capitis & ceruicis grauedine. Interim Chilpericus feruenti febre maceratus est. Conualuit tamen mox sanato patre vnum ex liberis recentius natum morbus occupat, qui lauachro sacro postq̃ ablutus est dolore leuatur. Sed nec infantis salus fredegondæ diu iucũda extitit. Maior natu qui erat ei filius ea ꝓfluuij pestilẽtia intabuit, qua omnis ferme chilperici cognatio velut aliquo desuper immisso contagio consumpta est. Tot igitur malis crebrisq; doloribus admonita sui fredegonda regẽ adijt. Memorat dei bñficia, quibus cum amplissime donati essent, ingratissimi tamẽ pluribus sceleribus se cõmaculauerũt. Nunc eorũ quæ flagitiose perpetrassent vindicem adesse deũ, qui liberis inquit nostris vno tẽpore ægrotãtibus, cognationis quoq; nostrę bona parte fato vltimo sublata, nos vlciscitur. Dũ ꝓspera nobis fortuna blãdietur, ferebamur elati ad oẽm iniuriã, rapuimus aliena, subditis legũ inquitate grauatis nihil pepercimus, nec a gñe nostro temperãtes, alios opprobrijs, alios carcere, atq; alios exilio, nonnullos parte bonorum mulctauimus, plurimos vindice ira morte sustulimus, iã igitur sua nos deus iracũdia vt resipiscamus pulsat, cuius patiẽtiã lõgitudine peccãdi habuimus irritã. Execremur oro chilperice priorẽ illã vitæ cõsuetudinẽ, & tẽtem⁹ vera pęnitudine placare, quẽ tã multis flagitijs offendimus. Chilpicus hac fredegõdæ cõploratiõe ꝑmotus, simul q; tris sibi filios breui tpis ĩteruallo mors eripuisset benignior deinceps fuit atq; q̃ de vinearũ cultorib⁹ legẽ tulerat

Morborũ illuuies chilperici domus infortuniũ.
Vexatio dat intellectum.

abrogauit. dei templa magnis donariis cumulauit: inopes frequenti liberalitate consolatus. Filiũ clodoueũ altera vxore susceptum quem impellente fredegonda vinctũ ĩ castello brẽnę habebat cũ occidi imperasset custodia eduxit. Adeo maxime potens est reuocare ad bonã mẽtẽ insanienſium animos virtutum stimulus aduersitas. Erat gõtrano regi vxor austrigildis maligna mulier & sęua. Quę eadẽ peste laborans cũ sentiret nulla sibi medicorũ ope posse subueniri ad virũ cõuersa: ecce inquit mi vir in mortẽ eripior ꝓpter potiones quas medici confecerunt Te per coniugii fidẽ obtestor, cũ e vita excessero: cura ne pereã iulta. Iube medicos duos quorum dolo morior capite dãnari: vt par dolor sit eorũ bñuolis: qualẽ eis coniector amicis affuturũ: ac vxoris q̃rela mot⁹ rex: funere stati expleto innocentes medicos necat: p id tẽp⁹ lõgobardi ꝑtẽ italię occupantes mauricio ĩpatori nõ pebãt. Eos quia id nec modeste fere nec exturbare hostẽ cõmode mauricius posset/ tentat chilpericum pecunia/ si forte aduersus illos comparato exercitu italia expellat. Chilpericus mille auri pondo ab imperatore missa accepit. statimque in longobardos mouet. At illi cum in aciem ꝓdire munitis locis defensi non auderent, chilpericus grandi pecunia ab illis donatus: pace data in franciã reuertit. Ea re cognita mauricius per legitos chilpericum monet aut pecuniam reñtiuat: aut veluti cõuenerat hostem lõgobardũ italia deturbet: chilpericus qui parui (vt fere oms imperatorem haberet: nullo illũ responso dignatus est. Quẽ nihilomin⁹ res quã mox narrabimus mitiorẽ fecit Nigegonda chilperici soror hermegildo gotho nupta (qui hyspanię cum pr̃e hengildo ĩpabat) virũ arriana ĩpietate deceptũ: tum sua tũ leardi sc̃tissimi viri opera ad rectã fidei regulã reuocauit. Qua re p gõsaldã ad regẽ hengildũ delata virum suum hermegildum pater dñicę resurrectionis festo die in ergastulo securi trucidauit. Progressusq; ad maliciam multis persecutionibus affectu xp̃ianos. Cuius vt sęuitiam

Austrigildis.

Mauric⁹ ĩpator: lõgobardi ĩ Italia: chilperici auaricia.

Nigegõdagothorũ cõtumeliis afficitur.

fugeret. Nigebunda: hyspania excedere & ad francos ꝑfi cisci tentauit. In itinere a militibus bisantinis quod aduersus gothos. Mauricius iperator i armis habebat cum filio deprehenditur. Illa dum ad mauricium ducitur: merore cōfecta mulier interijt: filius constantinopoli ad mauricium ductus est. Chilpericus & filij & sororis acceptis iiurijs grandi exercitu coacto in hengildum persecutionis autorem mouet. Fiunt vtrinq; & prelia & cedes. Sed gothoꝝ longe plures. Quibus abunde saciatus & ingenti praeda onustus chilpericus domū se cōtulit. Reuersum mauricius per legatos hortatur longobardos sicuti data fide conuenerat Italia expellat. Negocium chilpericus eo libētius suscepit quo sororē filiumq; facilius ad se remitti spabat. Nā de sororis morte nondū cognouerat. Ea expeditio irrita fuit. Orta em̄ ab alemanis qui chilperico auxiliares venerant i francos seditiōes regē arma ꝓmouere nō ꝑmisit. Nec multo post chilpericus cui⁹ militia i hoīes multis fraudib⁹ ꝓspicua esset: id deū quoq; ipietatem meditatus est, de diuina, siquidē trinitate ita credi voluit: vt nō tres in illa discretas ꝑsonas: sed vnā confiteretur quā patris interdum noie: interdū filij: nōnūq̄ spiritusc̄ti sacrae litterae designarent. De qua etiam ꝑniciosissima heresi ad pontificem atq; in primis gregoriū turonensem lr̄as dedit. Vtq; idoneos suo errori testes adhiberet. hylariū augustinumq; prime inter christianos auctoritatis doctores in hac parte esse confirmat. At gregorius homo in primis sc̄titate spectatus: regē admonet: caueat dei idignationē tanta ipietate ꝓuocare: ipiū maxime esse quod diceret: nec religioni catholice conuenire: quinetiam eos quos in testimonium citabat tā religioso dogmati repugnare. eosq; longe secus scripsisse & docuisse. Aegerrime tulit chilpericus gregorij responsum, atq; ira feruens: a pontifice igitur iquit cōsiliū de hac re capiemus. Mox ad regē vnieti saluio abigeñ. quodam ex aulicis ep̄o heresim patefacere ꝓducta esset charta impietatem continente: eāq; ad aures pōtificis

Bellum i hyspania.

Chilperici ipietas i deū.

secreto recitauit. Sed tametsi salui⁹ animũ ĩ re pñti conti-
nuit: vultus tñ inditio itellexit rex sacerdotem ei non asti
pulari. Et cum reliquos oẽs idem facturos: repugnaturos
quoq; sibi dubitaret: ĩ sñia nõ perstitit. Tradunt auctores
chilpericum: cũ grece latineq; eruditus mediocriter esset
ad lr̃as nr̃as tres insup graecas αθω intulisse: q̃ & in diplo
matibus atq; chirographis eius de donatis ecclesię prouẽ
tibus exscriptis plurimo post tp̃e emãserunt. Interea len
dascus turonis a rege p̃positus comes q̀ populum duri⁹
infestaret: gregorioq; antistiti ciuitatis irreuerẽs atq; ĩfe-
stus esset magistratu remouetur. Nã per id tp̃s regẽdis ꝓ
uiciis comites p̃ficiebant non secus ac magistratus quos
balliuos senescallosq; nunc rex instituit. Hiq; ꝓ regis libi
dine dimouebantur. Qua ĩsignis ignominia lẽdascus gre
corium ꝓditionis insimulat: q̀ scilicet turonũ vrbẽ gõ-
trano ꝓdere cogitaret: aususq; esset reginã stupri cũ ber-
trãdo burdegale pontifice cõsuetudĩe cõtamĩare. Cui⁹ la
sciuę assertorem lendascus effecerat quẽdã rigulphũ gre
gorio aliqñ familiarem: qui sacerdoti obtrectãs eum qua
tenus poterat maledictis p̃sequebatur. Ea re grauiter per
motus rex concilium ep̃orum ab brennacum oppidũ cõ
trahit. In eo gregorius cũ nullius ĩ regẽ offensę conscium
se diceret: simul per sancte more maiorum tertio iurasset:
nihil coꝝ quae ad regẽ de eo delata essent cõmisisse. Ea as-
sertione purgatũ esse gregorium concilium iudicat. Tũc
coram ĩtroduci lendascum rex mandat. Sed cognito pa-
trum iudicio sibi timens lendascus perfugerat: In contu-
macem lata excommunicationis sñia est. Qui diu profu-
gus amicorum ope chilperico recõciliatus cũ regina pa-
care speraret ad eam ĩ sacello orãtem accessit: petitq; hu-
mis ꝓnus remitti sibi quae peccasset: prostratum sacello
excedens regina despexit. Sed nec sic desperans lendascus
auariciae recordatus muliebris: muneribus reginã man-
suscere posse sibi p̃suadet: ĩpe ad nũmularios veniens dũ
p̃ciosiora q̃q; venalia perquerit, a reginę satellitibus cum

Lẽdascus comes.

Accusat grego. tu ronen̄.

deprehensus esset: vnō illorū grauiter vulnerato elapsus dū ad sublitiū pontem qui sequanā iungit altero pede in ter duo male cōmissa tigna prolapso crus fregit: quem vrbe exportatum qq̄ rex curari mandaret, reginæ tamen iussu gulam eius satellites infregerunt: Rigulfo vita inter cessore gregorio donatur. Sed tormenta non euasit do nec dolos oēs detexit. Non facille obliuiscitur sui sceleris insueta malicia. Fredegonda q̄ filijs oib⁹ orbata pœniten tiā ꝓfiteri videbatur. Clodoueū quē diximus custodia a patre emissū ꝑsequi rursus ꝑseuerat: ea maxime causa ꝙ illū chilperico successurū hęredē formidabat. Et ne hoc si bi dolere monstraret fingit causas quāobrē patri merito foret odiosus. Erat clodoueo cū scorto quodam volupta tis contuberniū. Eiq; scorto mr̄ erat vet⁹. Vtraq; ad regi nā delata est: illo ꝙ multorum causa malorū esset. Hęc ꝙ magna: & per malefici: demoniacę artis fredegonde libe ros sustulisset. Depręhensam igit̄ pellicē fredegonda palo transfigi ante clodouei ędes mandat. Matrē longo crucia tu per tormenta examinatam crimen confiteri coegit &. confessam cremari. Nec cessat cædis appetens mulier: do nec clodoueū exterminet. Orat igitur regē pœnam de fi lio sumere: cuius assensu tris filios amisisset: quiq; regnum patre superstite affectaret. Chilpericus nihil mulieri nega re assuetus: venatū proficiscens clodoueū vna venire iu bet. Dū ad siluā ventū est: ligatū filiū ad fredegondā mit tit pater. Illa corā positū rogat qui sint ꝓceres qui partes eius aduersus chilpericū tueantur Clodoueus vt fœminę timorē suspicionēq; īcuteret plerosq; ex fredegondē ser uitio nominat. Mox custodiendum militibus clodoueū tradit imperans vt in costas eius traiecto gladio necēt: re licto in vulnere mucrone quasi mortem sibi ipse consci uisset. Eius necem perfacile chipericus tulit. Sepulchri tñ honore dignatus est: & ad matris tumulum humari. Hic ad exhibendos populos vetustissimo romanorum more ludos se conuertit instituto suessione circo intra quem

Lendasi⁹ necat⁹ fre degōdę pertinax i malicia animus.

Clodoue us frede gōde ius su occidit

equites in girũ cursitarẽt. ¶ Causa ĩterea belli chilperico incidit. theodoro massiliẽsi antistite de sede eiecto: fortu nisq; eius oĩbus autore dynãno direptis qui terræ prouinciæ sub rege gõtrano ĩperitabat. Hũc theodorum ad childebertũ fugiẽtẽ gõtranus deprehẽdit. Ea re cognita childebertus cui ex dono gõtrani dimidiũ vrbis massiliæ attinebat, gõtranũ legatis missis petit debitã sibi partem restituat. Negat se gontranus regis iussa facturum. Quinimo oĩbus aditis p̃sidiũ ĩponi iubet: ne aduenienti childeberto pateãt viæ. Erat regi gõdesillus summo genere natus p familiaris. Hunc ducẽ copijs p̃fectũ massiliã childebertus mittit/qui ciuitatẽ recipiat restituto theodoro. Accedẽti gõdesillo massiliã ĩgredi dynãnus prohibuit. Qui nõ multo post verbis suasus gõdesilli ad beati stephani tẽplum q̃ extra vrbẽ nõ ꝓcul a muro est venit. quẽ vnicũ ad se admissum gondesillus de theodoro expulso, deq; rebus male ab eo peractis arguit. Et nihilo min⁹ mãdat vocari ad se primores ciuitatis apud quos erat illi a childeberto mãdatũ negocium. Dynann⁹ hac re territus supplex orat id ne faciat: paratum se esse patefacere illis vrbem. Et deinceps iurare ĩ verba childeberti theodoroq; pariturum. Dimissus dynãnus ꝓmissa ĩplet. Massilia igitur recepta & theodoro restituto ad childebertũ reductis copijs gõdesillus reuertit. at dynãnus abeũte gõdesillo ad Gõtranum mittit qui Massiliã recuperet. Cui tñ cœpto theodorus obstitit. Ex hac causa q̃cunq; supiorib⁹ annis ĩter childebertum gõtranũq; pacta cõuentaq; erãt irrita habita. Erat childebertus chilperici ex fratre nepos, qui Gõtrano cum ĩfensus esset gillonẽ remorum antistẽ quibusdã sibi ꝓcerib⁹ attributis ad chilpericum mittit. occasiõe hic sumpta vt supioris ãni fœdus ĩter reges cõstitutum fide scriptisq; firmaret. sed primaria legatiõis mittẽdæ causa fuit vt de gontrano q̄rereretur/cum quo nec fidem nec amicitiã conseruare potuisset. quãobrem inquit gillo childebertus tuus o chil-

Causa belli in chilpericum.

e

perice nepos te petit: liceat iustis copiis vestris in gontra nū arma sumere. vt q̄ tibi atq; illi pfidus prīceps abstulit recipiam⁹. Let⁹ aūt orone chilperic⁹ conuēta oīa grata habuit. Bellū īsup q̄ iā dudū agitabat ab vtroq; rege geri placere rn̄dit. Nec mora exercit⁹ paratur qui partitis agminibus īcedētes bituriges inuadūt: partē copiarū desiderius vir strēnuus ducebat. Huic ad mediolanū castellū cui nomē nunc est magdunū bituriges cū quindecim milibus armatorū occurrunt. Pugnatum est aequo marte & ex vtraq; acie septē hominū milia cecidisse referuntur. Dū vtrinq; pugnatur: reliqui duces berulfus andegauorū pfect⁹: & bladasc⁹ obsidiōe vrbē cingūt. Gontrano subsidiū suis ferre festināti nūciatū ē ptem hostiū e castris pdatū abiisse: eosq; nō pcul abesse. Quo cognito gōtran⁹ militē ī armis paratū esse iubet. Inuētos mox pdones nō magno labore fudit. Postq̄ oēs regum copię quasi ad pugnā īstructę mutuo se cōspectu ītueri posset spectatissimi hoīes vt quisq; suo regi assistebat: metientes aīo quid incōmodi si plio decertaret cōtingeret: vltro citroq; cōmigrant: si forte irritatos regū animos reducere ad beniuolētiā possent. Nec inanis fuit labor. Ita cōstituta est res vt ablata restituerent. Discedentibus copiis chilperic⁹ suis īperat continere a pda & rapinis manus. Cuius rei praeuaricatorē qui rothomagorū comes erat incandescens chilpericus gladio transfixit. Hoc exemplo reliqui absterriti continētiores ibant. Per hos dies cometa visus est fusca nube circūdatus radio vno fulgēs. Suessione cęlū ardere cōspectū ē pisii sanguis a nube in multorū vestimēta stillauit. Siluanecti interior cuiusdā agricolę dom⁹ sanguinolenta inuenta est. Post hm̄oi pdigia īguinaria pestis multos absūpsit. Dū hec gerunt theodorū quē fredęgonda peperat infantē mors rapuit. Ei⁹ iteritū mater quorūdā suasu in momoleū cui⁹ supra feci mētionem atq; in quasdā mulieres: magas transfert. Mulierib⁹ dephensis cognoscit eas quidē cōplures inter

Bellum in biturigibus aduersus gōtranum.

Prodigia varia.

Vindex chilpericus.

emisse quorũ cruor ad momolei salutẽ pfuisset. Deinde theodorum quoq; in similem vsu fuisse necatum cõfitẽtur. Sũptũ est de illis suppliciũ. Aliç viuæ crematç: aliæ circunactç. Momoleũ cum chilperic⁹ morte affectur⁹ esset a fredçgonda rogat⁹ dimisit. Sed cum esset varijs tormentis toto corpore macerat⁹ paulo post interijt. Hunc fredçgondç maternũ dolorẽ Clotari⁹ qui ex ea non multos post nat⁹ est ĩfãs oblitterauit. Cui⁹ exortũ tãta lçticia chilperic⁹ excepit vt recludi ergastula & custodias laxari emissis inde vindictis mãdauerit. Sed (vt sunt res hũanç) lçticiã mæror ĩtercepit formidãte chilperico gontrani aduersum se atq; childeberti cõfoederationẽ. Eã ob rẽ thesaurũ suũ oẽm & pciosissima q̃q; exportari cameracũ iubet. Quã vrbẽ scilicet munitissimã incolere & ĩ ea se tueri statuerat. Tantus illi metus a fratre nepoteq; fuit: vt ĩ agris tẽtoria non sec⁹ ac ĩ bello haberet: in eisq; pnoctaret: militibus ad excubias vigilãtib⁹. Adeo meticulosa est malorũ testis cõsciẽtia. Ad oĩa pauet dum nemini confidit. Interea tñ ad vicum callẽ qui a materna flumine non pcul abest posit⁹ venationib⁹ se oblectabat. Ad quas cum die quodam se parasset in cubiculũ Fredçgondæ ingressus cum eam quietis causa decubantem vidit: tenui admodum quem gerebat baculo Fredçgondam a tergo ludens percussit. Quo ictu in partẽ alterã vt ludentẽ cognosceret se regina non conuertit: sed suspicata lãdericũ esse qui palatio præerat. landerice inquit vt quid me ferire audes. Huius landerici vxorem Chilpericus stuprabat: quare fredçgondæ responso perculsus suspectam de adulterio fredægondam habuit: atq; ita leuandi moeroris causa venatum pergit. Fredçgonda rege a se abeunte sensit verbo offensum esse Chilpericũ. quare verita id q vero simile erat ne regis animo suspicio ftupri altius insideret: mulier multis homicidijs insignis ausa est memorabile facinus tentare. landericum clam ad se vocat: quç sibi contigerant meminit. Monet non cu-

Clotarius secundus nascitur.

Fredçgõdç in regẽ scelus.

piculum sed sepulchrum cogitet. Haud dubium sibi esse regem pro confesso habere landericum cum ea consuetudinem fecisse illiciti amoris. Turbatus animo landericus praesentem adesse sibi mortem arbitratur: seque veluti iam captum rapi ad supplicium putat. Quem supra quam virilem animum decet cum videret fredegonda intabescere/ vna inquit landerice res est quae nos a periculo eximat. Solet a venationibus chilpericus nocte plurima domum reuerti. Age igitur impigre & facinorosos quosuis homines & sanguinarios pecunia muneribusque sollicita qui per noctis caliginem chilpericum ex equo descendentem citis vulneribus nocent. Hoc pacto & mortem superauimus: & regno potiemur. Reginae consilium secutus landericus sicarios in insidiis locat. Hi vt conuenerant regem inter tenebras adoriuntur atque interimunt: atque noctis beneficio defensi perpetrato homicidio exclamant chilpericum interfectum esse: & quasi homicidii expertes ipsi essent childebertum auctorem paricidii vociferantur. Aulici ascensis equis huc atque illuc deprachensuri fugientes homicidas frustra discurrunt. Madulphus siluanectensis praesul eo tempore aliquid negocii in curia habebat. Is rege caeso sepeliendi officium exhibuit, atque naui impositum secundo flumine ad diui germani de pratis quam rex extuxerat aedem extulit: vbi etiam nunc eius sepulchrum visitur. Tam misero vitae exitu chilpericus regnum reliquit homo impudens arrogansque: qui cum amicum neminem obseruaret nemo illi amicus fuit. Exscripserat nescio quot libros incondito versu aliosque non paucos. quos impiam scilicet rem continentes viri sapientia probati deletos prorsus exterminauerunt. Sed iuuat me chilpericum a tergo relinquere pauperum quidem abiectorem. sacrarumque aedium osorem. irrisorem insuper ecclesiastici ordinis qui pluris semper existimauerit recenter ad fidem conuersos: quam eos quos diuturna religio commendabat: illis ecclesias attribuens: his perraro ministrans: vni tantum germano parisiorum antistiti obseruantissimus fuit. Cuius sepulchrum hoc a se edito epigrammate dignatus est.

Ecclesiæ speculum: patriæ vigor: ara reorum:
Et pater & medicus pastor amorq; gregis.
Germanus virtute/fide/corde/ore beatus:
Carne tenet tumulum: mentis honore polum:
Vir cui dura nihil nocuerunt fata sepulchri:
Viuit enim, nam mors quem tulit ipsa timet.
Creuit adhuc potius iustus post funera. Nam qui
Fictile vas fuerat gemma superba micat
Huius opem ac meritum mutis data verba loquuntur.
Redditus & cæcis prædicatore dies.
Hunc vir apostolicus rapiens de carne tropheum.
Iure triumphali concidet arce throni.

¶ Chilperici igit̃ ĩgeniũ & mores execrari debebit quisquis ad gerendã rempublicam optimus accedet.


Vnc fredegõdę reliquias ꝑsequamur. Interẽpto chilpico fredęgonda suis fortunis timẽs: se cũ omnibus opibus ad beate Marię Parisiẽsis ędẽ tãq̃ ad asyllũ trãsfert. Quã liberaliter accepit loci ãtistes. Thesaur⁊ qui penes Chilpicũ erat dũ apud callam ageret quidã aulici auferẽtes ad Childebertũ ꝑtulerunt. At fredegõda reb⁹ suis filioq; tutius cõsultũ iri cupiens gontranũ aurelię regem per nuncios orat, sibi clotarioq; tutor assit. Nec tardat gontranus, veniẽti vrbe egressa frædegonda obuia progreditur. ¶ Suscepta nepotis tutela ꝑ regni insigniores vrbes circũferri clotariũ ĩfãtẽ iubet. Qui clotariũ circũferebãt ꝓceres vrbes gontrani noĩe in fidẽ recipiunt. At gontranus popularis incõstantię nõ ignar⁹ cũ ĩ æde diuæ mariæ esset, ingensq; populi turba astaret, facto silentio. Viri ĩquit pisiẽses qui huc cõuenistis vos oro, seruate stabili⁹ in me fidẽ q̃ in fratrẽ habuistis, vt & meum nepotẽ ĩ pace educare/& vos iusticia moderari possim. ne(q͛ nolit de⁹) aut ille sine tutore, aut vos sine administratore piclitemini. Gõtrani orõne lætus popul⁹. pricipis hũanitatẽ fidẽq; collaudat, deũ ꝑcatus vt illũ saluum

Gontranus. Clotarij tutor.

faustūq; seruet. ❡ Fuere p id tps mot⁹ qdam belli repe-
tēte gontrano loca q̄ Ghildebert⁹ occupabat. Sed gane-
scus pictauorū comes qui childeberti ptes tuebat̄ lemo-
uicēses ipsosq; pictauos in fide cōtinuit: turonos praeter
ea tentauit: sed repugnāte vrbis antistite ciuitas in fide
Gontrani pstitit. At nō multo post Childebertus quem
post Chilperici necē parisium aduenientem ciues non ad-
miserant: gillonē remensem quibusdam adiunctis ei illu
stribus viris: ad gontranum ire iubet. Admissis legatis
gillo assentatiōe vsus principio gratias deo egit: qui gō
trano tam clementi & potētissimo regi pacē sincerā tri-
buisset. Nec vltra tulit gontranus verba pōtificis: sed di
cere volētē intercipiēs: nō inquit pessime pręsul blāditijs
istis libēs (te maxime orante) auditum exhibeo. Omniū
em̄ qui sūt cū sis pfidissim⁹: tu ptextu lineę huius vestis
religionē prae te ferens: Fraude proditioneq; omnes fal
lis. Te em̄ consultore vrbes quae ad me ptinent complu
res incēdio absumptę sunt. Sic loquenti regi gillo nihil
rn̄dit. Sed alter legatorū q̄ a Childeberto mandata erant
paucis ad insequentē modū elocut⁹. Gloriosus īquit rex
nr̄ childebert⁹ nobis pcepit repetere abs te pr̄ni regni p-
tē quā tu illi gōtrane ademisti. Rn̄dit gōtran⁹. iāpridem
ad haec rn̄disse, se nihil a Childeberto praeter conuento-
rū formā vsurpasse. Ea propter quę legitiae possideret se
retēturū. Nisi tm̄ ea q̄ vel gr̄a forte vel liberalitate dona
re decreuisset. Ergo cū intelligeret legatus frustra aduer
sus regē cōtendere. qn̄quidē īquit legatio nr̄a nō pcedit.
Reliquū ē q̄ ad extremū p tua iusticia īpetrem⁹. ē apud
te fredaegōda chilpici relicta q̄ sigisbertū pricipis nr̄i pa
rentē & supra paucos dies chilpicū interemit: mulier di
gna affici multis supplicijs. Propterea petit childebert⁹
hanc ad se dimitti. Cui ob scelerū immanitatem poenas
vt par est irroget. Legato gōtranus rn̄dit: iniquū sibi vi
deri ad poenas rapi mulierē regio nuptu īsignē: & quam
nō putaret culpā cōtraxisse eorū q̄ illi obijcerētur. Atq;

Gillo Remensis ad gontrauū legatus.

ita irrita legatione abeũtibus legatis, primarius ille locutor, gontrane inquit magne rex postꝗ pacẽ abnuis, scito iam securim qua tuus frater interẽptus est capiti quoq; tuo imminere. Ad hęc verba cõmotus rex extrudi palatio legatos iubet: eosq; luto cœnoq; ꝑ viam eũtes contaminari. Hinc graues iter reges inimicitiæ conflatæ sunt Gontranus post hęc fredęgondã in neustriã emittit: vbi non ꝓcul Rothomago ĩcoleret. Ad quã ex Frãcorũ nobilitate nõnulli ꝓfecti tãꝗ fortunę ei⁹ miserent̃ operam illi suã pollicitent̃. ¶ At cognito ꝙ prætexatus quem in custodia Chilpericus habuerat a Gontrano liber factus esset: indoluit vehementer fredęgonda: ꝙ ex fastigio regiæ dignitatis delapsa/ tam parui haberetur. Accedebat ad dolorem brunechildis præsens fœlicitas: quam se potẽtiorem & magis honoratam iri conspiceret. Quo liuore cruciata mulier: audacẽ quẽdam & cædibus assuetum hominem holdericum seorsum vocat: magnis pollicitationibus satellitẽ onerat. si brunechildẽ reginam necet. Conuẽtione cædis facta/ holdericus cũ multis iã diebus consuetudinem familiaritatis apud reginam brunechildẽ assentaciũculis blãditijsq; cõparasset: blãdior tamen indies visus in suspitionẽ venit. Depręhẽsusq; & tormẽtis affectus: crimen confitetur. Fustigatus deinde & ludibrio hitus ad Fredęgondã dimissus est. Quẽ paulo post sanguinaria mulier pedibus manibusq; trũcatum dimisit: vel ꝙ desidiæ cum argueret: quia videlicet necandæ brunechildis occasionem vecors præterisset: vel ꝙ significare volebat se nihil de homicidio satelliti mandasse. ¶ Cura de hinc gontrano fuit chilpici necis autores ꝑsequi: iter quos delat⁹ ẽ cherulph⁹/ q primari⁹ chilpico cubicularius fuerat: ad Martini sepulchrũ effugit vbi tãdẽ Gontrani iussu a quodã claudio multis vulnerib⁹ ĩterfectus est: publicatis eius bonis quorũ ditissim⁹ erat. ¶ Eadẽ tẽpestate gondoald⁹ qui se clotarij filiũ diu prędicauerat: quãobrẽ conciliato sibi ꝓcerũ fauore cũ bonã in

Fredęgõda iterum necem cogitat.

Cherulph⁹ occiditur.

Gondoaldus filiũ regis se appellat.

aquitania populi atq̃ vrbiũ partẽ in ditionẽ suã recepisset: Petragorios: Tholosates. Burdegalosq̃ non difficile cõciliauit. Auctus impiȷ amplitudĩe Gõdoaldus: literas ad Frãcos ꝓceres dat quas ligneæ tabellę mãdatas & cæra desuper oblitas: duobus cadurcis sacerdotibus proferendas cõmittit. Quib⁹ in itinere a Gõtrani aulicis deprę hẽsis ex literis & sacerdotũ cõfessiõe cognitum est quid Gõdoaldus aĩo concepisset. Nec morã interponit gondoaldus ad gõtranũ legatos mittere: quib⁹ oliuę ramos in manu gestare iubet: quo signo quasi pacis nunciȷ tuti ad regem peruenirẽt. Cũ ad regẽ ventũ esset: rogati nomen & gentẽ. A gondoaldo ĩquiũt venim⁹ ad te: qui cũ Clotariȷ pr̃is tui fili⁹ sit: debitã sibi pr̃nę possessionis portionẽ petit. Qđ si neges/armis hæreditatẽ repetere decertabit. ex aquitania nũerosum exercitũ iã hr̃e. accessutũ insup suis virib⁹ a childeberto magnũ delectũ militũ. Gõtranus legatos opprobrio hitos: ĩ equorũ dorsa distendi atq̃ fustigari: præter ius legationis impat. Legati etenim nomen violarę apud etiam barbaros nephas.



PEr supiores dies cõstitutum inter Gontranum atq̃ Childebertum erat de conuentu habendo. ad quem Gõtrani edicto Childebertus magno suorum procerũ comitatu venit. Ibi antę omnia Gondoaldi nũciȷs introductis Gontranus dicere imperat quæ superioribus paucis diebus apud eũ habuissent. Postq̃ cuncta ordine enarrassent: addunt gondoaldum rebus omnibus spoliasse Rigondã Chilperici filiã dum eam ad hyspaniam nuptiarum causa pater destinaret. Eius rei gnaros esse Childeberti proceres. Dum hęc nunciȷ perorassent: suspitio mox incidit regibus: eã causam esse quare aliquot ex nobilitate Childeberti concilio abessent. Nec propterea destitit Gontranus rem animo conceptam patefacere. Accepta lancea extremum eius ad childebertum intendens: hoc inquit indicium tibi esto chare nepos: regni te mei hæredẽ fore. Et nũc qui

dem toti⁹ gētis atq; vrbiū tibi ptātē īperiūq; committo Tu eñ & alter meus nepos clotarius tm̄ supestis quib⁹ hæc optimo iure cōueniāt. Hæc cū in conspectu multitudinis dixisset: appræhensum dextera Childebertū seorsum nō longe a cōtione deduxit. Primo illum monet tacitus q̄ dicturus sit seruet. Deinde docet quos ad gerēda regni negocia admittat: quibusue consultoribus vtatur: quos itē reiiciat: quibus etiam sui custodiā atq; salutem credat, Caueat a brunechilde matre: a gillone pterea remēsi qui esset perfidus maxime. His ita inter se pro locutis: ad rē communē tractandā considunt. Quib⁹ oībus quæ ad reipublicę cōmodum attinere: videbant̄: & quorū gratia cōcio habebatur absolutis: cōsilium dimittunt. Ad cōuiuium deinde itur. Inter comessandū Gontran⁹ circūstantes ita pceres affat̄. Viri frāci & apprime nobiles quos mihi semp & primores & caros habui. Hic est meus ille nepos quē hæredē institui. Colite illum oro & fide integra parere vestro regi. De magnitudine etēm ei⁹ futura/ spē capio maximā cum iā impio auct⁹ sit & virtute cōmendatus. Hæc dicens simul restituit Childeberto ciuitates quas Chilpericus abstulisset.



Ebus ex regū vsu cōstitutis: Childebertus ad suos profectus est. Dum hæc agerentur principū vnanimitate cognita: hi qui Gōdoaldo fauebant desiderius/ mommolus/ Landascus atq; sagittarius ab eo defecerunt. ¶ Est trās dordoniam flumen loco edito vrbs quæ cōuenæ appellatur: ad quā Gondoaldus se recepit: primo quidem ciuibus beniuolus: mox simulato hostium aduentu bonum fore ait si in arcem fortunas suas ciues contrahant. Deinde cum prope adesse hostem diceret: omnes in armis esse mandat: & in hostem portis patefactis errumpere. Procedente ergo agmine cum in planiciem venissent: exturbato vrbe antistite portas obstruit. Ipse cum præsidio suorū ciuitate potitus fortunam quæcunque futura esset illic

Defectio a Gontrano conuenę ciuitatis.

Gondoaldus. expectare constituit. Hic Gondoaldus Clotarij filium & Gontrani fratrē se eē iactabat. Militaueratq; ī italia apud nasertem contra gothos. Post cuius interitum constantinopolim se conferens/cū per Gontranū bosonem accepisset Chilpericū esse necatum gallias repetēs a massiliēsi præsule primo receptus est. inde Auinionem/mox aruernos atq; Burdegalā & tandē conuenas se recepit: comitantibus illum sagittario epō/mommolo/ lādasco & valdone quorum consilijs maxime agebatur. At Gontranus loci munitione cognita/cum inde Gondoaldus erui facile non posset: literas Brunechildis noīe ad eū perferri iubet: quib⁹ hortabatur eū opes omnes suas burdegalam conferat: ibiq; hiberna habeat. Paruit fraudulētis monitis Gondoaldus resq; oēs & ingentē auri summā burdegalam pręmittit. Cognito Gondoaldi discessu milites Gontrani qui iter eius explorabant: gerondam flumen enatant: deprahenduntq; iumēta quę sarcinas gondoaldi veherēt. Quib⁹ spoliatis ad locū vbi gondoald⁹ se receperat contendunt. Lendegisillus copijs præfectus carros ad vrbis obsidionē ad hunc modum excogitauerat. Intecti eñ vndiq; cratibus atq; tabulatis carri munimēto erant his qui intra caros delitescebāt. quorū negocium erat cuniculis patefacere viā in vrbem. Compata inde frequenti ex vicinis siluis materia: fasciū īgētē numerū in vallē conijciūt. Oppidani cōtra non vecordes p̄ acutis sudib⁹ & lapidū mollib⁹ igni quoq; ac pice desup̱ iactis cū materiā cum milites incēdebāt. Hac oppugnatione incassum suscepta: lēdegesillus alia via obsessos intercipere statuit. Mommolū igit̄ ad colloquiū clā vocat quē primo increpitū q̄ a Gōtrano defecisset: secutusq; esset Gondoaldū si operā nauet, vt suo aliquo facto ciuitas dedatur, se sperare Gontranum qui begnissimus esset facile illi dimissurū quicquid in eū cōmisisset. Mōmolus de ea re se cōsideraturū r̄ndit. Igit̄ mōmolus sagittariū landascūq; & valdonē sibi arcta amicitia deuictos cōue

nit docet quid illis piculi si ciuitas expugnet ipēdeat, vti le fore illi saluti suæ cōsulāt. Mommolo cū oēs acquieuissent cōuenit i aliqđ isigne ciuitatis templū ignem summittere: ad ꝙ incendium restringuēdū omnib⁹ concurrentibus facile factu lendegesillum in vrbem admittere. Ad hoc negocium accersito Carulfo ditissimo homine apud quē & ipsi diuersabantur: consiliꝗ compotem facit. postq̄ de incendendo tēplo tradēdaq̄ hosti ciuitate compositum inter eos est. Ad lendegesillum mommol⁹ occultissime venit: monstrat qua via ciuitas i ptātē gontrani dedi possit: si mō id ꝙ de reconciliādo sibi rege lēdegesillus pollicebať re ipa efficeret. Lendegesill⁹ spe recuperādę vrbis læt⁹: iusiurādū mommolo dat nihil de conuētis detractaturū. Qꝫ si aīm regis se ad id deducturum non posse itelligeret: daturū illis tn̄ firmū aliqđ templū in quo tuto dū rex placari posset cōsisterent. Re ita condita mommol⁹ consilio icendēdi templi omisso gondoaldū adit: memorat q̄ itegra i eū fide semp vis⁹ sit: q̄q̄ itē deīceps esse velit. Verū eā esse rerū conditionē vt multū confidere non debeat. Propterea tētasse se lēdegesilli aīm quē i se & ad cōcordiā ꝓcliue iueniat: lēdegesillum hoc vnū non ꝓbare ꝙ tu de gontrano male existimans conspectū ei⁹ aufugis: nec de cognationis attinentia (cui⁹ forte dubi⁹ es) vllā rationē cū fratre ponis. Hoc tm̄ si facias regemq̄ conuenias omnia lendegesillus ait ex vsu tuo fauste ꝓcessura. Sentio igitur his tot curis atq̄ pturbationibus te explices: & nos vna tecū ad gontranū ꝓficiscamur. Ad hūc modū suadēte Mommolo: sensit dolum gondoaldus/nec tn̄ cauit. Non em̄ facile esse videbat eorum maliciæ occurrere quorum & fidei & tutelæ se tanto tp̄e credidisset: Hortatur tm̄: se non derelinquāt eūtem quo eū ducerent. ¶ Dum hæc tractantur Landascus igne in proximā ecclesiam iniecto cum multi ad restringuēdū incendiū concurrūt sensim ex turba lapsus aufugit. Stabant pro portis hostes Bolo & Boso Bitu-

Perfidia Mommoli in dominum suū.

rigiĩ comites qui gondoaldũ a mōmolo exciperēt. Foribus patefactis gōdoaldũ in lēdegesilli ptātem mommolus tradit: regressusq; inde i vrbē mommol⁹ portas claudit. Erat inter ciuitatē & hostiũ castra tumulus terrenus mediocriter editus. Ad hui⁹ summũ cũ gondoaldus successisset: bolo eum precipitē deiecit. qui in caput pedesq; rotae instar circũactus illiso in caput eius a bosone saxo trucidatus est. Mommolus autē quem in vrbē reuertisse diximus gondoaldi opibus direptis: in reliquã multitudinem grassatus est. Miles vero vrbem ingressus nemini hoim pepcit moenibus solo aequatis. Igitur mommol⁹ incēsa reliqua vrbe in lēdegesilli castra se contulit. Lēdegesillus iam de regis in pditores sñia certior fact⁹: mommolũ ad se venientem excedere tentorio tātisper iubet: donec tumultuātes in eum milites sedet. Egredienti praesens mors licet ante oculos (irruentibus in se militibus) versaret fortiter quidē restitit: nonnullis ex hostibus vulneratis: sed signo a lendegesillo clã suis dato: circũuentus vndiq; mōmolus: pditionis poenas pēdit. Sagittario epo fuga salutem q̃rēti caput vnico gladij ictu a milite quodã amputat. His rebus cognitis gontranus mōmoli opes ad se deferri iperat. Erāt nũmi aurei mille pondo (besantiũ Franci vocant) argēti ducēta quinquaginta. id oē equabiliter gontran⁹ Childebertusq; sibi dispartiti sunt. Acceptã inde partē gōtran⁹ rex in pauperes distribui mãdat. Inter mōmoli spolia ad gontranũ deduct⁹ homo est terno pede ceteris hoibus maior. Inciderũt per id tps nũc in italia inde in hyspania occasiōes nōnullae belli: q̄ quia parum momēti vel pp̄ter nimios imbres: vel q̄ rebus mox cōpositis reditũ est domũ volēs p̄tereo: vnũ fuit aduers⁹ gothos duce bosso: cui attributis a gontrano magnis copijs: ducis incuria male pugnatũ ē: fusis cesisq; ad magnũ nũerũ frãcis. Cōmissum p̄terea aduers⁹ britōes nō icruētũ p̄liũ. vbi pepolin⁹ dux cacharri dolo occisus. Inter haec gōtrano celũ aduersitatis

Insueta hois proceritas.

nō nihil cōminaret: āno priore mortis ei⁹ luna supra q̄ ī eclipsi solet obscurior visa. Ipse vero post annū trigesimū adepti regni morit: & cabilonē burgūdiæ ciuitatem elat⁹ ī monasterio diui marci qd' extructū magnis ꝓuētib⁹ cumulauerat sepult⁹ ē. Cui⁹ si spectent mores: dign⁹ ꝓfecto q̄ pricipātibus ānumeret bonis. In paupes benignissim⁹ erga sacerdotes & dei mīstros obseruātissim⁹.

Signū ante gōtrani regis mortem.



Depto gontrani regno childebertus aīo reputās fredegondę ī patrē & patruelē crudelitatē pœna afficere mulierē meditat. Quāobrem Godoaldū ad se vocat: huicq; exercitus curā īponit: mādans incursionibus ꝑdere suessionēsium regnum q̄ fredegūda tanq̄ ad filiū Clotariū pertinens moderabat. Cognito hostiū aduentu fredegonda regni ꝓceres in armis ad se ꝓficisci q̄ velocissime iubet. Quibus in cōciliū admissis fredegonda filium adhuc lactentem amplexa. viri inquit regni hui⁹ frāciæ primores nō parui vobis æstimari debet rex & dn̄s vester q̄q̄ ætate paruulus est: vt in cōspectu pene vestro regnū vastari ꝑdiq; patiamini. Et reminisci quidem vos decet fidei vestrę quā Rothomagi cū essem p̄stitistis: nō deserturos vllo tēpore filium hunc meum regem vestrum: sed cū obseruaturos vt paterni regni hæredem. Per eam ipsam fidem vos oro proceres: tueamini possessiones vestras: quas hostis tam crudeliter infestat. Facile etenim factu est: q̄q̄ pauciores sumus aduersarios vincere. Neq; aīo fracta neq; consilij inops rebus deero: si modo adiutores fueritis: neq; bene rem gerentibus laus & pręmiū negabitur. Cedentes vero ignominia notabūtur æterna. Assentiētibus qui aderant. lādericum fredegonda pręficit. Cui & belli gerēdi omnem potestatē permittit: iubetq; id faciant quod a lāderico fuerit eis imperatum. Ipsa vero animo erecta mulier: ab vberibus pendentem clotarium gestans agmē anteibat. Ad siluam quę haud ꝓcul a via erat (Cum iam sol occidisset) landericus exercitū

Bellū aduersus fredegōdā.

secedere iubet:ipse cęsū ex arbore frondosū ramū i eoq̃ suspēsam nolā(vt fieri animātib⁹ q̃ nemora pascūtur solet)equi iubę alligat.Cęteris vt idē faciūt iussis. His ita ad lāderici votū compositis noctu e silua mouēs:ad castra hostiū sub lucē puenit.Quos ex hesterno labore dormitātes adorit:atq; complurib⁹ interfectis cęteri in fugā conuertūtur.Direptis mox hostiū castris in cāpaniam q̃ Remis adiacet īgressi:vicos incolasq; igni pdūt.Hāc insignē victoriā suo astu fredegōda apud truecū adepta est.

Fredegōdę astu victoria frāci potiti sunt.

¶Successit alia ī britones ducēdi causa q̃ a priorib⁹ non tradita scriptorib⁹ neq; a me scribi potest.In eo ꝑlio grādem stragē factā esse traditū est.¶Mox insurgenti belli gerendi occasione:childebertus in longobardos expeditionē parat:qui insubres mediolanūq; vexabant.Deligūtur ad id bellū duo & viginti ductores qui negociū gerāt.Quorū oīm prīcipes constituūtur andoald⁹:oloq; & codiue⁹.Superatis alpibus cū in agrū hostiū vētum est: olo ad castellū ꝓximū accedēs sagitta traiectus interijt. Mediolanū inde progressi vrbē obsidēt.Ad quos mauricius bisantin⁹ imperator missis legatis pollicetur suppetias francis ante septimum diē se destinaturū eius aduētus signum fore si oppidum in colle positum ardere intueretur.in irritum cecidit īperatoris ꝓmissio:quāobrē soluta obsidione franci castellis quibusdā in potestatē receptis:prædisq; actis:cum æstiuo æstu & alui profluuio toto exercitu laboraretur ad suos reuerterunt.

Childebertus in longobardos.

His paucis post assecutum burgundionum regnum gestis:childebertus qui iunior appellatus est vna cum vxore non sine veneni suspitione moritur. Fuere childeberto iuniori liberi duo.Theodebertus maior natu metrēse imperium cui austrasię appellatio fuit adeptus est.Quod cāpanię superioris partē continens ad alemanos vsq; ꝓtēdebat: sic quidem vocitata ꝙ austracus rex:vel vt alijs placet auster eam incoluisset. Theodorico burgundia obuenit:

Childebert⁹ vna cū vxore interijt.

Hi sunt reges duo ad quos & ad brunechildē eorū: auiam gregoriū romanū pōtificē dū augustinū ad anglos fidei christianæ doctrina imbuēdos mittit scripsisse legimus: legatū apostolicū commēdātē. Eodē tpe auares id est huni sedib⁹ suis egressi: editis aduersus frācos aliquot prelijs: īgentib⁹ tandem munerib⁹ donati quietam frāciā reliqrūt. At fredegonda regū hostis collecto grādi exercitu: clotariū filiū in bellū cōtra illos excitat. Quare cognita nō segniores facti theodebertus & theodericus q̄q̄ tutela brunechildis agerētur: magnis copijs occurrūt. pugna atrox longaq; cōmittit. Fusis deniq; fugatisq; hostibus: clotarius victor a matre magnis plausibus except⁹ est. Quæ tn̄ nō multo post cū iā cōsenuisset: obijt mortē & chilperici regis viri sui sepulchro illata est: fœmina necis multorū autor. & cui nemo sine sui pernicie hostis fuit. Nā iræ ita ptinax fuit vt supplicio satiari nō potuerit eorū quos odio psequeret. Pretextatū q̄uis carcere atq; verberib⁹ moxq; relegatione violasset. reuocatū tn̄ a gontrano & suo pōtificatui restitutū apud rothomagū dū rē diuinā facit percuti iubet/quo vulnere paulo post interijt. Fuit & aliorū innocētū sæua psecutrix. Nā cū timeret filiū clotariū credi nō ex chilperico sed ex lāderico adulterino cōcubitu eē conceptū: metui studuit: qḋ tyrannis ṗpriū est. ¶ Per id tēpus lacus dunensis tāto feruore ebulliuit: vt cocti ī eo pisces ad ripas in esum venirent accolarū. At vero reges iniuriarū quas a clotario acceperāt non obliti: ad arma brunechildis hortatu consurgūt. in quos clotari⁹ mouēs: positis apud fluuiū aruēnā castris: infœlici p̄lio dimicauit. Nā ṗfligato exercitu: tāta occūbētiū strage fluētū oppletū est: vt fluere velut obiecta mole desierit. Est em̄ in annalib⁹ frācis tria in eo cōflictu millia hoīm occubuisse. Clotari⁹ aūt cit⁹ p meldunū ad parisios se recepit. Quem insecuti reges pacis conditiones quas ipsi voluissent clotarium recipere coegerūt. Formula pacis hæc fuit: vt q̄ inter sequanā ligeriq;

Gregori⁹ romanus pontifex & Huni.

Fredegōda morit.

Lacus dunensis.

atq; ysarã loca ad occeanũ vsq; cõtinent ea theodebertus possideret. Duodecim vero regiones q̃ sequanę ysã req; fluẽtis alluunt clotarius haberet. ¶ Reb⁹ ad hãc formulã cõfectis: cũ Theodeberti iussu bertoaldus magnae apud regẽ autoritatis bonã militum manũ tuendae neustriae causa accepisset. (Parebat eñi his diebus theodeberto neustria) Clotarius merouẽũ filiũ lãdericũq; palatio praefectum i bertoaldum cũ exercitu mittit. Ea re bertoaldo nunciata cum ĩparẽ se militum numero intelligeret aurelianum se cõtulit. Quẽ lãdericus ĩsecutus: hoĩs fugã cum hostiliter exprobrat: bertoaldus ex ciuitatis muro nõ inquit, lãderice quia militum multitudine me superas: virtute quoq; superiorẽ te esse putes. Sed si cõpertum habere vis quę vtriq; nostrum animi fortitudo sit: ad singulare certamen te prouoco. Qd⁹ cum nõ admitteret landericus: Si ergo (inquit bertoaldus) tuus forte clotarius man⁹ cum theodeberto cõferet: vis ne in ipso conflictu quid vter vtri pręstet experiamur. Excepta est a landerico cõditio. Nec multo post duo reges ad iunã amnẽ qui stãpas alluit castra ponunt. Ad dum clotarianus miles amnẽ traijcit theodebert⁹ ne totis copijs clotarius pugnare posset: signo dato p̃lium init: in quo multi vtrinq; ceciderũt. sed ex clotarij exercitu multo plurimi Inter p̃liandum bertoaldus qui lãdericum ad singularẽ certamẽ ꝓuocauerat cũ lãdericũ sępius frustra ĩclamasset nõ ignarus q̃d ĩ eum doli machinaret brunechildis: ĩ cõfertissimos hostes irrumpens vitã maluit fortiter pugnãdo amittere q̃ a magistratu (id ꝙ brunechildis maxime petebat: vt eius loco ꝓthadium quẽdã ꝓmoueret) turpiter dimoueri. In eo p̃lio merouens ĩ hostium potestatẽ venit. Idem clotarius cum lãderico sese fuga eripuit. Nec desistit theodebertus ꝑsequi hostes donec parisium vsq; infesto agmine aestu & cęde madens peruenisset. Nulla tamen alia re egregię gesta: domum reuersus est. Erat inter aulicos theodorici prothadius quidam

Iuna fluuius prope stãpas.

Meroue⁹ capitur.

italus qui cũ brunechildæ stupri cõsuetudinẽ (vt credebatur) hẽbat. Quã ob cãm brunechildis illũ apud theodericũ & dignitate & auctoritate plurimũ posse oĩ studio adnitebat. Et poterat quidẽ. Nã italus cum esset ingenio astuq; pditus, regi grat⁹ habebat, sed pceribus oĩbus pter singularẽ pecuniç auariciã exosus. Hoc ergo pthadio freta brunechildis & q̃ nõdum bono aĩo in theodebertũ mettẽsium regẽ, qui eã ab se relegauerat eẽt theoderico suadet illũ thesauros p̃ris ad se sustulisse. quorum parti hæres ipse eẽ debeat, simulq; theodebertũ ait ex alieno cõcubitu fuisse susceptũ / atq; ex hortolano prognatum. Quãobrẽ mitteret ad theodebertũ legatos qui suã & p̃ris pecuniã suppellectileq; repetãt. ¶ Talib⁹ frequẽter aĩatus cõsilijs theodericus, cum frustra theodebertum admonuisset cõtracto plurimo exercitu, aduersus theodebertum pfect⁹ ad carisiũ castrametatus ẽ. A quo quia nõ pcul abesset, theodebertus aciẽ ĩstruit, postea die dimicaturus. At primores exercitus aĩo volutantes q̃ turpe erat fratres ĩter se digladiari nec minus ignari rerũ belli carũ q̃bus & ĩperia atteri & nõnunq̃ pessundari solẽt regẽ adeunt orãt ne fraternã pietatẽ temere violet, ne ve committat quo sua dignitas, fortunæq; suæ deteriores sint. At pthadius ĩ cõtrariã sñiam regẽ ĩclinaturus. Minime inq̃t decet ex leui cã de pace repẽte agere sed tẽtare oportere hostis aĩm si forte petitis ågescat. Quo verbo irritati pceres, ĩ cædẽ pthadij cõspirãt, pten⁹ tumultus exorit. Quẽ adhuc nõ ĩ aptũ pdeũtẽ cũ theodoricus ad tẽtorij vestibulũ stãs cõiectura aliq̃ pcepisset, regẽ a prothadio oẽm iniuriã (phibẽtẽ quidã ex cõspiratorib⁹) (ne vltra pgrederet) distinuerẽt. Qui ĩ sñia nihilomin⁹ pseuerãs vocato ad se vselino ĩperat ĩdicere militib⁹ ne pthadio noceãt. Vselin⁹ vero cõsci⁹ q̃to cũctis eẽt odio prothadi⁹ vbi ad cõiuratos venit, rex ĩquit mãdat pthadiũ occidi. Cõcurrũt igit alacres milites, & hoĩem alea cum petro quodã medico ludẽtẽ ĩterimũt. Qua re pperrata,

Prothadius ital⁹ brunechildis familiaris.

Bellum a theoderico ĩ theodebertũ mettẽsiũ regem.

Prothadius phibẽte theodeberto a militibus occiditur.

oēs ad regis tētoriū cōuolāt: orāt ne iniquo aīo ferat pes simi hois necē quē scirent oēs amicicię & pacis inimicū. Ad hęc theoderic⁹ recenti homicidio turbat⁹ cū aduers⁹ q̄ plurimos furēdi via nō esset aīos ponit: & paci se accō modat. Qua priusq̄ armis decertarēt ex ꝓcerū consilio cōcessa/discessū est. Inde theodericus q nulli ad id tp̄s legitimis nuptijs vsus esset: sed duos ex cōcubina filios exceppisset aīm ad mr̄imonij fœd⁹ conuertit. Erat hyspano regi deterico filia nubilis. Hāc sibi a pr̄e coniugē dari per legatos postulat: fide p̄stita illā ppetuo & vxorē & reginā fore. Detericus mēbergę pr̄ (id ēm erat filię nomē) genero lętus: filiā theoderico despōsat. Acceptā theodericus vnice diligit. Sed huius tā arctę charitatis īuidia brunechildis ita regis puertit aīm: vt de spreto vxoris thoro eā cū ijs q̄ pr̄no dono exportauerat muneribus ad pr̄em remiserit. Qua a theoderico ignominia affectus detericus Clotarius p nuncios sollicitat recordari quid in eū priore bello Theodericus cōmiserit: si ad vltionem exurgat: se qui īsignē a theoderico iniuriā accepisset illi auxilio fore. Excepit piocunde legatos clotarius: eosq; ad theodebertū mittit tētaturos si forte ad belli societatem iungeret sese. Qui idē quoq; se facturū legatis rn̄dit. Inde ad lombardos ꝓfecti legati agonē regē adeūt. Memorāt reges tris in theodericū cōiurasse: si ad eos quart⁹ accedere velit adesse tp̄s: cū ipsi oēs ob superiores eis illatas molestias theodericū vlcisci facile possint. Agon sese regib⁹ constiturū spōdet. His rn̄sis exhylarati legati ad detericū reuertunt. Cōiuratione regū ad theodericū perlata rē grauissime tulit. Ad theodebertus sperans ad bellū cōuenturos cōiuratos reges primus copias eduxit. Venietibus in mutuū cōspectū regib⁹: nihil armis tētatū ē. Sed vltro citroq; euntibus legatis: dies apud salesiam castellū de concordia cōponenda dictus est. Quo theodericus cū decem hoim milibus se contulit. Theodebert⁹ lōge maiore procerū numero profectus est: animo omnia

Nubit theoderico filia regis hyspanię quam postea dimisit.

Bellū īter fratres.

disperdēdi si frater a conuētis resiliret. Territus numero fraternæ gentis theodericus: nihil repugnat patē recipe quācūq; theodebertus voluisset. Conuētū inter reges extitit: vt comitatus duos turoniç atq; cāpaniæ quasi ad se hęreditario iure ptinentes ppetuo theodebertus reciperet. Rebus ad hmōi formā confirmatis: vale sibi dixerūt reges. ¶ Verum nō ita pacato animo theodericus mussitabundus sæpe cogitabat qua ratione fratrem bello vexaret/a quo & bello fuisset impetitus/ & bona parte regni mulctatus. Concilio cum prudētioribus aulicis accepto: sibi conducere ratus si Clotariū amicum faceret ne theodeberto iūgeret: ad eū legatos ire iubet: qb⁹ mādat regi dicere quib⁹ se calamitatib⁹ theodebertus pssisset: adempta sibi grandi terræ possessione. Ideo constituisse repetere ab eo q̄ iniquissime rapuisset: si clotarius fidē det se non suppetiaturū fratri. Audiuit per summā beniuolentiā legatos clotarius. Et quę regis sui nomine petebant cōcessit. Erat em̄ colūbanus eo tēpore sāctitatis nomine pręclarus. hic clotariū admonuerat: ne fratrū bello se insereret: fore post aliquot dies: vt illorū hæres esset. Cognito clotarij responso: theodericus ad lingonas copias cogit: ide verdunū q̄ ciuitas per id tps primū ædificabatur pręteriēs tullū petit: quo & ipse theodebert⁹ ex austrasia educto milite castra posuerat in eo loco accerrime pugnatū est cadentib⁹ ex vtroq; exercitu permultis Sed inclināte in theodericū fortunā theodebertus p metenses fugiēs tādem coloniā se recepit. Ibiq; reparatis viribus: non multo post theodericū infesto agmine non tamen meliore fortūa/aggreditur. Nā tametsi nō ignauiter pugnaret: tn̄ postq̄ videt suos superari: deserto plio, fugę se mādat, insequētibus eū austrasijs, quorū magna pars fugiens occiditur. Traditū est tam confertos milites in sese eo prelio concurrisse, vt qui in equis sedentes vulnerib⁹ cōfecti erāt delabi ab equis turba digladiātiū īpediēte nō possent. Theodericus cognita fratris fuga cū

Pax componitur.

Theodebertus fugit.

illum hostiliter insequeret: oia qua iter agebat pdens: regionis incole illu conuenietes orant ne ob vni9 hois culpam innocente populum exterminet: eos quide cu omi prouincia qua armis coparasset suos ee: nec iperata vnq negaturos. Quib9 rex rndit se quide illis venia daturu si fratris caput ad illu pferat. Igitur qui venerat responso accepto colonia sine mora pficiscunt: theodebertu his verbis alloquunt. Frater tuus theodericus bello abstinebit si parte thesauroru quos ex patris successione possides illi distributa esse voles. Propterea tibi nobiscu cosule: & tuu fratrem patere consorte esse paterne supellectilis. Credidit loquetib9 theodebert9: staticq i reconditoriu vbi thesaurus asseruabat vna secum turba admittit. Interi vero dum secu reputat quid fratri ipartiat: vnus ex populo districto i theodebertum gladio caput illi9 amputauit: nec cunctat p ciuitatis muros ad theodericu caput pijcere. Morte fratris cognita: theodericus colonia ingredit. Regnumq austrasie qd theodeberti fuerat suscepit. Mox reb9 ex sua snia compositis duos theodeberti filios cum sorore formosissima puella metti repetes duxit Cui occurres brunechildis cospectis nepotib9 furens mulier inocetes ptenn9 iteremit. ¶ Theoderic9 aute parta victoria ducatu sicuti couenerat clotario restituit: deinde cu spe illect9 neptis qua colonia abduxerat eam sibi desponsare & vxore accipere oino contederet brunechildis ipediuit: dices nephariu esse ducere vxore q proximo sibi gnis gradu attineret. Cui theoderic9 rndens. O iquit pfida & odiosa multis foemina: nuquid mihi psuaseras theodebertu adulterino cocubitu pgnatu meu fratre no ee: qre me & fratre & pximu meu psequi atq pimere compulisti: Hec loques theodericus brunechilde occidere tetauit: sed ope aulicoru ptecta coenaculo se pripuit. Nec differt crudelis mulier vltione: potione leti fera conficit: que theoderico p ministros quos ad id idoneos instructosq reddiderat bibenda du balneo egrede

Theodeberti amputatum ab vno de turba caput ad theodericu fratre defertur. Brunechildis crudelitas.

Alid9 brunechildis parricidium.

retur offert. Veneno epoto rex Balnei calore aestuãs: repente interijt. Sunt tamen qui scribãt pro fluuio alui interijsse postq̃ annos decem & octo regnauerat anno dominicae salutis. dcxviij.

¶ Eiusdem compendij liber tertius.



Egibus vt pmissũ ẽ interẽptis vnꝰ ex clodouei cognatiõe tm̃ clotariꝰ superat: ad quẽ regnũ ptineret septio & quinq̃gesimo ãno postq̃ clodouęꝰ eẽt vita defũctus Sed brunechildis plurimorũ cęde audax: sigisbertum theoderici nothũ austrasiae regno pficere cõtendebat. Cuiꝰ coeptis repugnãt austrasij pceres: quia crudelis foemĩe mores execrarent. Igitur ad Clotariũ duos ex nũero eoꝝ longe nobilissimos arnoldũ pipinũq; mittũt oratũ venire ad eos festinet ad castellũ cui capthomaꝝ nomẽ erat. Audita legatiõe clotariꝰ eaq̃ pceres vel ĩtelligit ĩpigre cõplet. Castello qd pxime diximꝰ agẽti clotario: brunechildis cum nõ longe abesset (nã vuarmacię q̃ vãgionũ caput est ad vlteriorẽ rheni ripã agebat) mãdat finibꝰ regni austrasię abeat: qdꝰ sigisberto filio theodebertus pr̃ reliquisset. Ad hec clotariꝰ brunechildi nũciare iubet. Moris eẽ foeminã leges viris nõ ponere: neq; de distribuẽdis regnis ĩuitis pceribus agere. Quos si i cõtionẽ vocatos velit: nõ repugnare se quĩ ipsis diffiniẽtibꝰ: vel sigisberto vel sibi austrasia caedat, Accepto clotarij r̃nso: brunechildi germanos ad belli societatẽ accersit. Nec segnius ex oĩ austrasia q̃ maximas copias põt cogit. Erat iter legatos a brunechilde in germaniã missos garneriꝰ: quẽ secus ac iussus esset rẽ gestuꝝ suspicata: ad albonã garnerij in legatiõe collegã lr̃as de occidẽdo garnerio dat. Lr̃as cũ legisset albo.n

Clotariꝰ regnat.

Brunechildis audacia.

laceratas a se se abijcit. Quarũ fragmẽta vn⁹ ex garnerij amicis cogẽs exceptã ĩde diligẽter sniam garnerio patẽ fecit. Re dissimulata garneri⁹ clã suadet germanis brunechildis pces ne sequant. deinde ad brunechildẽ reuersus ĩ burgũdiã. vna cũ brunechilde iter facit. Vbi seorsũ q̃sq; pceres couenies: eos ĩ sniam suã eo facili⁹ vertit q brunechildis tyrãnidẽ horrori haberẽt. His igit sic se hñtib⁹ garnerius clotario nũciat: si se ad eũ tuto cõferre possit: velle ad ipm pficisci. Nõ difficile fore vt mettẽsiũ burgũdionũq; regno adiutore sese potiat. Garnerij cognita volũtate Clotarius cũ certior fact⁹ eẽt: quis ad rẽ cõficiẽdã mod⁹ garnerio satis pspect⁹ hẽtur: cõtracto raptim exercitu: ĩ cãpaniã cathalaunẽsem mouet quo sigibertũ iã castra posuisse cõstabat. defecerãt p id tps a sigiberto ad Clotariũ nõnulli ex austrasia apprime nobiles Arturus ruco. Sigold⁹. & Euulan⁹. Instructis ad pugnã copijs priusq̃ manus cõserãt: cõmilitonib⁹ signũ dat garnerius de quo inter illos couenerat. Ipe sensim acie excedẽs: cęteros sui cõcilij cõscios comites educit. Quos lento agmĩe ad flumẽ vsq; sagonã (quẽ veteres ararim noĩabãt) psequẽte clotario: cũ sigibert⁹ infestis copijs ad eũ locũ venisset ipe cũ duob⁹ fr̃ibus corbo & merouco in ptãtẽ clotarij venit. Sigibert⁹ aũt equi pnicitate salu⁹. nullo postea tpe cõparuit. Victori mox clotario brunechildis captiua offert vna cũ eudelina Theoderici sorore q̃s ĩ castris hostiũ garneri⁹ dephẽderat. Nec tardat rex corbũ necare: seruato merouco q̃ ex lauachro xpiani baptismatis filiolũ habebat cui⁹ & ipse diligentẽ curã deĩceps habuit.

Sigibert⁹ vincitur.

¶ Exultãs tãta rerũ fœlicitate clotari⁹ accitis ad cõtionẽ diuersę gẽtis qui cũ eo militauerãt pcerib⁹ de brunechildę castigãda cõsiliũ capit. Recẽsitisq; mulieris flagitijs: & q eẽt decẽ regũ: aliorũq; multorũ cędib⁹ rea: rogat quo supplicio digne plecti posset. Acclamãtib⁹ cũctis crudelẽ fœminã vilissima aliq̃ morte affici debere: priusq̃ ĩ cõspectũ cõtiõis rex eã ĩtroducere mãdaret: q̃rto fustiga-

Brunechildis vltimum supplicium.

tā tādē deduci ad se iubet, i q̄ postq̄ diu aspecq; iuect⁹ eēt insidētē eq̄ mulierē p̄ totū exercitū circūferri impat. Inde a capillis & lacertis, ferociētis equi caudę alligatā, reliq̄ corpore humi ꝓstrato lictor distrahit. De cuius nece vaticiniū sibillinū esse nōnulli asseuerāt, id qa mīme cōptū habeo asseuerare non ausim. vatū si quidē enigmatibus atq; obscuritatibus interpretationē adhibere diuinantiū est. ¶ Ne tamē sua laude brunechildem fraudemus cōplura sacerdotum collegia & monachoꝝ apud burgundos austrasiosq; extruxit/ iter quę apud lugdunū ꝓ muris adhuc visit̄ diui Vincētij cœnobium. Apud heduos quoq; alterū: vbi assentiēte Clotario sepulta est: & alia locis diuersis templa diuo Martino cui deuotissima erat dicauit. Ita vt si impēsam cum brunechildis fortunis cōferas: mireris sane tot vno sęculo templa: assignatis cuiq; ꝓuentibus: mulierē exędificasse potuisse. Eius ętate etherius Lugduni: apud heduos siagrius: viennę desiderius: antisiodori annarius austerius aureliæ: lupus & columbanus apud se nonas mira sanctitate claruerunt.

Brunechildis laus.

Reductis ad vni⁹ regis imperium quattuor regnis Clotarius palatio pręfectū garneriū (cuius opera vsus maxime fuisset) constituit: burgundiam harponi cōmendat. Austrasijs rado præpositus est. Et ne liberalitatis quicq̄ Clotarius p̄termitteret: garnerium imprimis sui palatij pręfectum cōplurimos deinde burgundiæ ditionis proceres/ antistitesq;: & qui aliquid pensi haberēt ciues ad se vocat. Vocatos amplissimis quemque muneribus ad conciliandum eorum sibi beniuolentiam impartit. Nam præter summā humanitatem atq; modestiam quibus illum natura instituerat: religionem quoq; venerabatur: & ꝙ rarū est pietatē colēti: bello optim⁹ atq; strēnuus erat. Longobardis qui annuum francis a gōtrāno ad ipsum vsq; Clotarium pensum duodecim auri pondo quotannis soluebant tributum abrogauit; acceptisque prius sex &

Clotarius ꝓuincias distribuit.

Lōgobardi tributo liberati.

xxx.milib⁹ nūmū augustā suzācꝫ ī alpibus ciuitates liberas illis dimisit. ¶ Dum hęc agerentur nat⁹ est Clotario ex bergedruda vxore Dagobertus: quē lr̄is erudiēdum Arnulpho mettēsium p̄suli cōmisit. Bergedruda vero nō multis post annis moritur: in cui⁹ loco Sichildē Clotarius accepit quæ haibertū enixa est. ¶ Dagobertus autē postq̄ sibi p̄ ętatē licuit feras īdagare & venari (vt gallis mos est) pergit. Excitato ceruo cū longo iā cursus lassus quietis locū q̄rit / vicū quē catulianū vocāt ꝓfugit In eo vico sacellū erat vbi cōdita humo & lapide īstrata corpa beatorū Dionysij / rustici / & Eleutherij a suscepto ꝓ fide xp̄i martyrio p̄ ānos.xxx.supra quīgētos religiose colebant. Eo (cū patēs sacellū eēt) se ceru⁹ ꝓripit: soloqꝫ decūbēs quieti se mādat. insequētib⁹ crebris latratibus ceruum canibus cum ad sacellum venissent: ceruo cōspecto frequentiore latratu perstrepentes: nulla eis: sed nec ipsis venatoribus in sacellum irrūpēdi facultas fuit: suā ędē tuentib⁹ viris sc̄titate spectatissimis. Ea re p̄ vicina loca plata locum veneratiorē fecit: & Dagoberto admirationē simul & pietatem cumulauit. ¶ Mortua p̄ id tp̄s Bergedruda Clotarius sichildem accepit. vñ processit (vt ꝓxime scripsi) haibertus. At Dagobertus cū p̄ceptorē q eum secularibus ornatum redderet īstitutis a patre accepisset quē aquitaniæ ducatu pr̄ donauerat: intellexit nō rudis adolescēs q̄tū sadragesill⁹ (id eīn nomen erat pedagogo) ꝓpter acceptā a p̄re dignitatē supbiret ita vt eū neqꝫ satis reuereret neqꝫ obseruaret: vocatum ad cōuiuiū sadragesillū: cum e regiōe Dagoberti velut par illi assedisset: poculūqꝫ tāq̄ ex æqualis manu desumpsisset: iubet eum virgis cædi: & barbā quā ꝓmissam habebat āputari. Qua accepta iniuria: ad clotariū sadragesillus fere lachrymās ꝓcurrit. Eā rē pater furēte aīo excepit. Dagobertūqꝫ ꝓtin⁹ ad se venire iubet. Exaspatū patrē qa adolescēs p̄timesceret nō alium fugę locum q̄ sacellum quo a canibus tutus fuerat ceru⁹ secum reputās

Dagobertus nascit: & habibert⁹.

Miraculū pe ceruo.

Dagobertus pedagogū suū virgis cedere iubet.

sta tñ & ad fratres rara via, & ipsa cũ summa ꝓspectiõe custodũ patebat. insedit aĩo illuc ire. Quo cũ deuenissem oĩm vestigijs ꝓuolutus, morbi quo afficiebar plagã medicis sapiẽtibus retuli. Quibus vt aliquãti leuamĩs apud ꝓpicios dños obtinerem supplicaui, vt & ꝓ requie cõiugis quã exemptã vita arbitrabar missas celebrarent & attẽtius orarent venerabilẽ religiositatẽ eorum obnixe efflagitaui. Qui afflictionibus & miserijs meis prudẽter cõpassi per merita & interuẽtũ sanctorꝝ quibus deseruiebãt veluti futurorũ prescij ꝓximã pollicitati sunt ab omipotente mihi affuturã medelã/si tñ fidei sacramẽtis aĩm accõmodarẽ. Sic ab eis bene cõfortatus post orationẽ ab illis deductus noctis ergastuli antris ita demũ sum restitutus. Sequente noctis vmbra, cogitatu sedulo lucicomum desiderabã cernere sydus, ingressusq; sanctę trinitatis vicinũ carceris oratoriũ post matutinalẽ expletionẽ solus inibi ꝑnoctatus, cũ ꝑ fenestrã intuitũ extra dirigerẽ quẽdã custodũ vltra vires ĩmerito tñ mihi infensum, sub imbrice cominꝰ video iacentẽ. & ne vel ꝑ modico maceriei foramine elaberer ipso statu seruare cupiẽtẽ. Quẽ somno & mero sopitũ deprehẽdens, inter alta cordis suspiria ridiculũ mihi omẽ melius aspectans oborit. Enuero cũ ita diffusum solotenꝰ & eiꝰ essem frequẽti ceruicalis quo superfuerat expositus repulsu viderẽq; eũ penes fundamina basilicae impexũ scalã cõcite q̃ ad accẽdẽdos faros angulo fuerat reposita subiens funiculũ ocio torpentẽ supra laquearibꝰ solui. Cominusq; hastas quibꝰ vexilla tpe letaniarũ aptãtur cõspiciẽs. vni earũ funiculũ cũ laqo subnexui, ꝑq; eãdẽ fenestrã ieci. Hac cõprehẽsum arte mucronẽ sustuli, inq; altas & squalentes feci iactare latrinas, vocatoq; eius nomine, aĩo ad eũ. O custos peruigil, tuorum spes fidissima vigilas ne. At haec ille. Vigilo & bñ vigilo Cui iterũ ego. Et quid struis. Et ille, Quid de his ĩquit tibi. Rursus ego. Si forte repẽtina necessitas cogeret; forsitan gladius manu abesset. Illo ad caput brachia conuertẽ

te,& cũ huc illucq̧ querita̅ti,si me dixi sic custodisses,hodie me nequaq̃ hic habuisses. Quicquid i̅quit illud est qđ de mucrone actũ est,satis superq̧ te vt iussus sum seruaui,& seruare curabo. Et ego. Vade ergo & i̅ munere fidelitatis huius & vigiliarũ tuarũ, illo in loco cõpete̅ti armame̅tario que̅ turpiter amisisti recollige mucronem. Eade̅ ipsa die,quida̅ fratrũ explora̅tes totius causae meę veritatis tenore̅,per harduinũ qui quotidiāo ministerio a̅te me missas psallere consueuerat scripto misere. Cunctis de more ei oblatio̅es deo macta̅d is.maxie ꝓ cõiugis meę absolutio̅e qua̅ humanis exe̅pta̅ rebus credeba̅ offerre̅t.ille mea̅ cautius stringe̅s manũ,secus altare esto dixit.Post cõsummata̅ hostia̅ oe̅s cũ foras egressi fuissent/substiti solus,& sacello ꝓiecta̅ colligens rotula̅ viuere vxore̅/& nil in filiũ meũ sinistri opatũ cognoui,cõplures ia̅ poenitere qđ taliter fide̅ ruperint & a me discesserint,ferocibusq̧ animis certatim restitutione̅ regni moliri. Quod deo faue̅te,resq̧ in meli⁹ per obte̅tũ sctõꝝ suoꝝ transfunde̅te ad perfectũ deduxere.

Alia eiusdem Ludouici cõploratio.




Erũ q̃q̃ angusti⁹ regni recupato fastigio pristinę dignitatis ꝑfrueret gloria, mcoꝝ ata̅n nõ imemor votorũ ac ꝓcationũ quib⁹ excelle̅tissimũ martyre̅ sebastianũ rogauera̅, & me icu̅cta̅ter accepturũ credeba̅ i̅surge̅te rursus ꝑduellio̅e cũ passim regni quietudo ꝓpugnaret & pacis tra̅quillitas cõfũderet. ꝓ his sctm̃ supplicaturus ad ꝓdictũ accessi locũ.Et quia sępenumero i̅ hm̃oi priuatis seu publicis ei⁹ ꝓpote̅s auxiliũ fuera̅ exptus, super his quoq̧ solitũ quo impartiri dignaretur precabar enixius.

¶ Proxima rue̅te nocte illud quod ante dies rogaueram nocturno visu accipio euidentissimis indicijs/ab eo ęlitus vt reor mihi cõdonatis.Sed vt ingruentiũ cladiũ ruina nulla patere̅t ratione oblatas mihi duplicare moras. Hic digressus,discrimini me ꝓ cõmissis a deo populis te̅taba̅ impe̅dere, & certamini si res exegisset, viriliter ex-

hibere. Hinc me proficiscētē ppositꝰ huiꝰ almi collegij theth erꝰ noīe psecutꝰ nr̄i comes efficiebat itineris. Cūq; penes me equitaret & pcul a sc̄tō loco diuelleremur caput retorquēs, & in eūdē phdolor vltimū aspectū cōuertens intimi cordis mœrore turbatus, sup excrescētes pfunde mœsticiȩ fluctꝰ ihibere vltra nō valui. Tristis & mœrens amaras fundere lachrymas letaliter cōclusus cœpi, quid agendū mihi potius foret valde suspēsus. Votū sancto de uouerā, cuius operādi diē prȩfixū videbā. Vitæ ab eo finē pceperā, cuius me trāsgredi metas nō licere sciebā denicq; cōmissum mihi ad regendū xp̄ianū a deo imperiū, haud ignorabā. Cuiusvsq; a deo cū oēm labefactari orbē cōsiderarē, & vicinā desolationē quā pscierā formidarē/ reū me sup hoc inueniri, pq; hoc eternis supplicijs dānari ab illo metuebā qui vniuersorū autor extaret & dn̄s, iudexq; vēturus vnicuiq; scd̄m opa esset redditurus. Ille taliter me tristari cōspiciēs, diutiꝰ qdē cōsultū tenuit, erat em̄ vir ī oībꝰ fidelissimꝰ. Et cū iā vberrimū meoꝝ fletuū ībrē ferre nequiret. Ipe q̄q; ex hoc pmotus in lachrymas ruit. Quid īquit optīe cȩsar tibi & tuis grauiter destitutis hæc pdesse poterūt. Per te cōsolabant̄ vniuersi, hylaritas tua si mœstis patebat/ dolorē omnē euacuabat. Noli dn̄e & gl'iosissime impator, noli hoc seruis tuis letalis tristitiȩ vulnus in re cui sūma semp iocūditas, vultus serenissimi obnubilationē talē ostētare. Hoc tuorū militū corda brachiaq; dissoluētur. hostiū vires robore cōcipiēt. Singulare id dūtaxat tuis eē debet secretū: qdꝰ ita tui pectoris turbare potuit lȩtissimū spq; quietissimū statū. his fortasse si fidelit̄ tibi cōpassi fuerīt dabit̄ vt cōsolatiōis remedia valeāt repire. & si secꝰ fieri neqbit leuiꝰ deīceps cū huiꝰ rei plures cœperīt effici pticipes feres. tū ego q̄ fideli nouerā psuasiōe edita cōsolatoris mei vba suscipiēs, eis cām reddidi/ ei quid latet corde detexi ptinꝰ ore. Sc̄m illū locū me amauisse plurimū dixi/ quē vltra me nō videre, sc̄ti martyris agnouerā reuelatiōe. Votū īsup vouisse cuiꝰ effectū

plurbuisset fluctuatio collati imperij. Et nisi formidini ab hostibus imputaretur, aut ei⁹ quod supra modũ pertimescendũ erat, ab omnipotente ruina exigeretur, arma purpurã & stemmata q̃ libẽtissime ibidem deponere voluisse. Inde ab eo cũ salubrius cõsiliũ expeto dari, tale percepi Bonũ inquit votũ tuũ gloriosissime cęsar, sed sicut docet beat⁹ Gregorius, deo nihil bona volũtate dilectius. Magnũ quidẽ est quod optas renunciari saeculo & omnibus quae possides, siquidem per hoc xpi imitator esse potes. Verũ multorũ salus a quibus ꝑficitur multiplicia in singulis p̄mia pollicet. Illud tibi, istud oĩbus cõsulit. Magnũ illud, sed maximũ est istud. Hoc si non põt operari voluntas, in isto poterit remunerari. Deniq; in deo fuit id magis mirabile, q̇ dignatus est mori ꝓ seruis. Caritatis augmentum, maius idem ipse commendauit esse, si quis pro fratre non dubitasset animã ponere. Fecit quod docuit, pro nobis animã posuit. Pertulit dñs mortẽ vt seru⁹ reciperet dignitatem, non necessitati succũbens, sed plasmatori suo ineffabiliter subueniẽs. Quod sequamur exemplũ in sese ostẽdit, & danti operam/palmam victoriae promisit, & permanens praemiũ reposuit. Quia ergo gregẽ suum reginaini vestro cõmisit pro eo si necesse sit, vsq; ad mortẽ decertãdũ est vobis, & hoc erit insigne atq; laudabile. His luculenter a praedicto viro instructus, & fortiter in agẽdũ animatus, me iterũ iterũq; sanctitati illius & fratrũ attẽtius cõmẽdãs, tametsi nõ vt ante tristis, non tamẽ a deo discedere hinc praeualui laetus, quippe qui quos dilexeram vnice, supraemũ me sciebam transmittere. vale. Haec quidem descripsit Ludouicus pius.

Cõuentio apud cõpẽdium.

T ne publico auctoramẽto cõiurati aduersus patrẽ filij destituerẽtur, coacto apd⁹ cõpẽdium ex toto regno ep̄oꝝ ꝓcerũq; cõsilio, lotharius eductũ de custodia patrẽ cõpendiũ perduxit, vbi cum pleriq; Ludouici aduersitati cõdolerent, cõiurati formidãtes ne tãta miseratio in eoꝝ perniciẽ verte

retur,decere dicūt vt quēadmodū apd' populū se Ludouicus purgauerat:ita ipe satis eccl'iae faceret quā leserat. Ipse aūt haec dicentes plane mentiebantur,Sed ex pontificiis legibus testimoniū sumētes asserebāt satisfactionem digne fieri nō posse nisi balteū militare atq; arma a se sine vlla spe repetēdae dignitatis reiiceret. In coniuratorū sniam pmulti venere:inter quos sibi timentes pōtifices qui cōiuratiōis cōscii erāt pleriq; fuerūt. Itaq; i ludouicū snia fert. Ille ipatoria dignitate se addicat:& cucullā monacalē sibi sumit.Nec nihilo secius custodiendus in mōasterio remittitur.His ita vt pmissum est in cōuentu cōpēdiensi cōfectis Lotharius aquisgranū cōtēdit,Sed curae deo est hoim virtus Ludouico ex francia abducto: fiunt p toti' regni puincias hoim cōuētus:et plurimo passim murmure filiis detrahitur:cunctis miserabilē regis fortunā cōplorātibus.¶Erat eo tpe Guillelmus frāciae connestabilis:qui magistrat' ad res bellicas secūd' post regē ē, & eggard' comes genere clar'.Hi summo studio iperatorem restituere adnitebātur:quib' frequētes ex germania atq; burgūdia nobilitate viri quorū par anim' erat: adiūgebātur:Bernard' pterea & Guerin' ex veteri ludouici familia potentes cōtiōes in burgūdia habebāt.& qsdam promissis:alios aequis rōnib' sibi demerebantur. Etiā vulgabatur ludouicū iperatoris filiū ad prēm i alemaniā cōcessisse.Quibus reb' ab aduersariis cognitis:ad pipinū in aquitania agētē q̄ celerrime brionē ex suis mittūt:qui de his q̄ de restituēda ludouico agerentur pipinū certum reddat.Cū aquisgrani hybernasset lotharius parisium ire constituit.Cui per albarnensem vicū iter agenti occurrūt nō contennēda manu terrae illi' primores. Petūt dnm sibi ipatorē liberū reddi. Alioquin se vim facturos.Sed p ludouici beniuolos re cognita:ipator q̄ occultissime pōt pceribus mādat id ne conētur. Nā si coepta nō pcedāt in suam pniciem oia redditura. Desistūt ergo pceres,Lotharius vero iam ad sancti dionysii mo-

Cōnestabilis.

nasterium peruenerat, cũ ex burgũdia aubericus comes & berardus magnis contractis copiis properãtes rẽbaldũ & gautelinũ ad lothariũ legãt, quib⁹ mãdatũ est imperatorem ex seruitute repetere. Si id faciat, nihil sibi de fortunis/neq; de dignitate detractũ iri. Sin min⁹ constituisse se vi atq; armis innocẽtẽ ludouicũ educere. Legatis Lotharius respondit, non sua culpa sed pontificum & seniorũ iudicio ludouicũ condemnatum esse. Neminem esse qui de patris ignominia plus se succenseat/vel de eius honore congaudeat. Quæ postq̃ locut⁹ fuisset discedẽtibus legatis iubet ad se paulo post reuertantur, scrutatur⁹ qua ratione id quod petebãt absolui posset. Hæc q̃uis ita diceret: proten⁹ tñ abeũtibus legatis patrẽ ĩ dionysião cœnobio liberum dimittit. Quo salutandi regis gratia complures episcopi proceresq; se contulere, cohortatiq; sunt vt balteo militari resumpto in pristinam se dignitatem restituat. Qđ facere destulit donec episcoporum consilio atq; auctoritate purgaretur, veluti fuerat quondã sñia condemnatus. Recõciliatione percepta, accingit balteo & ĩperiali dyademate coronatur. Nec multo post carsiacum petit. Illuc venere pipinus & ludouicus cum multo amicorũ numero, quibus cum familiariter confabulatus rex tandem eos dimisit, atq; aquisgranum profectus est, vbi iudith vxorem ab exilio ex italia redeuntẽ excepit. Patrem iterũ aspernatus lotharius in burgũdiã abierat, cabilonẽq; vrbẽ diripuerat tẽplis oĩb⁹ spoliatis atq; exustis occasione a guarino comite sumpta: qui locum muniuerat. Nec cũctat⁹ ad cœnomannos vbi lambertum & maufredũ belli duces ex neustria recipere sperabat: cõtẽdit. Quẽ vna cũ ludouico filio insecutus ĩperator, positis vtrisq; ad tizũ fluuiũ castris cũ pipinũ ĩsuper cum copiis ad patrẽ venisse lotharius cognouisset: victoriam desperans supplex ad imperatorem venit. Quem cũ omni sua nobilitate in verba imperatoris iuratum pater in italiam dimittit: alpiũ claustris presidio occupatis. Ne quis

Lothari⁹ cabilonẽ incendit.

ex italia inuito milite in frāciā demigraret. ¶ Curauit deinde summopere ĩperator oppssas p superiores contentiones eccl'ias ĩstaurare: debitoq; ritu atq; cerimonijs venerari. Necq; omittit grassatores & viaꝝ obsessores pœna afficere. Inter condēnatos fuere ebo coniuratorū conscius & agobertus lugdunēsis primas qui tertio ab imperatore vocat⁹ ĩperata non fecerat. Dū hæc gerūtur iudith prouida mulier ex regis ætate admonita primores aulicos adit: cōsulit de caroli filij futura cōditione si vita forte defungeret ĩpator. Tris filios regi superesse grādeuos mēorat: hūc vnū carolū adolescētē esse cui nihil terræ pr̄ hacten⁹ contulisset. Nisi supstite ĩperatore alter ex filijs caroli ei⁹ curā recepit se vna cū filio pessum iri. Orare igitur illos matri filioq; boni consulāt. Proceres iustis reginæ precib⁹ adducti r̄ndēt vnū ex regijs liberis lothariū qui ad hāc tutelā idone⁹ esse videat. Ludouic⁹ de hac re a regia ꝑceribusq; admonit⁹ cū interi a lothario nūcij ad eū venissent/ re quā petebāt confecta ĩperator nūcijs imperat/ lothariū hortētur ad eū venire sui commodi causā Sed p̄i pere morbo occupat⁹ lothari⁹ non potuit. Recepta sanitate cū venire differret/ nūciatur ĩperatori lothariū eccl'ie libertates & ꝓuētuū iura violare: sibiq; rapere q̄ ad romanā sedem ptinerēt. Eā ob rē supra q̄ credi pōt indignat⁹ ĩpator ad lothariū pgere nūcios nulla mora interposita compellit. Per eos filio mādat memierit iuramēto q̄ se (cū regnū italiæ adipisceretur) obstrinxit. tueri scilicet atq; conseruare ecclesię romanæ ditiorē. Idcirco dedecere illū oppressorē ei⁹ esse cui⁹ tutelā in se recepisset Restituat igitur quæ vel ĩpe vel sui abstulerīt. Patris mādata quæ de restituēdis ecclesijs erāt se impleturum lothari⁹ ꝓmittit. Interim rebellētes Normānos idest danos imperator bello domuerat. Quæ causa fuit q̄ ꝓbrem, italiā, atq; vrbem vt constituerat adire non potuit.

Iudich regina prudens.

Sollicit⁹ ludouic⁹ de rebus ecclesiæ.

Normanni rebelles.

¶ Per id tempus cum aquisgrani ageret / vocatis ad se aulicorum primoribus Carolo iuniori filio portionem

imperii dat, moxq; in concilio apud carisium agẽs psẽte filio ludouico, carolũ militari cingulo & regiis vestibus ornat, data illi neustria. Quibus insignib⁹ donis tãetsi Iudith regina exultaret: nihil tñ firmũ rata nisi filii cura: lothario cõmissa a patre esset: ipsa cum aulicis regẽ orat: id vnũ potissimum curet: Nec multis se orare passu impator lothario mãdat. Si caroli fratris sui pcurationem tutelãq; non recuset: ad se propere veniat. Neq; formidet pprer ea quæ ipe male cõmisisset, pacato se aio i eum esse ita vt dimidiatum illi imperium dare statuerit: bauaria tñ excepta. Hoc nũcio læt⁹ lotharius ad patrẽ vuarmaciam quæ vangionũ ciuitas est pficiscit, Cõstitutis in conspectu patris fratrib⁹ lothario dico & carolo adolescente (iã eñ pipinus mortẽ obierat, & ludouic⁹ bauariã possidebat) imperium ad hunc modum dispartitur. Totũ austrasiæ regnũ a mosa flumie ad hũgaros vsq; ptigẽs lothario attribuit. Reliquũ qđ ad occidẽtẽ spectat carolo assignat. Hæc partitio assensu pcerũ & populi multi assistentis facta & cõprobata est. Deinde lotharium monet imperator: caroli curã recipiat: adolescentiq; assit vt pater, & ad carolũ cõuersus tu inquit carole lothariũ vt patrem colito & diligito vt fratrem. ¶ Re cõfecta libertum lothario in italiam reditum permittit. At ludouicus bauarorum rex iperii distributionem molesto animo ferẽs incursare cœpit finitimas sibi germaniæ regiones. Sed ieum mouere vbi patrem intellexit: Pronus ad imperatorem dodonam se cõtulit. A quo impetrata venia ad bauaros reuertit. ¶ Defuncto pipino aquitani audientes carolũ iuniorẽ lodouici filiũ ex patris decreto constitutum frãciæ regẽ/ quidẽ pipinũ quẽ pipinus/ reliquerat ex se pgnatũ/ regẽ sibi habere studẽt: pleriq; cõtra sentientes cẽsebãt iperatoris expectare sententiam. Qua controuersia per ebroynũ pyctauorũ antistitẽ iperatori relata, primoribus aquitaniæ mandat ad se cabilonem pficiscãtur, vbi cõuẽtũ habere statuerat. Cõuenientib⁹ eodem loco

Carol⁹ q postea caluus.

Ludouic⁹ lothario & carolo caluo hereditatẽ distribuit.

Aquitãi de cõstituendo rege dissentiunt.

aquitãis magna q; pcerũ multitudie: de statu ecclesiæ primo deinde de his que ad rẽ publicã pertiebãt: postrẽo. de aquitaniæ conditione actũ est: ita dissoluta contione: ludouic⁹ claromontẽ aruerniæ ciuitatẽ petit. Vbi dũ de aquitãię reb⁹ consultat: ecce ex alemãia nũci⁹ defert ludouicũ ex bauaria mouisse: adiũctisq; sibi saxonib⁹ & thorĩgis germãos iuasisse. Quo nũcio ludouic⁹ adeo turbat⁹ ẽ vt ide grauẽ pter seniũ q̃ ipe confect⁹ erat ĩualitudinem contraxerit. Nihilomin⁹ forti aĩo ĩpator copijs eductis aduers⁹ ludouicũ contẽdit. Traiecto rheno postq̃ ludouicus patrẽ cũ ĩgẽti exercitu adesse cognouit: per sclauones in bauariã se recepit. Imperator vero quẽ p̃mebat ægritudo magũtiã veniẽs tẽtoria sibi explica in insula ciuitati pxima iubet. Tãta fuit morbi vis: vt mẽbris ppe oĩbus defect⁹: p dies. xl. nullũ neq; cibũ neq; potũ p̃ter spirituale corporis & sanguis dñici viaticũ ad alimentũ acceperit. Aderat egrotãti prĩ lothari⁹: qui ex italia vocat⁹ paucis añ dieb⁹ venerat. Eo corã posito supellectilẽ suã oẽm afferri sibi rex ĩperat: ea quidẽ ratione vt recẽsitis opib⁹ qđ filijs reliquere, quidue cęteris siue ecclesijs seu ĩ opib⁹ & palatinis dispartiri posset ĩtelligeret. Lothariũ corona aurea & ense q̃ in prę̃lijs vtebatur donat, prę̃cipitq; vt iudith reginã veneretur: caroli amicitiã seruet ne derelicta sibi regni frãcorũ hæreditate quicq̃ detractet. Ludouico aũt bauaro tãetsi mediocriter succẽseret offensam/tñ pi⁹ pater remisit: Fuerũt imperatoris extrema oĩa religionis atq; fidei plena. Tãdẽ sub ipsum ppe aĩę exitũ: ad fenestrã conuers⁹ abite inquit abite Hãc vocẽ pleriq; eorũ qui aderãt ĩterpretati sunt dictã esse demonio qđ cuiq; moriẽti apparere xp̃iana fides tradit. Mox ĩ alterã se partẽ versans, ridẽti sim̃is vitã efflauit duodecio. ka. iunij. ãno xp̃ianæ pietatis octĩgẽtesimo q̃dragesimo. Cadauer in monumentum hildegardæ matris quod mettis erat lugubri pompa illatum est postq̃ annos. lxxiiij. vixisset. Eius mortẽ cometa præcesserat. Et sol pass⁹ ẽ eclipsim gñalẽ.

Ludouicus pius ęgrotat.

Eiusdem cōpendij. Liber quintus īcipit.



Einceps q̄ sit īperij & regnorū participi bus fides sequēs narratio monstrabit. Sublato e vita ludouico pio lotharius & ludouicus bauarius in carolum insur gunt, quē nobiliori paternæ possessio nis parte īstitutū hęredē esse dolebant. Augebat īdignationē q̄ carolus poste riore patris vxore natus par illis in capienda hęreditate factus esset. Itaq; exercitum q̄ maximum quisq; pōt cō parat. Ea re cognita carolus consilio a frācis ꝓceribus ca pto. cū eos ad id bellū paratissimos fore cognouisset: nu meroso exercitu collecto aduersus hostes (qui iā apd' fon tanetū altissiodorēsis agri vicū castra hēbāt) non fracto aīo ꝓgredit. In cōspectu hostiū cū venisset quia pridie es set dn̄icæ ascēsiōis carol' rat' hostē festo die quieturū, ne gligētius suos agere ꝑmisit. Sed instructi ad pugnam fra tres: acies ꝓducūt. Carolus inopinato licet cōgressu pau lulū cōmot': suos tn̄ viriliter hortat: nec territus miles ir ruētē ī se hostē ferociter excepit: fit pugna atrox atq; diu turna. In ea lōge plres ex vtroq; exercitu ceciderūt/q̄ apd' frāços vno prælio occubuisse vsq̄ lectū sit. Nā tāta ad hoc bellum ex orbe christiano diuersarū partiū studio copia confluxerat: quantā magna pars europæ vix cogere in vnam aciem potuisset. Cædes proculdubio ea fuit, vt a victo non longe dissimilis victor esse putaretur. Carolus tn̄ fugientibus fratribus superior euasit. Qui ne se colligē di spaciū hosti eēt: ipe victorē exercitū aduersus lothariū qui aquisgranū se receperat paucis castris educit. Acce pto caroli aduentu lotharius recepta vxore lugdunū cū suis se liberis confert. Quem mox ludouicus consequit. Inde viennā cōmigrāt. Est in flumine rhodano non pro cul a ciuitatæ insula. In ea consilium de rebus ad se per tinentibus capiunt. Eunt vltro citroq; ad reges legati de concordia præcepta ferentes. Eius concordiæ formula

Bellū īter frēs ludo uici pij hęredes.

carol' cal u' victor

haec fuit. Lothario austrasia ois, atq; puincia cum portione terrae quã ab eo postea lotharingiã appellatã esse quidam putãt, cũ imperij dyademate in partẽ venit ludouico germania in qua bauari sunt / Carolo regnũ franciae ab occeano britanico ad mosam vsq; relinquitur. His ad hũc modũ cõuentis lothari⁹ siue poenitudine peccatorũ, siue tedio praesentis vitae permotus distributa filijs, quos tres habebat hereditate, religionẽ apud pruniã in eyflia psitet. Ludouicus grãdior natu itali amadeptus est. Lotharius austrasiam accepit. Carolo cessit puincia cũ parte terrae burgũdiae. Quo post octauum inde annũ defuncto, lothari⁹ burgũdiã, ludouic⁹ puinciam obtinuit. Hic lothari⁹ est qui cõtra ecclesiasticas leges duas pariter vxores galdradam & tebergã altera dimissa pertinaciter habere nitebatur. Cuius errori duo põtifices teugaldus treuereñ. & gũtarius colonieñ. patrocinabant quos proptea graues poenas luisse & dignitate priuatos certum est. Lothario astt eam ob rem ad põtificẽ romanum profecto dira sors accidit. Nam inde cum domũ repetit apud placentiã lõbardiae vrbem aegrotans amẽtiam incurrit, mutusq; effectus est, nec diu postea vixit. Sepelitur a suis. & in templo diui antonini quod ciuitati pximum erat humatur. Nunc vero aucta ciuitate templum muro vrbis cõtinet, & religiosis priuilegijs multaq; veneratione celebre est. ¶ Inter haec siluanecti agens carolus qui calu⁹ postea dictus est nuncio de lotharij nepotis sui morte audito mettin citus contendit, vbi in diui stephani templo more regum vnctus rex austrasiae appellat. Que res ludouico indignissima visa est, q; se videlicet post habito lotharij oẽm successionẽ carol⁹ accepisset. Ea pptet p legatos romani põtificis, austrasie regni incolis ihibet Carolo obedire, aut de Lotharij regno quicq̃ sibi detrahere alioquin interdictũ illi iri cõione xpiana. Que poena sicuti grauis ita ignominiosa xpiano est, hãc põtifices excommunicationẽ appellant q; is cui irrogat e cõione & cõtu-

Lotharingia.

Lothari⁹ mõachus efficitur.

Lothari⁹.

Carol⁹ regnum austrasiae. vsurpat.

Excõmunicatio.

bernio hoim eiect⁹ sit. Id postq̄ min⁹ ꝓcedere Ludouic⁹ intelligit vi atq̄ armis agere tētat. ¶ Interim carolus cū̄ nouiomi esset, ri. hentē quā prius pellicē habuerat / vxorem secundū ritū ecclesię accepit. ¶ Per id tp̄s rorit⁹ normānorū princeps in amicitiā regis venit. Cum antea seguin⁹ burdegale / & xantonū comes a normānis fuissent occisi / & magna aquitanię pars vastata. Quo fere tēpore apud leuomicas Canonici diui martialis relicto seculari habitu se ad monasticā vitam cōuerterūt. Cęterum diui martini cœnobitae qui multis opibus apud turonos elati viuebant reiecto monachali indumento sese in ritū cleri secularis deformarūt. Cuius temeritatis mox penas luerunt / missa in eos cœlit⁹ pestilētia qua p̄ noctem extincti omnes pręter vnū vedastū qui in numerū sctōrū relatus est, & nomini ei⁹ sacellū dicatū. Ex nouiomo aq̄sgranum carolo repetēti ludouic⁹ p̄ nūcios mandat nisi regno qd̄ lotharij fuerat egrediat̄, illū se inde ꝓpe diem eiecturū. In re ancipiti legati vtrinq̄ cōueniūt iurāt, ꝓ suo quiq̄ principe ea firma permāsura de quib⁹ ad pacē inter eos cōueniret. Sed paulopost cū de vuādalis ludouic⁹ victoriā habuisset. duce eorū capto, legatorū pacta atq̄ iusiurādū neglexit. Id enī plerisq̄ principibus vsu venit, dū suis reb⁹ timent, iureiurando multa polliceri. mox vero tergiuersari si arridētiore fortuna iuuent̄. Tandē crebris legationibus pactum extitit, vtrūq̄ regem ad arbitros contentionē referre, & qd̄ illi definirēt stabile māsurū. postq̄ decōtionis loco cōpositū est, dū apud flamerū ludouic⁹ diuersat̄ cænaculi tabulū carie & vetustate detritū in regē atq̄ aulicos quosdā decidit / quo lapsu ludouic⁹ vulneratus est. Solidato vulnere aq̄sgranū se cōtulit. Inde coeūtibus ad. xv. Kalēdas augusti regib⁹ de p̄tiēdo austrasię regno cōuenit. Discretaq̄ ē certis limitib⁹ portio q̄ singulos cōtingebat. Hūc exitū habuit orta de regno inter fratres cōtētio. Sed nō vno se ipetu fortuna continet. Ecce aduersus instauratā caritatē belli motus ab italia nunciat̄

Roritus normannorū princeps.

cœnobitę sācti martini.

Victoria de vnandalis.

Concordia de regno austrasię altera de regno contentio.

Repetēre austrasiā ludouico, cui lotharius pr̄ italiam tradiderat. & iā esset a sergio secūdo pōtifice imperator appellat⁹. Missi de re ipsa a pōtifice adriano atq; ab imperatore nūcij ad ludouicū germaniæ regē, ad Carolū caluū Ludouici iussu remittunt. Quib⁹ auditis. & si mandatorum seueritate Carolus moueret, q̄ se inaudito partem austrasiæ relinquere iuberet, ad pōtificis tn̄ legatos suos nūcios adiūgit q̄ pontificē cōueniāt. Inuenio ludouicum germaniæ regē veniēte in gallias engeberga, id restituisse imparatori qd̄ de lotharij regno recepat. Carolū v̄o ab engeberga vocatū nō obediuisse/sed summope curasse vt carolo quē ex priore vxore hermecota susceptū ecclesiæ sacris addixerat puniret. Hic em̄ carlo hoīm perditorū suasu pessimis facinorib⁹ se inqnabat, oīa quoquo versum iret predatus. Quē in vinculis emendationis spe diu hibitū atq; īde relaxatū cū nō resipisceret dyaconi gradu amotū oculis priuauit. atq; in mōasterio corbiēsi custodiendū mādauit. Qui postea duorū pseudo monachorū nixu (hortāte Ludouico germaniæ rege) eductus ad ip̄m ludouicū pfugit. Hæc cōtigerūt agente carolo in expeditione quā aduersus normānos q̄ andegauiā vrbē circunsederant habebat. Nec tn̄ rem a se susceptā omisit. Normānos qui iam ciuitate potiti essent circunuallat, adiutore salomone britonū duce qui suppetias carolo ferebat. Pressi dura obsidione normāni eas cōditiōes pacis quas carolus dixit (datis obsidibus) acceperūt. Relicta libera ciuitate, petunt normāni liceat illis insulam q̄ pxime erat ad paucos dies incolere, ibiq; cōmeatu iuuari. Interim q̄ inter illos xp̄iani erant posse ad regē reuerti, q̄ vero paganismo relicto fidem xp̄i pfiteri vellent, eos quoq; nō respuendos. Cæteri quibus induratū cor esset, suas sedes nulla mora repeterent. ¶ Rebus ad hanc formam cōpositis cū in siluam arduennā venatū abijsset de ludouici imperatoris sui ex fratre nepotis morte nuncium accepit. Quare richentē vxorē siluanectum mittit, ludouicum fi

Carlo diaconus factus apostāta/carcere custoditur.

Normanni apd̄ andegauiā obsessi.

lium in eam austrasię partē quam a lotharij decessu sibi obuenerat proficisci mādat. ipse superatis festinatione multa alpibus in lōbardiā cōtēdit. Intereaūdū carolus ludouici germanici filius iussus a patre trāsitu prohibere regē, cū se frustra niti itelligeret ad Carolū proficiscit. Ea re cognita indignatus pater alterū filiū cū copijs mittit. Sed & numero & virtute militū inferior/caroli potētiā nō sustinēs, pace data ad patrē exercitū reduxit. Quē receptū ludouicus per caroli absentiā in francos ducit, dirisque in cursionibus frāciā vexat. Audito in italiā caroli aduētu, ioannes octauus romanus pontifex missis ad eū nūcijs romā propere vocat venientē augustū appellat/afficitque imperiali dignitate. Digrediēs inde carolus rosymōrichētis vxoris fratrē italiae præponit, consiliarijs viris atque copijs quas voluit illi attributis. Cui neptē quoque suā ludouici regis germani filiū despōdet. In franciam reuerso carolo ludouicus germaniae rex vita decessit, relicto filio ludouico. Cuius decessus causa fuit carolo infoelicis belli. nam patre mortuo ludouicus magna saxonū thoringorūque delecta manu/nuncios ad carolū patruelē mittit eius amicitiā oratum. Qua non impetrata ad rhenū castra ponit. Nec cūctatus carolus ad alteram rheni ripā ducto exercitu aīm Ludouici explorat, si legatis vtrinque missis rem agere velit, placuit vtique cōditio. Sed dolo malo illectus imperator dū viam pacis simulat, agmen occulto & angusto itinere seorsum a castris ludouici noctu festinare iubet, ratus occultis insidijs intercipere posse improuisum hostē. Fuerūt ea nocte cōtinui imbres quibus & nocturno labore grauatus miles prælio minus idoneus fuit. Fraude detecta ludouicus istructa acię diuersus ab itinere quo hostis veniebat cōsistit. Irruētē in se frācū tāta vi excipit, vt ad aciē in qua carolus erat cedere frācos cōpulerit. Atque ita fugę se cōmittētibus frācis, imperator quoque comes fuit qui vero regias sarcinas ferebāt angustia viarum & sepibus intercoepti occisi sunt, & inter eos cōplures illustres viri ceciderūt, reliqui in manus agrestiū hominum incidētes

Caluus Italiā contēdit.

Carolus caluus imperator.

Ludouicus imperator moritur.

Bellū contra carolū caluū in alemānia.

Dolo caluus agit.

Carolus caluus fugit.

d nudū spoliati, ita vt ex thoris herbarū atq aretis foeni manipulis tegumēta sibi cōsuerēt. ¶ Eius īfortunij tpe normāni sequanæ hostiū classe irrūpere tētabāt Aduersum quos misso cū exercitu comardo, Carolus mādat cū normānis, qualēcūq posset pacē habere, nihilomin⁹ terrā oēm diligēter tueat, psidijs pmunitissima qq loca īpositis. Incidit pter has turbas alia carolo non pua sollicitudo. Grassabātur in cāpania sarraceni, quorū aduentu territus, Ioannes pōtifex romanus caroliū admonet ecclesię opē ferat, paret carolus & cōtractis copijs/ vbi lōbardiæ fines attigit, adelgarus a pōtifice veniēs refert ioannē papiā aduenire imperatori obuiū, papiæ dū pōtifex impatorq de reb⁹ gerēdis cōsultāt, certiores facti de carli ludouici filij cū ingētibus copijs aduentu papia abscesserunt, moxq impator romā pfect⁹ est. Rem hoc loco ridiculā narrabim⁹. Carolus dū a carlo fugit, leui rumore carl⁹ pterrit⁹ (q imperator pōtificē comitat⁹ aduersus se mouere dicebat) eadē qua venerat via ī germaniā impatorē fugiēs cōtēdit. Reb⁹ quarū gra carolus romā petierat absolutis/ febre afficit. Erat iudę⁹ medic⁹ sedechias noīe impatori pp ter ei⁹ peritiā pfamiliaris, qui vel religiōis xpianę odio (cui maxīe infensi iudęi sunt) mot⁹ vel corrupt⁹ forte pecunia potionē carolo ppinādā miscet. Qua epota carolus oībus mēbris ita defectus est, vt aulicorū ministerio ī cubiculū delat⁹ duodecimo post die mātuæ internt. Cuius dū corpus exēteratū & multis aromatibus cōditū sui in frāciā efferre cupiūt, cadaueris putredinē ferre nō valētes, versellis īhumauerūt ī diui eusebij martyris ęde, anno. lxxx. lxxviij. Vnde post annū septimū exēptū in diui Dionysij tēplū delatū est. Eius exhumādi causam attulit archēgerus quidā apud diuū dionysiū cœnobita, & alphōsus ecclesię diui quītini viromādensis editus qui sibi dū in suis ecclesijs pnoctāt carolū p quietē visū esse affirmauerūt eosq admonuisse vt de tollēdo eius corpe & ī tēplo martyrū inhumādo regē filium facerent sollicitū hac

Normāni.

Sarraceni ī cāpania

Ioannes octau⁹ ad Carolum caluū papiā venit.

Ridiculū

Carol⁹ caluus veneno a iudęo necatus.

Archengerus.

reuelatiõe filiꝰ rex excitꝰ pr̃is corpꝰ ex versellis ad sanctũ Dionysiũ trãsferendũ curauit. ¶Nihil ad rẽ pertiere arbitror id qd̾ a plerisq; scriptoribus mẽoriæ datũ est. Carolũ duce angelo paulo ãte q̃ moreret̾ ad inferos deductũ supplia vidisse miserarũ animarũ. Ardere valles, & altissimos puteos pice & sulphure. ĩmixto plũbo efferuescere, ibiq; plerosq; ex suis p̃decessoribꝰ reges ĩspexisse, episcopos quoq; qui vel ad bella gerẽda cõsultores vel ad opprimendũ iniquis vectigalibꝰ populũ autores extitissent. Eius rei visum literis ipse mãdauit / posteros admonens iustæ moderationis ne aut male ĩperarent, neue vsurparẽt dominãdi potestatẽ. Eiꝰ certe caroli calui extãt p̃clara & religiosa monimẽta. Nã diui cornelij cœnobiũ apd̾ cõpendiũ extruxit vbi xp̃i sudariũ qd̾ ex constãtinopoli ad se aduectũ erat reposuit. Cõpendiũ eñ maxime amabat. ita vt a suo nomine carolopolim appellare cogitauerit. Sãcti Dionysij tẽplũ magnis auxit p̃uẽtibus / & p̃ciosissimis donarijs adornauit quæ ad hoc vsq; tẽpus diligẽter asseruata visuntur. Nec ignoro quosdã scribere nũdinas q̃ in cãpo dionysiano ãte kalẽdas Iunias fiunt ab hoc rege esse institutas, de qua re quid sentiã in Dagoberti gestis annotaui. Circa hæc tẽpora Carolus primũ batauorꝫ seu hollãdiæ comitẽ Theodericũ creasse legit̾. Eius regis ẽrate flãdria quę paucis tũc vicis atq; ædificijs ornata erat & feris magis q̃ hoĩbus incolebatur, eiq; præficiebatur a rege custos qui francorũ lingua forestarius dicebat̾, comitatus dignitatem hac occasione accepit. Erat balduinus andaqueri filius qui patre defuncto cum in magistratu fuisset a Carolo institutus iudith regis filiam dum ex anglia reuerteret̾ sibi rapere temerarius iuuenis ausus est. Nupserat eñ adolafo anglorum regi. Qui cum absq; liberis decessisset / Iudith viro destituta in frãciã ad patrem rediens dep̄rehẽsa est / cuius rei gratia caroli iussu coeuntes ep̃i balduinũ excõicatione percellũt, At cũ nihilominus facti nõ pœniteret, cõsilio p̄cerum persuasus carolus per

Visũ qd̾ carolꝰ caluus vidit.

Flandriæ comitatꝰ initium.

mittit filiã balduino in mrĩmonio copulari. Et de custode flandriae comitẽ balduinũ instituit. Plaerũq; siquidẽ id euenit vt quae peccata atq; injurias facile vlcisci nõ possumus, eas alicuius dignitatis ratiõe assumpta ad gloriam perducamus. Ad hunc carolũ caluũ ortis in anglia bellis iohãnes scot⁹ venit hõ graecae erudit⁹. Vnde a caluo rogatus diui Dionysij ariopagitae de caelesti hierarchia libros ad verbum latinos fecit. Reuersus in angliam & abelfredo rege liberaliter acceptus, ad melmesberiae monasterium se conferens dum docendi officium gerit a discipulis correptus graphijs occisus est.

Balduin⁹ prim⁹ comes flandriae.

Iohannes scotus.

NVncio de caroli decessu accepto Ludouicus Balbus eius filius apud enderuillã agens regni pceres ad se pperopere vocat, quorũ beniuolẽtiã & fidem regia munificẽtia demereri studuit. Richentem vero reginam ex italia redeũtem cũ apud moymerũ cãpaniae castellũ cũ multa nobilitate restitisse accepisset, aio cõuẽtũ quod parlamẽtũ frãci vocãt habẽdi, missis vtrinq; legatis cõpendiũ regina se cõtulit. Ibi ludouico patris testamẽtũ exhibet, proferẽs regia ornamẽta, gladiũ, dyadema, sceptrũ aureũ/ quibus Carolũ institutum haeredem pater moriens declarauerat. His igitur regijs insignibus exceptis, suscipiendae vnctionis gratia remorum vrbem petit, quem Haymardus eius loci archiflamen coronauit. Anno salutis octingẽtesimo septuagesimo octauo. Exactis inde paucis mẽsibus sequanã traiecit, vbi godefridi filij hedonem comitem castello quodam mulctauerant, & haymo Bernardi comitis filius praedas agebat/& loca quędã sibi subegerat. Turonũ vsq; rege pfecto, godefridus amicorum cõsilio filios ad Ludouicum ducit, & eas quas occupauerat terras restituit, ita vt illas sibi ex regio dono retinere liceret. Qui regio munere donatus gratiam compensat. Nam rebellantes britones ad Ludouici obedientiam sua opera reuocauit.

¶ Erãt per id tẽpus in italia comites duo, Lambertus &

Mot⁹ belli in italia.

helbardus qui de ecclesiæ romanæ ditiõe plerasq; sibi loca rapuerãt, ĩ quos excõicatiõe ꝓmulgata Ioannes pontifex Lugdunũ venit. Quo regẽ accẽdere per nũcios orat. Sed valitudine nõdũ leuatus rex quã turoni inciderat, morẽ pontifici gerere vsq; ad kalendas Septẽbris distulit. ꝑ episcopos tñ obsequi pontifici curat. Interea curat⁹ morbo trecas ꝓfectus illo venire Ioannẽ obtinuit, fit in eo loco magn⁹ ex belgis epõꝝ cõuẽtus. Narrãtur a põtifice quæ immemoratos raptores ꝑ eũ gesta essent, petit a põtificibus qui aderãt verbo & subscriptis eorũ noĩbus oĩa comprobari. Cõprobãtur. In eo cõuẽtu cognito q̃ frotarius ex burdegala pictauiã & inde ad bituriges incõsulto pontifice trãsisset ioannes proferri iubet sanctiones sardinensis & affricani cõcilij, quibus epĩ ad alias ecclesias sua relicta transire prohibentur. Recitatis vtriusq; synodi capitibus, pontifex diffinit sacerdotes qui suis sedibus abijssent ad eas reuerterẽtur. Ipse mox Ludouicum imperij dyademate coronat/augustumq; appellat. Reginam richẽtem q̃uis obnixe a Ludouico rogatus coronare recusauit. Cõuentione treceñ. dissoluta/ pontifex in vrbem regressus est. ¶ Imperator autẽ cõponẽdæ discordię, quæ illi cum Ludouico nepote erat cupidus, ita per legatos egit vt cõuentu furonæ indicto pax ad sequentem modum dicta sit. De austrasiæ regno sicuti defuncto lothario inter Carolum Caluum & Ludouicum bauarum conuenerat ita permaneret. Italiæ vero imperium q̃nquidẽ tũc cõmode distribui nõ poterat quisq; vt partẽ obtinebat ita illã habeat donec de partitione in alio ꝓxime habẽdo consilio agi stabilius posset. Interim si ab sarracenis alter regũ impeteretũ alter suppetias ferret, huic formulæ si quis detractum iret eum a neutro regũ recipi aut defendi posse. ¶ Pace ad hãc formã cõposita Ludouicus germaniæ rex ad suos remeauit. Imperator compendium accessit. Nec data quiete Bernardus marchio bellum renouat icti dudum fœderis oblitus. In hũc mouens imperator cũ trecis

Iohannes papa ĩ frãciã venit.

Ludouic⁹ balb⁹ imperator.

Cõcordia ĩter reges.

venisset morbo decubuit. Hinc omni spe salutis destitutus carolũ filiũ qui simplex dictus est bernardo aruernorum comiti cõmittit. Augescente morbo cõpẽdiũ se deferri iubet, prenusq; imperij insignibus ad filiũ missis, coronari illũ imperat, atq; ita paucis interiectis diebus morte absumitur idibus aprilis, ibiq; in diuae Mariae aede sepelitur. Anno dñi octingentesimo octogesimo.

Ludouic⁹ balb⁹ moritur.

LVdouici interitũ secuta est varia rerũ Francorũ mutatio, tumultuãtibus hic atq; illic diuersarũ ꝑtiũ studiosis. Nã qui tutelã noui regis in se receperãt Bernardus, Hugo, Abbas, Theodericus, & Rosymus audito patris decessu, regni ꝓceres meldẽ vocant, vbi de his quae ex vsu reipublicae erãt, cõsiliũ caperẽt. Erat Gosselinus ex prima nobilitate homo potẽs, qui tps aduenisse ratus quo aduersus theodericũ & rosymũ alterius factionis sectatores suas iniurias vlcisci potuisset, ad cõrardũ parisiorũ comitẽ veniẽs hoĩem nõdũ bono ĩ nouũ regẽ aĩo existẽtẽ in suas partes ducit, affirmãs fore vt a germanorũ rege de quo ipse bene meritus esset plurimos honores adipisceretur. His blãditijs assentiẽs cõrardus / ipseq; gosselinus suarum partiũ cõscios meldẽ legant, qui cõsilio adessent. Cõueñtu coacto plerisq; sententiã rogati dicũt vnũ esse ludouicũ germaniae regẽ qui regni negocia recte moderari possit, hunc accersere oportere, a quo salus rebus cõibus conferatur, & qui suis destitutos possessionibus restituat. Cum haec locuti fuissent qui nouello regi aduersabãt adolescentis tutores spe retributionis adducti germaniae regẽ in franciã ꝓperare per nuncios orant. Qui nuncio accepto metti veniens a ꝓceribus iterũ admonitus verdunũ quo & ipsi proceres cõuenerãt impigre se cõtulit. ¶ At hugo & theodericus reliqui ꝑterea suę factionis nobiles cognito quid inimici machinarẽtur. Galterũ aureliae antistitẽ ad germaniae regẽ ire cũ his mãdatis iubent. Si rex eã regni partẽ quã ex ex lotharij hęreditate carolus caluus obtinuerat sibi assu-

Varie inter frãcos sẽtẽtię de rege instituendo.

mēdā diceret, licere adire eā atq; possidere, modo franciā
liberā dimittat. Ea oblatione rex optime sibi factū esse ar
bitratus, gosselino cōrardoq; paulatī cōtēptui habitis frā
ciā relinquens ad suos reuersus est. Amoto hoste hugo &
theodericus ferrariā adolescētes ludouicū & carlonū per
ducūt. Atq; in diui petri tēplo reges appellatos coronāt
Eodē ferme tēpore boso reginæ frater ꝑ quosdā sibi vel
ꝓmissis allectos vel metu perterritos epos in regē aqui-
taniæ assumit. ¶ Et normāni p̄terea ad flumē ligerī infe-
stis incursionib⁹ grassantes p̄das agere ad reges frēs de-
ferūtur. Qui magna militū cōtracta manu in hostē ꝓdeū
tes, normānos magna strage afficiūt / nouē milibus occi
sis cōpluribus itē in viēna flumine absorptis. Ea victoria
potiti fratres alio mox tristi nūcio turbātur. Ludouicus
ēm germaniæ rex grādē exercitū ad duciū vsq; ꝓmoue-
rat. seq; gosselin⁹ & cōrard⁹ parisiorꝝ comes ad eū cū bōa
cōiuratorū parte cōtulerāt. Quib⁹ ductorib⁹ ad ribemōtē
quoq; accessit. Hi nescio quid grāde germano regi ꝓmi-
serāt. Qd' cum absoluere nō possent, rex desperatis rebus
cū regibus frācis paciscit / & paulopost ī germaniā cōuer
sus, normānorꝝ gētē q̄ his dieb⁹ vt in italia ita ī germania
cūcta vastabāt offendit. Quos fusos nō magno negocio
fugat. Verū apud saxones eadem ferocissima gēs maxi-
mo regē dāno affecerūt. ¶ Victoria de normānis habita
fratres ābianū cōuenerūt regnū paternū iter se partituri
Ludouicus Frācorū regnū cū omi neustria accepit. Car-
loni burgūdia atq; aqtania cōcessa est. Ab ābianis gōde-
uillā per rhemos & cathalaunos commeant, vbi de con-
uentu habendo cum rege germaniæ conuenerat. Conci
lio tñ (quia egrotaret) rex germanus non affuit sed ꝑ nū
cios apud fratres reges egit. Qui accepto nūcio ꝙ rosy-
mus ꝓuinciæ rex viēnā occupasset, vbi vxore relicta in ꝓ
ximos mōtes se recepisset, exercitu ex germania ptī coa-
cto, partim ex suis collecto viēnā circūcludunt. Dū vien
nā obsidet Ludouicus per nūcios certior de normānorꝝ

Normanni iterū incursiones faciūt sed vincūtur

in fraciā icursione factus carolo ad cōtinuādū viēnæ obsidionē relicto aduersus normānos se cōuertit. Gēs eñ illa pter cæteras barbara & imanis(ac xpianā gratiā exosa iā ambianis expilatis diui petri mōasteriū quod corbię celeberrimū habebat diruerāt. Igitur cōmisso acerrie plio ludouic⁹ normānos in fugā vertit multis occisis. Mirum profecto scripturus sum. Reuertēte a pstrato hoste victore exercitu tā effusa(nullo insequēte)fuga frāci dissipati sunt: vt victis similes facile arbitrareris. Crediderī clarū victoria francū hac trepidatiōe diuinit⁹ pcitū esse: q victoriā suis virib⁹ nō dei benignitate ptā gloriaretur. At reuocato ex fuga milite: ludouic⁹ iterū i normānos bellū instaurātes pgressus cū(dissipato p fugā milite) raro sui corporis custodes circū se haberet cōpendiū venit īsurgentib⁹ iterū normānis & p ligeris ripas pdas agentibus theoderico viro militari copias attribuit: qui normānos prælio adoriretur. Ipse non multo post turonū profect⁹ britonū non paruam manum ad id bellū mittit. Dū turoni morat morbo correpť vita defungit,& i diui dionysij cœnobiū effert. Hic traditur spurcitijs atq; ineptijs dedit⁹ extitisse: qui & balbi cognomē accepit. ¶ De ludouici morte cert⁹ fact⁹ carolus qui viēnā obsidebat: parte copiarum ad viennam relicta: ad proceres qui eum vocabant concessit. Cui iter agēti nūcius affert viennā receptā a suis esse: sed normannos ex germania mouisse & in cāpaniā vsq; irrupisse multis vrbib⁹ tēplisq; direptis atq; icēsis. In qs sayll⁹ mettensiū psul copias ducēs suis fugientibus ceciderat. Quō autem per id tps aduersus hāc pestē bellatū sit, apud hystoricos nihil inuenio. Constat tamē eodem tpe alteram ferocissimę gentis manum duce astingo ligeri traiecto ad matemę flumis ripas consedisse: coroluq; austrasiæ regē expeditionē in eos duxisse sed aio ppe tabuisse cum in cōspectū hostiū castra locasset: Tandemq; cū normāis fœd⁹ paceq; iniisse symon godefridus eius gentis princeps christi fidem profiteri cu-

viēna obsidetur.

Francorū dissipatio

ludouic⁹ ludouici fili⁹ moritur. Carol⁹ ei⁹ frat rex.

Godefrid⁹ normān⁹ pfid⁹.

raret. Cōditiōe non reiecta godefrid⁹ simul cū baptisma te spiritualis regenerationis frisiā oēm a rege dono recepit. Donat⁹ īsup magnis munerib⁹ īcolere vbi castra habebat pmissus est. In pniciē frāciȩ regni quā ipȩ pfid⁹ godefrid⁹ cū sigisberto paulo post inuexit. Nā q̄dragīta milibus armatorū instructus parisiū circūuallat. Sed viriliē agentibus oppidanis gossellio q̄q; loci antistite & eudōe comite qui regnū postea admīstrauit ad nitente cum obsidio hosti non procederet: eam soluens laudunū vrbem in edito colle positam inuadit. Inde agrum nouiomēsem atq; suessionensem populati: remos normanni adoriūtur. Quibus incommodis indignatus carolus imperator aduersus barbaros ex vuarmacia vbi parlamētū habebat iterū īsurgit: et aegregio nixu p̄liat: sternit, occidit, fugatq;.

Normānorū clades.

Nec prȩtermittēdū reor carlonū & fratrē eius ludouicū ludouici balbi nothos ex pellice fuisse: qui nihilomin⁹ moderatione regni suscepta: non segniter normānis obstiterūt nouē milibus vt supra dixim⁹ vno prȩlio īterfectis. Hic aūt carlon⁹ & si decessisse nō ignoret de ci⁹ tamē morte nullus ab hystoricis modus aut tp̄s scriptū inuenitur. Reliquit tn̄ hȩredē filiū ludouicū: qui ob inertiā nihil faciens appellatus est.

ludouic⁹ nihil faciens.

Nulla em̄ re insignior hic⁹ est. q̄ q virginē monialē cuius amore depibat ex calēsi coenobio abductā vxorē accepit. Huius inertissimi regis aetate normanni inducijs q̄s cū carolo ad annos. xij. firmauerāt cōtēptis: iterū frāciam vexant. Quae causa fuit plerisq; sacerdotibus & viris religiosis oratoria sua relinquēdi & se alio traducēdi. Qua persecutione grauati frāci carolū ipatorē ludouici germanici filiū p legatos orāt regni curā assumat.

Hugo abbas.

Erat aūt illis diebus hugo abbas appellatus qui valida manu collecta normānos adeo exterminauit: vt ex eorū multitudīe vix vn⁹ supextaret, qui acceptae, caedis nūciū ad suos ferret. Ea strage affecti barbari ad tp̄s bello abstinuerūt. At quia de hugone abbate mētio incidit, illud nō est omittendū hunc hugonē atq; robertū pariso-

rũ comitẽ qui & marchio dicebat:primos fuisse qui relicta monachis & sctĩmõialib⁹ pdia, puẽtusq; occupauerit ea sibi suisq; militibus attribuentes:seq; abbates appellantes atque iptiẽtes mõachis put volebãt adhibito moderamie vict⁹ & vestimẽtorũ. Quæ violẽtia ad roberti regis tpa pdurauit. ¶ Per idẽ tps iners ille & nihil faciẽs ludouic⁹ relicto carolo filio (cui simplici cognomẽ inditũ est) decessit. Scriptũ inuenio hunc carolũ simplicem ex ludouico balbo pgnatũ esse. postquã ludouicũ & carlonũ balbi filios spurios sub tutela eudonis educatum fuisse: & postea regnasse. Qui cũ p ætatẽ regẽdo regno nequaquã idone⁹ esset cognito q normãni nouos belli mor⁹ parẽt ad eudonẽ roberti andegauẽ. filiũ hominẽ bonũ & rebus gerendis aptũ mittũt: cui & caroli simplicis tutelã & regni administrationẽ cũ regia appellatiõe committunt. Hic a galtero senonum archipsule cõsecratus carolũ simplicem pbe educauit: francisque modestissime pfuit. Moriẽs aũt pceres iureiurãdo adactos admonet regnum sine cõtrouersia carolo simplici admĩstrandũ permittãt: eũ esse regni legitimũ hæredẽ. ¶ Carolo simplice regno adepto normãni qui annos qdraginta multis locis frãciam ĩcursauerãt ampliore multitudine: contracta: ĩ neustriã irrũpũt & per sequanã rothomagũ vsq; aduerso flumie deferunt. Quibus cũ frãco rothomagorũ ãtistes ciuiũ & vrbis salutẽ desperãs colloqndi occasionẽ nactus ita egit/ vt neq; incolis/ neq; ciuitati quicquã nocituri vrbẽ normãi reciperẽt. Quid.n. puid⁹ pastor faceret regis subsidio destitutus. Potiti vrbe normãni vbi tutissimũ sibi refugiũ esset. Rollonẽ ex suis hominẽ strẽnuũ: qui cum nullã domũ redeũdi spem ppter a se commissum flagitiũ hẽret ducẽ pficiũt. Hic ĩperãdi apud suos potestate accepta, animũ ĩprimis ĩtẽdit vrbẽ parisiorũ perdere: & inde xpi elimiare pietatẽ. Ad hãc rẽ cõducere tria sibi latissima flumina: sequanam/ ligerim/ & garonem maxime arbitrabatur. Igitur ingenti fabricata classe copias tripharium diuidit. Qui ligerim nauigarunt Nauetem vrbem expu

ludouic⁹ nihil faciẽs morit

Eudo andegauẽsis rex frãcorũ & caroli simplicis tutor.

Frãco rothomagẽsis archiepiscopus.
Rollo.

gnãt,& pontificẽ guymardũ iter sacrificãdũ ad xp̃i arã iugulãt.Inde profecti andegaui incẽdunt,mox turonũ adoriuntur,atq; ita per aquitaniã p̃das agentes rollone duce ĩ pisios per sequanã delati ĩ burgũdos p arrari idest sagonã nauigãtes in aruerniã tandẽ incursant.Nec mora interposita senones depopulati monasteriũ floriacem. occisis cœnobitis diripiũt atq; igne consumunt.Sed aduẽtus rollonis non ignari sacerdotes:supra biduũ diui bñdicti corpus aureliã apud sc̃tm̃ anianũ deposuerãt.Erat ei' monasterij ex cœnobitarũ cõi assensu defensor patronusq; elect' sigillosus comes.Hunc in sequẽti nocte qua monasteriũ cõflagrauerat diuus bñdict' per quietẽ obiurgasse fertur:quare monasterio contra Normãnos opẽ non tulisset.Quo viso expergefact' comes:parua quę illi pro tẽpore erat inermium manu coacta:in Normãnos prędaonustos irruẽs assessore sibi(vt sc̃tẽ asseuerauit) postea sigillosus diuo bñdicto/prędã captiuosq; recepit.Inde ad monasteriũ cõmigrans cœnobitarũ cadauera quę hactenus humi strata comperit humari iubet.¶Cum tam crudeliter debacharentur per franciam normãni,Carol' simplex Franconem Rothomagorum pręsulem,iam Rolloni notum,ad Rollonem mittit,qui triũ mensiũ inducias firmet.¶Exactis inducijs,per stãpas mouens Rollo carnotũ petit,atq; oppugnat,hęrẽte in vrbis obsidione normanno,Richard' Burgundorum dux,atq; Ebal' pictauorum comes copijs ad carnotum promotis,Rollonem inuadũt.Qua re aĩatus carnoteñ.antistes irruptione a ciuibus facta ip̃e tunicã interiorẽ virgĩs Marię quã camisiã franci vocãt:estq; apud eos magna religione obseruata deportans normannos a tergo insilit.Fit per aduentum põtificis hostium magna strages.Rollo vero fugiens postq̃ suos ex fuga recepit:indignabundus iubet eos per omnem regionẽ populationes facere:& ea oĩa in quecunq; irruissent perdere.Itaq; fera gẽs nihil sibi obuiũ integrũ reliq̃runt.Abducuntur in seruitutem & stuprũ virgines:ma

Miraculũ

Carnotũ obsidet.

Camisia Divæ Virginis apud Carnutes

Clades a normãis in frãcos.

eius petro saucius lugdunũ ægre relatus est, cũ ageret annus salutis. ccclxi. supra mille. Igitur victores latrunculi partim cũ beguino batesolo ãsam oppidũ arari.i.sagonę finitimũ se recipiũt, ptim cũ nãdone baugerão auinionẽ petunt, põtẽq; sancti spũs ad rhodanũ flumen sub diei crepusculo capiũt & spoliãt, nulli sexui parcẽtes. Id põtificẽ innocentiũ. vi. qui auinione agebat vehemẽter exterruit. Itaq; ex patrũ cardinaliũ sentẽtia petrũ monasteriũ cardinalẽ ducem constituit, qui collecto exercitu grassatores cõpesceret. fitq; ob idipsum tanq̃ in hostes religionis christianæ cruciata. Egresso Petro carpẽtracũ vt cõueniẽtes illuc milites exciperet, cũ pecunia ad stipendiũ nõ sufficit alij in lombardiã, alij ad grassatores, plęriq; domũ se cõtulerunt. In hac rerũ desperatione venit in mentẽ pontificis accersire mõtisferrati marchionẽ, qui p id tẽpus belli peritissim⁹ habebatur, & aduersus mediolanẽses bellũ gerebat. Hunc magnis stipendijs pontifex adducit hãc perditorum hominum colluuiem sibi adiũgere ad eã expeditionẽ quã in insubres parabat. Marchio aũt quia ad rẽ suã id cõducere iudicabat, latrũculorũ pręfectos spe præmiorum allicit, ita vt sexaginta florenorũ milibus acceptis, & pontificis absolutione percepta põtẽ sancti spũs relinquerẽt. ¶ Hinc marchionem secuti superatis alpibus stipẽdia apud eum fecerũt. Seguynus aũt qui ansam (vt diximus) occupabat, briodã aruernię oppidum relicta ansa multis munitionibus firmat, atq; inde post diras excursiões in finitimos factas, in vasconiam tandem (quia vasco erat) cũ ingenti præda se recepit. ¶ Eodem tempore Philippus burgũdorum dux & comes defunctus est, atq; inde mortui locum Ioannes rex successit. Quam terram cum adijsset, auinionem salutandi pontificis innocentij sexti causa profectus est. Quo paulopost mortuo, & vrbano quinto post difficilem cardinalium cõtentionem suffecto, Ioannes pontificem, vt christianę legis primarium sacerdotẽ honorauit. Sub ipso creationis vrbani tẽpore venit ex

Ioannes ex anglia liber fact⁹ ducatum burgũdię recepit.

cipro petr⁹ lusigniac⁹ hierosolimorꝝ rex. Hūc a pontifice & collegio patrū plurima benignitate suceptū Ioannes quoqꝫ liberalissime āplexus est. Audiuitqꝫ attente de belli aduersus fidei hostes ī pōtificis & cardinaliū concessu disserentem. ¶ De qua re cū p̄sul vrbanus contionari & disertissime suadere cœpisset: Ioannes paterni voti recordatus quo se huius in sarracenos expeditionis rerum philippus fecerat: ratus quoqꝫ id oportune contigisse: quo vagas per franciam militū turmas ad eā expeditionē educeret/cruce se signauit. Nec multo post a pontifice abiēs cū de filijs obsidib⁹ alijsqꝫ anglo regi astrictis curā gerens vt eos in libertatē vendicaret in angliam nauigauit. Sed ad idus martias ægrotans octauo aprilis die. Anno xp̄ianæ pietatis trecentesimo sexagesimo quarto supra mille Londonijs vita decessit. Cuius corpus īde elatū sinistrorsum aræ maioris in diui Dionysij cœnobio humatum est Qua tēpestate Bertrandus guescluinus brito gall⁹ homo belli apprime sciēs mātāqꝫ nauarri regis erat hoc astu ī caroli ditionem accepit. Est rolebassa castellū ad ripam sequanæ tertio a manta miliari distans quod ventar⁹ astar⁹ patria bruxellēsis coactis vndecūqꝫ poterat desperatis militib⁹ occupabat/cuiqꝫ hoī īimic⁹. Quē bertrād⁹ & Ioannes bursicaudus petere simulātes ī ebroycenses ducunt qui ad nauarrū ptinebāt Verū cū inde repulsi abirent: dolo vsi mātā versus pficiscūtur. Præueniēs aūt vt cōuenerat bursicaudus: quasi ip̄e a vātaro & robelessibus fusus fugeret: mātæ vigiles qui noctu ad muros excubabāt miserabili voce īclamat. Interrogātibus custodijs quisnam eos appellaret: frāci inquit sum⁹: quos rolebesse p̄sidiū exuperatos pdere appropat. Suscipite miseros & portas pandite despatis. Itaqꝫ his questubus moti custodes: borsicaudū ī oppidū admittūt. Quē ī īsidijs latitās cōfestī sequitꝰ guesclüin⁹/fitqꝫ oīm nauarrorꝝ qui mātæ erāt pda & cædes. Cepere pterea Caroli milites melannum cū arce: vbi dephensis aliquot parisianis ciuibus qui nauarri

Manta a bertrādo occupat̄.

ptiū erant: cū parisiū fuissent pducti de ips suppliciū sum ptū. Idem quoque bertrand⁹ cū illi occurrisset vasco qdam nobilis Ioannes grayl⁹ captaubus⁹ nauarro iseruiēs cū bōa militū manu cōserto plio apd⁹ ytonē fluuiū haud pcul a Cocherello oppido vasconē capit: meliore suorū pte iterēpta. Quē Carol⁹ rex a guesclino receptū i meldēsi mercato asseruari i custodia iubet. Datq; bertrādo i captiui locū longauillam quam guyfardam vocant.



Ita apd⁹ lōdonias Ioāne defūcto, Carol⁹ cū Ioāna borbōiēsi ei⁹ vxore remis veterū regū more sacrat⁹ ē. Inde cū pisiū reuertisset, philippo frī suo iuniori burgūdiā donat recepta ab eo turōia quā antea Philipp⁹ possidebat. ¶ Per id tps Carol⁹ blesensis aduersus Ioannē de monte forti ob britanniæ ducatum: aduersante fortuna pugnans occubuit suis parti cæsis partimque fugatis, labente anno dominicæ salutis millesimo trecentesimo sexagesimoquarto. Inter eos qui cæsi decūbebāt cū Carol⁹ blesensis iuēt⁹ fuisset Ioannes victo iterēptū hostem videre festinauit. Illachrymauitq; consobrini necē: moxq; iussit sepeliri, & apud guyngātā tumulo deponi: vbi miris operib⁹ claruisse phibet, i sanctos a pontifice vrbano quinto relatus. Nec fuit qui in Ioannē postea p britonū impio dimicaret. Sed interueniētib⁹ Caroli regis legatis vxoris Caroli blesensis cui plamenti decreto britonum principatus fuerat attribut⁹ data est pointiura cū vice comitatu lemouico. Intercessore etiam edouardo pax intē Carolum nauarrumq; conuenit, cōmutatiōe possessionū facta: ita vt nauarrus mōtēpessulanum baionāq; Carol⁹ vere mantā meulanum & longanuillā quam guesclino donauerat possideret captaubuso viculis exempto. Superant his diebus diuersis p franciam locis armatorū variç ex anglis britōib⁹ atq; nauarris cohertes: quę pdas populatiōesq; nullo certo duce faciebant. Has vt emitteret guesclinus magnope studebat: pmouente maxime ca-

Carolus blesensis moritur

Carolus blesensis Sanctus.

rolo rege qui eũ post Caroli blesensis interitũ de anglorũ captiuitate cẽtũ francorũ milib⁹ exemerat. Et bertrando quidẽ se obtulit cogitata faciẽdi talis occasio. Castellę regno Petr⁹ potiebat̃ fratrẽ habẽs hẽricũ spuriũ. Hic siue quia praua natura esset, siue quia petri pricipatũ moleste ferret, siue quia ab eo esset possessione deiect⁹ ĩ aragoniã primũ mox franciam concesserat: spe cogẽdi manũ aliquã hoĩm ꝑditorũ quorũ plurim⁹ ex p̃teritorũ bellorũ reliquijs nũer⁹ ꝑ franciam erat. Itaqꝫ guesluinum bellicosum hoiem sollicitat arma ĩ castellã cõuertere: illic iustam belli cãm eẽ, siue ĩ sarracenos/siue ĩ Petrũ decertet. Guescluin⁹ hẽrici freq̃nti suasu aĩat⁹ oportunum tp̃s adesse rat⁹ q̃ turmas armatorũ regno summoueret: q̃sque qui pl⁹ ĩter illos auctoritatis habebãt cõuenit. Ait se expeditionẽ ĩ hyspaniã aduers⁹ mauros desumpsisse, ĩ q̃ stipẽdia facere: & salutare bellum gerere se duce possint, habere ad belli societatẽ henricum hyspanieñ. In ea militia spes gloriam salutemque propositam illis esse. Apud francos q̃rum res ad pacem quietamque inclinabant nihil p̃ter latrocinia & tandem supplicia p̃datoribus eminere. Quib⁹ guescluini verbis pleriqꝫ ꝓsuasi cũ eo se ꝓfecturos pollicẽtur. Itaqꝫ decem milib⁹ diuersæ nationis hoĩm belli peritorũ coactis/guescluin⁹ ĩ hyspaniã ducere ꝓmouẽte maxime Carolo rege. Habuit secũ guescluin⁹ hẽricũ ip̃m: iacobũ borboniũ: arnulphũ dãdrehanũ frãciæ mareschallũ Ioãnẽ caurelaũ ãglũ: & mauriciũ tresinguydũ. hisꝑ aragoniam in castellũ ꝓfectis: petrus castellanoꝝ rex ea tẽpestate potens & diuitiarũ abundãs, sed alioquin prauus & religionis mĩme obseruator/nihil belli intulit. Nã cũ aduentantibus ĩ castellã copijs/burgis primaria ei⁹ regionis ciuitate ageret: vrbe relicta toletũ se recepit: conscius iniquitatis qua ĩ plerosqꝫ sæuierat. Igit̃ vacuas hoste burgas franci receperunt: aliquot ex iudęis sarracenisqꝫ interfectis. Christianis eñ nihil dãni illatum est. recepta ciuitate. Henricum dyademate ĩposito franci regẽ appellant

Occasio expeditionis ĩ castellã ꝑ bertrandum

¶Restiterat ĩ fràcia ex turmis p̃datorũ Arnulph⁹ cognõmento archipbr̃ qui guesclino non audiens regnũ mirũ ĩmodũ vexabat. Hũc sui ob male distributas prædas occidũt. Nũciatũq̀ʒ est carolo petrũ ex castella ad valiæ principem Edouardi filiũ in aquitaniã ꝓfugisse, & henricũ toti castellæ principari. ꝑ eos dies Ioannes de monte forti ob britãniæ ducatũ, & eas quas sub caroli ditione possidebat fidem regi præstitit. Angli vero valiæ principe duce ꝑ nauarrã vadẽtes restituendi Petri causam in castellã ducũt. In quos henrici milites ꝓgressi quigẽtos occidũt. Sed fœlici ĩitio dirior fortuna successit. Nã cõserto totis copijs p̃lio Henricus apud nauerretũ superat᷑: capto guesclino cũ alijs ductoribus frãcis. Ea siquidem victoria sup̱bior factus petr⁹ ĩ penitiorẽ castellã se recipiẽs ãglos ĩ vallisoleto reliquit yspalĩ petẽs: vbi cogesta vt ipe gloriabat᷑ pecunia stipẽdiũ militi anglo sicut constituerat solueret. Sed eo negligenter ĩprobeq̀ʒ agẽte: cũ nec stipẽdia nec cõmeat⁹ sufficerẽt, valliæ princeps copias burdegalã reduxit. Quæ paucos post dies ꝑ frãciã diffusæ omnia ligeri transmisso in agro matisconensi & burgundia: deinde in cãpania populabantur. ¶At henricus qui castella relicta carcassonę agebat cognito ãglorꝝ discessu, ṽib⁹ receptis & m̃torꝝ castellanorũ frãcorũq̀ʒ auxilio nisus castellã recup̱at. occiso apud. Nãtuellũ castellũ Petro: qui vxorem ducis borbonij filiã supra aliquot annos sua crudelitate vsus necauerat. Valiæ vero princeps ĩ aquitaniam reuersus: perfidiæ in francos tenax: & quia expeditio hyspana eum pecunia destituerat: nouum in aquitania censum ex singulis qui rem domesticã gerebãt colligere tentauit. Id exactionis pensum foagiũ frãci vocãt. Igi᷑ cũ aquitanos vasconesq̀ʒ vectigalib⁹ vexare cœpisset: & ꝓceres male tractare studeret: armygniaci comes adhęrẽtibus ei albreto & petragorio comite ad Carolũ regẽ ꝓuocãt. Et quędã ãglorũ cohortes accepta a Carolo grandi pecunia ĩ aquitãiã abierũt, relictis locis q̃ p̃ter concor-

Hẽric⁹ vĩcit᷑, guesclain⁹ capitur.

Hẽric⁹ castellã repetit.
Petrus occiditur.

ꝓuocatio comitis armigniaci ad carolum. regem.

diae leges occupauerāt. ¶ Et aliqt p̄terea burgundi equites cōtracta nō magna militum manu: i turmas p̄datoꝝ apud samalatum irruentes: aliquot occisis captisq́; i fugā coegerūt, recupatis captiuis quos grassatores adducebāt ¶ Quo tp̄e Caroli vxor filium ingēti omnium gaudio peperit, cui Carolo nomē inditum est. Abbatisuilla quoq́; & reliquę pontiuiaci comitatus arces & loca autorib⁹ Guidone de sctō paulo/& Ioāne castilionensi relictis anglis quoꝝ durā dn̄ationem ferre non poterāt Caroli se potestati permisere. Armygniaci vero comitis, caeterorumq́; pcerum aquitāiae puocatio ad plamēti senatum relata decreto publico, rege p̄sidēte recepta, & ad vocandum i iudicium valiae pricipē mādatum expeditum. Cuius exequēdi causa eques aurat⁹ ex belsia caponell⁹ vocat⁹, cum iure cōsulto hoīe. Burdegalā pfect⁹, cum suę legationis rōnē pricipi pdidissent, iussi a pricipis cōspectu cōfesti discedere/tholosam iter facere pperarūt: vbi andegauus dux agebat. Sed abeuntib⁹ oratorib⁹: mox edouard⁹ guillermum monachum equitem āglum psequi eos mittit. Quod ne pricipis mādato fieri videret, guillerm⁹ dep̄hēso i agro agenēsi caponello: hospes iquit vester o caponelle querit q̄ vos ęquoꝝ cōmutatiōe facta ęquū ad se ptinētē abducitis/hospiti satis te facere oportet. Atq́; ita caponellum cum eius colega i custodia apud agenenses posuit. Parui ad hunc modum puocatione habita princeps armygniacum eiusq́; cōsortes bello psēq̄batur Quib⁹ de reb⁹ tāetsi multis legationibus vltro citroque missis disceptatum diu multumq́; fuisset, dicētib⁹ anglis puocationē ipsam definitae cum Ioanne paci repugnare p̄serti cum aquitanię priaria ditio i āglię regē esset a Ioāne reposita cōtra asseuerātib⁹ frācis appellationē ab armygniaco itercessisse priusq̄ supma aquitāiae prāte se Ioānes abdicasset: ppterea ad Carolum p̄ntē regem puocationis causam optimo iure ptinere, qui subditorum controuersias a se reijcere nō deberet, hae argumentationes

Edouardi i oratores iiuria.

multis aliis rõnibus adiectis cũ ꝓpositae scriptęq́ʒ fuissent eas ad edouardũ Carolꝰ in ãgliã misit. ¶ Dũ haec ita gererẽtur legatorꝫ iniuriã quã ab anglo acceperant. Petragoricus comes & qui cũ eo parisiꝭ apud regem erant vascões persequi maturantes bello se accingunt. Festinantesq́ʒ cũ bona suorum manu/cũ rescissent Thomã viracũ ex villanoua agenensis agri rutenos petere/vt arcique vrbi eminet praesidiũ ĩponeret trecẽtorũ equitum insidias aduersus Thomã secundo a montalbano lapide locãt. Igiẽ praetereuntẽ cũ sexaginta equitibus & ducẽtis sagitariis thomã ĩuadũt, fit clamor vti rebꝰ subitãeis solet. Sed succũbẽtibꝰ anglis thomas ꝑniciosissimo ęquo vsus ĩ mõtalbanũ se recepit. ¶ Interim Philippus burgundionũ dux & comes/Caroli frater gandauũ ꝓfectꝰ ãno xp̃anae gratię millesimo trecẽtesimonono Margaretã ludouici flamingorũ comitis filiã vxorẽ accepit, cõditionibus quę sequũtur lege iureque iurando roboratis Tenuerant reges franci tria secus flandrian non parui momẽti oppida/ insulã/ duacũ/orchias/cũ eorũ agris atq́ʒ appendicibus. Et ludouicus flandrensis deberi sibi ex pacto dicebat librarũ milia decem annui cẽsus:& cẽtũ praeterea scutorum milia q̃ franci reges non exsoluissent. Cõuenit igitur vt illa tria oppida memorati cẽsus nomĩe sub regis fide & principatu comes ꝑpetuo possideret:eiq́ʒ cẽtena q̃ diximꝰ scutorꝫ milia ĩprimis soluerẽtur. Si vero nullis liberis virilis sexꝰ ex legitima vxore susceptis Ludouicus interiret: ea ad Margaretam eius filiam hęreditario iure transirent. Cui si nulla ex philippo burgundiae duce masculina ꝓles foret ad reges francos oppida redirent:assignatis prius flãdriae comitibꝰ cuiusuis sexus essent decem librarꝫ flãdrẽsiũ milibꝰ q̃ ante Philippi & Margaretae nuptias comiti debebãt. Nuptiarum quidem Philippi hmõi leges fuisse haud dubiũ est. Celebrato matrimonio: constituerat Carolꝰ expeditionẽ ĩ angliam duce Philippo fratre mittere & ad id vẽturꝫ ꝓpe diem nauarrę regẽ sꝑabat. Quapro

Thomas viracꝰ. ãglꝰ fugit

Philippꝰ burgũdꝰ margaretã ludouici flãdrensi duxit vxorem.

pter hareflũ ꝓfectus, nũciũ accepit clocestrię ducẽ ex anglia cũ valido exercitu calisiũ traiecisse, atq; inde morinũ ariãcq; infesto agmĩe duxisse. ¶ Atq; ita anglicæ expeditionis negotio ꝑtermisso, Philippũ aduersus anglũ cum copijs mittit. Positis in mutuo cõspectu in colle tornehani castris nõ ꝓcul ab ardera (leuib⁹ prælijs cõmissis) vtriusq; exercit⁹ ducib⁹ placuit loco designato totis copijs præliare deligunt a quoq; principe sex aurati equites q locũ pugnæ cõstituãt. Sed abeũte nescio qua ratione Philippo nulla dimicãdi ꝑtãte facta, anglus ꝑ caletos rothomagengis agri hareflũ vrẽdæ classis causa q̃ in anchoris erat cõtẽdit. Vbi postq̃ id se frustra conari videt, retro calisium iter vertit, capto in abbatisuillæ suburbio Hugone castillionensi, cum aliquot pontiuiacis æquitibus auratis. Capiẽdi aũt Hugonis hæc occasio incidit, dũ ab Hareflo angli per põtiuiacũ reuertunt. Nicolaus lauanius qui pontiuiaci seneschallus fuerat, & ab hugone capt⁹ decẽ fuerat milibus frãcorũ mulctatus, ei⁹ dãni nõ immemor viginti tm̃ armatis secũ assumptis in suburbano quod ad roueriam portã est clã delituit, donec ex oppido ꝓdeuntem quẽpiam captũ abduceret. ¶ Quo die hugo castillionensis sollicitus explorare quis ordo esset ꝑtereuntiũ anglorum, accersitis duodecim tm̃ militib⁹ ad portã roueriam insidiarũ nescius accedit, simulãs præsidiũ eo loco ponere. Egressus porta cum ad macerias vbi hostis louanius cõsidebat nihil metuẽs peruenisset, repẽte in eum hostis inuolat, incautũq; depræhẽdit, & duxit in angliam captiuum. A quo cũ ingenus redẽptionis pręciũ expeteret, post lõgam tãdẽ custodiã negociator quidã flãdri⁹ hugonem clã liberauit. Per hęc belli incõmoda, quia ne fisc⁹ nec ęrarium ad belli vsum carolo erat cõtracto parisijs consilio, communi omniũ instituto decretum est regẽ ad ei⁹ dalphiniq; quotidianã impẽsam denarios duodecim ex singulis libris venditi salis quotannis percipere. Ad belli autem necessitates & stipendia militi tribuenda, vrbium in

Philippus burgũd⁹ cõtra ducẽ clocestriæ.

Hugo de castelliõe in suburbio abbatisuille capitur.

Cõsilium parisijs indicitur.

colas qui rē familiarē domesticāq; haberēt/ frācos quattuor agricolas vnū & dimidiū annui cēsus singulos pēdere. ¶ Est p̄terea venali vino vectigal adiectū/ vt de integro vini dolio (quod caudā vocāt) dū veniret solidos tridecim emptor, de eo vero quod mēsurati quisq; venale ꝓmeret quartū regi denariū vēditor pēdere cogeret: Cū vero ad parisios vinū importaret, si frācū esset, solidos duodecim. si belnense, duplicatū ex singulis cadis, id est caudis portitores pēsum exigerēt. Et licet ea esset regij fisci tenuitas nō desinebat tñ nauarrus aliquid in carolum doli pēsitare. Cūq; de recōciliatione apud regē nuncios frequētes haberet ab angli tñ societate nō abstinebat partes eius apte secutur⁹ si caroli amicitiā nō adipisceret. Sed acceptis tandē apud ebroicas obsidib⁹. Vernonē vbi Carolus agebat, venit. Iuratq; in Caroli verba. Erat his dieb⁹ parisij regi⁹ præpositus Hugo aubriotus, qui ꝓpugnaculū cui bastilda nomē est ad diui Antonij portā extruxit, sumptu ex ea pecunia facto quā parisiorū cōitati Carolus donauerat. ¶ Mouere ꝑ id tp̄s ex anglia & calisio cū sex armatorū milib⁹ & sagittariorū mille quingentis Robinus carolus, & Thomas grācon⁹, atq; a sancto audomaro ꝑ arthesiū atq; attrebates profecti, remos (ysara traiecto) oīa populātes inuadūt. Moxq; albā / sequanāq; / atq; yonā amnes trāsmittētes, in agro Parisiano apud ablonē castra ponūt. Inde cū inter villā iudeā (quā iuliā a Iulio cęsare dictā esse plærīq; cōtēdūt) acies ordinassent, nulla tñ in illos a parisijs eruptio facta est, q̄q̄ mille ducentos equites ad p̄sidiū haberēt. Quare nō cūctatus postea hostis, quibusdā vicis incēsis, stāpas belsiamq; incursib⁹ vastantes, in andegauos ducunt. Quos bertrādus qui eodē tēpore conestabilis a carolo fuerat institutus, sexcētis eorū primū deinde trecētis postremo quadringētis occisis fudit receptis locis quibusdā q̄ ꝑ andegauiā anglus occupauerat, capto insuꝑ thoma grācono. Et paucis post diebus varijs locis angli a frācis sup̄ati sunt, ita vt nemo eo-

Vectigal vino iponitur.

Dolus nauarri regior

Hugo aubriotus.

Robinus Carolus anglus.

rū qui duce carolo calisio egressi erāt fuerit superstes. Et q̄q̄ venientib⁹ a pōtifice cardinalibus de pace inter reges diligēter actū est, vani tn̄ fuere conat⁹ legatorū. Superstitionis quoddā genus eodē tpe a turlupinis (hoc em̄ erat hęreticis nomē) qui se de societate pauperū vocitari gaudebāt ortū, finē cœpit. Crematis eorū vestibus & libris, in foro suillo extra sancti honorati portā. Ioāna aūt dabētona & cū ea alter, cui⁹ nomē hystorici nō tradunt eiusdē sectæ imprimis ꝓfessores cōburunt. Hic aūt quē sine nomine ponimus cū añ damnationis eius sniam in carcere mortē obijsset, dies quindecim in aggere calcis ne putresceret eius cadauer asseruatus est, & die ad suppliciū p̄scripto crematus. ¶ Porro carolus oī studio anglos ꝑsequēs bertrādū in pictauiā nō ꝑua militū manu ꝓficisci iubet. Hēricus p̄terea castellæ rex carolo suppetias ferēs eodem tpe multis nauibus ex castella rochellā delat⁹ soluētes ex portu trigintaquinq; onerarias anglorū naues capit. Et bertrandus (biturigum duce autore) pictauos in caroli fidem recepit, captaubuso paulo post a francis a apud subisam in acie fuso, & vinculis cōiecto. Moxq; rochella/ angolismi/ & xātones cū multis eius populi arcib⁹ seditionem fecere. ¶ Paucis aūt post dieb⁹ quia ioānes britonū dux a carolo desciuerat anglos secut⁹, nec eidē regionis ꝓceres assentirent, guescluinus in eū mouit. Cuius aduētū nō sustinēs ioānes in angliā se festinato ꝓripuit. Post cui⁹ fugā britones guescluinū admiserūt, p̄ter arces tris: brestum/ aulorū/ & deruallū. Brestum tn̄ postea bertrādus. lạualus aūt & clisson⁹ deruallū obsidione cingūt. Brestēses duodecim obsidibus bertrādo datis, cum vel deditionis vel pugnæ diē ad idus augusti cōstituissent neutrū fecerunt. Et ioānes de mōte forti cum duce leucastriæ coacto exercitu, calisiū appellēs decurso arthesio atq; viromandia per remos cāpanosq; p̄das faciētes, trāsmisso tandem ligeri burdegalā se receperūt, fuga cæde & multis incommodis a frācis affecti. Nā philipp⁹ burgundorū dux illos

Supstitio Turlupinorum.

Ioānis britonū ducis defectio.

adequitans multis frequẽter interceptis necabat. Et ioannes viẽnensis eques strennu⁹ quinquaginta equites & sagittarios anglos fudit. Ita vt ex triginta armatorũ milibus quos ex anglia eduxerãt, sex tm̃ milia garõnã traiecerint. Ex burdegala receptis virib⁹, ioãnes de mõteforti cum anglorũ manu aulorũ petit, vbi ei⁹ vxor incolebat. Eo quosdã britonũ epõs & ꝓceres ad se vocat. Id postq̃ carolus cognouit, nouas copias guesduino qui reliquam britãniam tenebat mittit. Interim cõuenientib⁹ apud brugas cũ romanis legatis oratorib⁹ frãcis anglisq; vt pax inter reges tandẽ firmaret, nihil diffiniri potuit. Trãslato deinde boloniã cõuentu postq̃ iteratis crebro legationib⁹ põtificis oratores caroli assensu nõnulla anglo regi plus æquo proponerẽt. Angli q̃ calisij edouardi noĩe agebãt rñderunt se de his ad suũ regẽ relaturos, & inde ad kalendas augusti Edouardi sñiam brugis dimissuros. sed Edouardi mors interim intercessit pridie solennitatis diui Ioannis baptistę, dum ageret annus salutis trecẽtesimus septuagesimus sextus supra mille. ¶ His ita gestis carol⁹ futura ꝓspiciẽs, publica cõtione in parlamẽto senatu habita, de liberis qui in regnũ successuri essent hmõi legem tulit. Quęq; primogenitum regis francorum filium regni administrationem recipere debere cum quartumdecimum ageret annum ne per longiorẽ tutelã occasio incideret maliuolis res nouas excitandi. Anno insequenti qui fuit christianæ gratiæ millesimus trecentesimus septuagesimus septimus, carolus quinq; per franciam distãtibus locis quinq; exercitus alebat. Primus quem andegauus comes guesduino comitante ducebat, per aquitaniam incedens codacum/bergeracum, sanctam fidem ad dordonæ ripam sitam, castillionem sammutram, canderetum, macharium cum arce, & languonem partim expugnatione, partim voluntaria deditione recepit, superato thoma felthone, qui non procul a Riola sexcentos equites habens cum ioanne de buello prælium

Inanis legatorum cõuentio.

Edouard⁹ morit.

Constitutio a carolo fctã de filijs q̃ ad regnũ successuri essent.

Quicq; exercit⁹ francorũ eodẽ tempore.

cōmiserat. Dedētibus passim se aquitaniæ ꝓceribus, ij qui durasiæ familiæ erant ad anglos perfugerunt. Quare du laco ꝑtermisso qđ⁹ obsidere īstituerat andegauus, dux ad durasium se cōuertens oppidanos primo in fide accepit. Arcē vero quę ibi munitissima erat circūuallās, post pri mā & vigesimam circūuallationis diem deditione a castellanis facta, arce potitus est. Deinde quia hyēs aderat in hyberna militem misit. At clissonus qui apud aulorum obsidionem habebat, paciscētibus cum eo anglis vt liberi abirent locum obtinuit. Omnis ad hunc modū britannia praeter brestēses caroli facta est. Qui vero regiæ classi pręerant in angliā delati, Lariā nō paruā ciuitatē ceperūt atq; incenderunt. Philippus praeterea burgūdię dux calisium ꝓfectus nōnullas per vicinum calisio agrum arces atq; arderā subiugauit, vbi validissimis balistariorū ꝑsidijs impositis in hyberna se cōtulit. ¶ Per eos dies romāorū imperator Carolus visendi regis desiderio iter per hānoniam cameracumq; faciens in franciā venit. De cuius aduentu Carolus literis acceptis ad singula qua transiturus imperator erat loca praemissis qui illum honorificentissime venerarentur, tandem biturigum & burgundorum duces Senonū archipraesulem. & haricurtū dñm obuiam siluanectum proficisci iubet. Qui cum advicū luparam inde perducentes, cum articulari morbo imperator laboraret, currū & lecticā auro gemmisq; artificiosissime elaboratā ad īperatorē propere carolus mittit. Lectica postera die imposit⁹ postq̄ dionysiani cenobij sacrosācta religionis monumēta, reliquiasq; multa veneratione perlustrasset ī cubiculū reuersus, dū ꝑ fenestrā in atriū diuersorū aspicit, burrellus riuerius & nicolaus detēcus ex domesticis regis aulicis ęquos duos īgenuos atq; aīosos īsignibus frācorū appatissime ornatos īperatori, totidēq; filio eius romanorū regi caroli noīe ꝑsentāt. Qđ⁹ mun⁹ īpator liberalissime lętissimeq; excipiēs, ego inquit ī altero illoꝝ sedens Parisium ingrediar. Egredienti sancto dionysio

Duras capitur.

Impator carol⁹ in frāciā ad carolū venit.

Pōpa ī occursū īperatoris.

impatore, Parisiẽsis p̃ses, mercatorũ p̃posit⁹ & p̃fect⁹ vigilũ comitãte multa ciuiũ Parisieñ. frequẽtia cõposito ordine in equis occurrẽtes imperatorẽ cõsalutãt. Rex vero postq̃ ex viculo capella ĩperatorẽ digredi accepit, miro apparatu & põpa ducũ quoq; & comitũ, pcerũ insup atq; epõr; ornatu & nũero/vrbe pgressus, quibusq; distinctis officijs atq; vestibus p sua dignitate & cõditiõe euntibus dũ paulo supra molẽdinũ quod est sec⁹ dionysianã viã puenissent, veniẽtib⁹ in alter alteri⁹ cõspectu principib⁹, reuelato capite datisq; dextris sese amicissime venerãtur, mox ad romanorũ regẽ Carolus accedẽs ĩpertita illi salute, ĩperatorẽ dextrorsum, regẽ vero filiũ sinstrorsum hñs, ipse medius ĩcessit donec ad palatiũ vẽtũ ẽ, vbi grãde spaciosumq; cœnaculũ accipiẽdo impatori, tapetibusq; & mensis ornatissimũ Carol⁹ esse ĩperauerat. Postq̃ aliquot diebus feriatũ est, & mutuis se colloquijs muneribusq; principes coluissẽt, firmataq; in eos iureiurãdo amicitia est discedẽtẽ imperatorẽ carolus ad mousum vsq; pducere sua impẽsa iubet. Traditũ a gallis scriptoribus cõperio/imperatorẽ quibusdã castellis terræ delphinat⁹ donasse delphino, eũq; in Arelateñ. regno impij vicariũ instituisse. Arelatẽ. eñ regni burgũdorũ primariã ciuitatẽ & caput fuisse/imperioq; paruisse certũ est. Quã vt geruasius scribit arã latã prisci appellabãt. Nã in eo loco ppe ciuitatem qui rocheta dicebatur duę colũnæ extructæ erant, & sup eas ara imposita. Vbi quotãnis ad Kalendas mayas frequens vndiq; populus humanas hostias p sua sospitate mactare consueuerat. Itaq; tris iuuenes publica pecunia emptos anno toto saginabãt, quos cõstituto die ad ipsã arã immolabãt / victimarũ sanguine circũstantẽ populũ aspergẽtes. Quẽ ritũ diu⁹ trophim⁹ ex. lxxij. xp̃i discipulis illo ex iudęa missus sustulit docens non cruore mortaliũ hoĩm sed xp̃i sanguĩe illos debere aspgi. ¶ Digresso ĩperatore, quorũdã pcerũ lr̃is Carolus cognoscit, nauarrum regem in ioannẽ caroli patrem atq; postea in

Arelatensis ara.

Dolus a nauarro rege.

eum multa occultis dolis & cogitasse & perpetrasse. Cuius ꝓditiōis maxime cōscius esset iaquet⁹ ruus nauarri cubicularius, qui per eos dies missus in frāciā iter facere cōstituerat. Hic vbi in franciā venit: dephensus in vincula cōiectus est, penes quē repertus est codicillus dolis inscriptis aduersus carolū conceptis. Et cū ꝑ id tēpus Carolus nauarri filius securitate a rege accepta Siluanectum/ vbi rex francus agebat accessisset, cōtenderetq; multis precibus iaquerū liberare, patefactis illi q̄ ipse cōmiserat flagitijs, nō mō inquit tā perditū hoīem absoluere nō possumus, sed instituimus possessiōes a patre tuo quę in regno meo sunt recipere, & illis præsidiū ex meis collocare, qui mihi fide integra obsequātur. Venerāt cum nauarri filio balduinus beloferrādus in cui⁹ potestate cōplures nauarri arces atq; oppida perseuerabāt, qui tametsi iureiurādo fuisset addictus eas regi dedere, satius tn̄ visum est illū sine custodibus nō dimittere, donec re perfecta fuisset iuramēto liberatus. ¶ In normāniā a rege ob id missus Philippus burgundię dux, cū arces frustra repetit, obstinatis ad rebellionē qui eas tenebāt militibus, vi atq; armis Philippus a bertrādo adiut⁹ recuperat, capto apud bretoliū Petro nauarro cū maria eius sorore, quos asseruatos rex honestissime haberi, & cōplura ex locis receptis dirui iussit. ¶ Dum hæc a Philippo in normānia gerūtur/petrus de tertro nauarri scriba caroli iussu in bernaci arci depręhēditur/cōscius malorū quæ nauarrus in carolū cōiurasset. Sumpto igitur de eo/deq; iaqueto duro supplicio, eorū singula cadauera quadrifariā exsecta/ante quatuor parisij primarias portas furcis appensa sunt. ¶ Morit̄ per id tēpus Gregorius vndecimus, qui apostolicā sedē romanā reduxerat auinione relicta. Cui dū p̄res cardinales successorē deligere cōstituūt, romani ne gallus aliquis iterū sumeret tumultuantes, bartholomeū de aquila (aduersante magna cardinaliū parte) pōtificē declarāt. Quāobrē dilapsi roma cardinales fundū petunt, vbi clementē septi-

Gregori⁹ xi. morit̄.

mũ pontificatui praeficiũt. Quã rẽ cũ patres Carolo mis sis nũcijs demõstrassent Carolus clemẽtis partes secutus est amicis sibi principibus scribens/ vt idẽ facere dignarẽ tur. Sed rex bohem⁹ atq; flãdrẽses nõ statim acquieuerũt, bartholomęo fauẽtes. Et carolo romanorũ impatore de- functo, fili⁹ eius romanorũ rex vt in demortui p̃ris locũ veniret bartholomęo adhęrebat a quo imperij dyadema recipere sperabat. ¶ Per eosdẽ fere dies Ioãnes de monte- forti quẽ anglos secutũ fuisse memoraui, & eis p superio ra bella auxiliũ aduersus francũ regẽ tulisse, ad senat⁹ par lamẽti iudiciũ tertio vocatus cũ nõ veniret, ducali digni tate priuat⁹ est, & bona eius publicata. Accitis ide aliquot ex britonũ nobilitate p̃ceribus, iter quos primores erãt Ioannes rohanus, Ioannes laurallus, & clissonus qui arces oppidaq; regionis tenebãt. Carolus eos docet quę de Ioã ne montissortẽ si ob eius perfidiã decreta fuissent, vellẽt loca quib⁹ p̃fecti erãt tollẽdi belli causa potestati ei⁹ pmit tere. Carolo ita suadẽti p̃ceres se obtemperaturos iurant. At postq̃ dimissi a rege in britãniã rediere, rohan⁹ impri mis Ioannem mõtissortẽsem ex anglia reuocare festinat pręsidia locis francię finitimis instituẽs. Ea re cognita an degau⁹ dux imperante carolo fratre copijs contractis eo cõtendit. Venientes rohanus vanis legationibus differt, cõcordiã tãtisper simulãs vt re ipa postea cõpertũ est, do nec Ioannes montissortẽsis ex anglia aduẽtaret. Quo tã dẽ cũ manu anglorũ ad britones appulso tametsi multis coitiõibus pacẽ querere videretur, nihil tamẽ effectũ est. ¶ Dũ apud britones andegauus dux frustra tẽp⁹ terit, flã drenses suo more iterũ a comite discessionem faciunt, oc cisoq; gandaui praeside, quem illis comes praefecerat, tri- partitis copijs aldenardũ, ypras, atq; alostum eodem si- mul tempore inuadunt. ¶ At philippus burgundię dux comitis gener, tornacum p̃fectus aldenardum nũcios ad flandrenses mittit petens vt ad colloquium die instituto venire ad se non abnuant. Venientibus inter tornacum

Ioãnes de mõtefor- ti ducatu britannię priuatur.

Flãdrẽses a suo co- mite defi ciunt.

aldenardũq; burgũdus cõicat. Tandẽ cognito quid illis doleret, Philippus conditiones reconciliationis ꝓposuit. Quibus scripto commendatis & iuramẽto roboratis, comes discessionis autoribus veniã dat. Fuit preterea apud mõtempessulanũ cędes/ a ciuibus truculẽter occisis octogita viris ingenuis atq; nobilibus. Inter quos fuere Guilllermus pontellus ęques andegauorũ ducis cancellarius. Guido desserus, & arnoldus eiusdem loci prętor. Caedis causa hęc fuisse memorat. Erat in ꝓuincia narbonẽsi (cui linguae ochitanae nũc nomen est) Ludouicus andegauus Caroli frater positus a rege gubernator. Cuius nomine cum ob bellũ quod in ea regione gerebatur pensum magistratus exigerẽt, seditiõe facta sanguinarij ciues eos trucidarunt, deiectis in altos puteos cadaueribus occisorum Tam detestabile flagitiũ nõ prętererierunt impugne. Nam armatis instructus dux ad montempessulanum cũ aduenisset, omnis populus fletu/moerore, lachrymisq; confectus, vrbe ęgressus & loci cõsules funes ex cannabe collo tanq̃ morti obnoxij gestantes, per vias ꝓstrati duci obuiam pergunt, miserabili clamore ignosci sibi flagitantes Assistebant duci cardinales aruerniae cum põtificis Clementis oratoribus, qui eo placandi ducis causa conuenerant. Postridie aduentus ducis in vrbem ipse in tabulatũ quod ei in foro editum erat, compluribus praecipua dignitate viris comitatus conscendit. Ex quo ab omni plaebe cõspectus cũ grauem admodũ in ciues sententiã tulisset, sublato rursus clamore populus veniã frequẽter repetebat, quorũ flebilibus votis cardinalis oratoresq; põtificis accedẽtes animũ tandẽ ducis inflexerunt, sentẽtiae seueritatem rigoremq; moderantes, habuit igitur locũ miseratio. Nam cũ sexcenti necis iudiciũ excepissent, soli cędis auctores & qui operã sceleri nauassent, regis arbitrio reseruati sunt. Cũq; omniũ incolarũ bona fisco deputata forent, dimidiũ remissum est, armis oĩbus quę apud illos extabant deditis, pẽsata insuper ad plenum impẽsa quam

Caedes apud montẽpessulanum.

Cędis vindicta.

dux ob huiusmodi cędē sustinuisset. ¶Erāt etiā tū p linguā occitanā ex reliquijs superiorū bellorū aliquot populatores qui regionē quotidianis p̄dās vexabāt. Aduersū hos incolæ a carolo auxiliū petunt, duplicatū vectigal ad belli onera pollicentes. Missus cum copijs guescluinus cū ad nouū castrū non lōge a belcaro quod ab hoste tenebatur/obsidione destinetur, morbo occupatus octauo post die defunctus est. Nihilomin⁹ tū qui in p̄sidio erāt castellum spōte dedidere. Non quieuit per hos dies Richardus Edouardi fili⁹ nouellus angliæ rex, sed traiecto ex anglia calisiū exercitu. Thomas Edouardi filius octo circiter hominum milibus stipatus/arthesium/viromandos/ suessiones/cathalaunos/trecenses/senones/ vastinium, blesiā, perq; bonāuallē incursantes, abductis aliquot claris equitibus, ad britones contenderunt quos Ioannes montisfortensis, alacriter excepit. Fuit a flandrensibus in suum comitem belli motus, quem nō magno negocio comes repressit, captis ypris suppliciòq; affectis qui rebellionē excitarant. ¶Sed interim caroli mors multorum incōmodorū causam francis importauit. Nam pace & bello cū reipublicæ fuisset accōmodatissimus insequēs tēpus beniuolentiā vnanimitatē charitatemq; discordijs & grauissimis inimicitijs commutauit. Eniuero prouidus rex vbi se mala valitudine esse sensit, liberos quos iuniore ætate duos Carolū & Ludouicum relinquebat Philippi burgundiæ ducis fratris sui iunioris/& Ludouici borboniensis tutelę commisit. Regni vero gubernacula ludouicū fratrē seniorē andegauorū ducē moderari constituit, donec carolus cui ex primogenitura regnū debebatur annū quartūdecimū ageret. At sapiēte rege apud beautā defuncto (sapientis em̄ appellationem emeruit) aliud atq; aliud decretū est. Mortuus aūt apud vincēnas ad diuū āthoniū cāpestrē delatus est, ibi aliquot dies asseruatus, dum fratres eius tres aduenissent. Dum ex æde diui Anthonij funus effertur, scolastici studij Parisiensis qui spectandi causa

Guescluinus morit. Excursiones ab anglis. Carolus quintus moritur. Scolasticorū tumultus.

frequentes aderant : a seruientibus hugonis aubrioti Parisiaci ꝑtoris: quia forte ꝓcedētē pōpā īpedirēt ꝓpulsi: in ꝑtorē atq; ī seruiētes tumultuati sunt. Quoꝝ aliquot, qui deprahendi potuerunt ī vinculis habiti sunt. Sed paulo post regis filijs restituti. Caroli cor rothomagi: reliquum corp⁹ apud sctm̄ dionysium. Anno dn̄ice pietatis. Millesimo.ccc.lxxx. sepelitur.



E successore tāetsi mīme dubitaret: quia tn̄ maiori natu Carolo q̄ sext⁹ appellat⁹ ē, etas nōdū idōea erat, & regno rectores: tutoresq; liberis pat̄ īstituisset, neq; de ipa īstitutiōe inter pricipes bn̄ cōueīret, acciti ex toto regno ꝓceres parisij coierunt de sacrādo nouello rege consiliū capturi: Dicebāt em̄ principes cōsultore Petro dorgemōto: neq; sacrari an̄ annū quartūdecimū regem oportere neq; cōducere reipublicæ vt tātilæ ætatis adolescens rerū curā susciperet. Ita Carolū patrē arbitratū esse & lege firmasse. Fuere cōtra pleriq; etate & doctrina spectatissimi homines voluētes animo cū p̄ntiū reꝝ: tū futurarū calamitatē, si multis rectorib⁹ regnū ageret: breui & cito finituro susceptæ admistrationis tpe: quēq; sibi poti⁹ q̄ reb⁹ cōib⁹ cōsulere opes cumulare: amplificare principat⁹, æmulari inuicē, & indefactiones gign. Raro quidē euenire vt multi sine contentione rē quāpiā simul administrēt. Quod si vnius regis noīe atq; iperio respublica gubernet, facile esse vt ad vnū oēs cōcordib⁹ animis respiciant. Ea propter opere p̄ciū fore, Carolū natu priorem sacratum iri & oīa suis auspicijs atq; nomīe geri. Neq; obstare patris legem: quam si ad pnīciē īclinare cōiectasset: ipe tollēdā īprimis cēsuisset. Legibus dum populo conueniunt vtendum: dum officiunt abstinendum. Hæc sententia cum multorum: tum Ioannis de maresijs fuit ī quam facile venit ludouicus andegau⁹. Reliqui vero fratres (adnitente petro dorgemōte) legem a patre latā magnopere tuebantur. Nec parū abfuit quin ad dissentionem bel

Cōsiliū capit de Carolo sacrando.

lumq; irritati ppe animi spectarēt. Nā ex eo tpe quisq; sibi armatos parabat, & hostis anglus nunc ad aquitaniā: nunc ad britones: inde in normāniā arthesiumq; & per omnes maris oras copias suas dimittebat. Dum inter tā repugnantes sententias nihil decerni posset: contio dissoluta est. sed intercedentibus nonnullis optimis & sapientibus viris: arbitri de principum voluntate delecti sunt, qui examinato diligenter negocio tantam rem componerent. Arbitris conuenientibus dictū est Carolum sacrādum esse & regem appellandum: suoq; nomine gerenda agendaq; oia esse fidem illi a pcerib' & subditis praestandam: bellū non nisi suis auspicijs parādū. Adolescentulos Carolū & eius fratrē Ludouicum curae & puidētiae burgundorū & borbonij ducū credēdos, qui eos vt regios liberos decet: educarent ad tēp' vsq; pubertatis & docerēt. Omnē regiū fiscū in aerario regio deponendū. suppellectilem vero oēm & quicquid Carolus mortis suae tempore auri argētiq; possidebat: assignata regi iusta portione, ludouico andegauo cōmittendam qui interim dū rex adolesceret regētis tm nomie vteret & reb' cōmunib' gerēdis vocat' adesset. His ita ab arbitris definitis principes assenserunt & lex ipa in vulgus pmulgata. ¶ Quietis cōpositisq; regni primoribus cum stipēdia militibus nulla soluerentur, non secus ac hostis praedis stuprisque populū milites vexabāt. Quāobrē rura vicosque agricolae deserentes: in oppida arcesque fortūas suas contrahebāt. Nec aduersus militum crudelitatem valuit regētis auctoritas q̄q̄ vocatos ad se praefectos militum saepenumero minis terrere tentasset. Hic plerisque locis tumultuatus popul' est, & seditiōes exortae. Parisianos tn̄ benignitate atque modestia sua regēs sedauit. Nō erat his dieb' ad militiam (mortuo bertrādo) conestabilis. Hūc magistratum instituendū a se regēs dictitabat, contra sentientibus burgundiae borbonijque ducibus, eum quidem regentem nomine tenus esse, sed ad regem omnia referri oportere,

Milites sine stipendijs oia populant

De conestabili istituēdo cōtentio.

Erat tunc melduni Carolus, vbi armamētum patris erat & magna suppellectilis pars. Enimuero adolescentulus rex armis delectabatur speciosis / & de re ipsa patri aliquā do specimē praebuerat. Nam proferente illi patre coronam & cassidē rogatus vtrū mallet, Cassidem optauit. Cui non dissimile mox factum suis aulicis exhibuit. Itaque propositis coram preciosissima patris suppellectili, atque diuersorū armorū generibus: arma sibi pluris quā diuitias esse respōdit. ¶ Futurorū vt ipse auguror incommodorū omen. Nā nulla superiorum regū aetate ppiꝰ ad excidiū respublica francorū ppēdit: q̄ huiꝰ & filij ipsius tēporibus. Dedit & aliud magni animi signum. Erat cardinalis quidam romanus Ambianensis appellatus qui autor fuerat augendi census & tributi. Et seuere aliquando Carolum dum adhuc viueret pater, tractauerat. Quā rem tunc recordatus Carolus ad Sauosium qui prope astabat. Ecce iam inquit Sauosi de hoc sacerdote liberi erimus. Quo verbo territus ambianensis confestim ꝑ dua cum Auinionem se recepit, exportato ingenti thesauro quem sibi ex publico contraxerat. Illud siquidem nōnūq̄ compertum est inter francos plus damni in rem publicā inuehi dum sacerdotis consilio res agit, quā cū prudēs aliquis ex seculi nobilitate rebus gerendis praeficit. Ille enī nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vendicat. Hic populi misertus & communitatis detrimentum suum esse ratus, reipublicae bene vt potest consulit. Ille fastum & pompam ex dignitate metiens, eo audacius diuitias congerit, quo minus vltionem timet ecclesiastica libertate protectus. Hic autem opes suas cum respublica coniunctas esse non ignarus, ex publico incommodo priuatum quoque augurat, nam qui res suas ex reipublice statu considerat, illas sine hac nequaquā strare posse intelligit.

Magni animi i rege idiciū.

Cardialis ambianēsis fugit.

¶ Sed ad connestabilē redeo. Erant omnino duo apud regem strennui & magni ad bellū nominis proceres. Sancerrus comes; & Clissonus britonicae nobilitatis clarus

eques. Interrogatus sancerrus an conestabilis magistratū gerere vellet. Rn̄dit i eo magistratu Guesclinū ita se gessisse: vt nemo post illū memoria dignū quicq̄ exhibitur⁹ esse facile videret. Igit ad Oliueriū clissonum dignitas (rege tribuēte) delata est. Cui mox negocium fuit: contractis copijs regem in remos, quo sacrae vnctionis cām ꝓfectur⁹ erat p̄cedere. Hūc rex multoꝶ ducū ꝓcerūq; frequētia stipatus, ꝓten⁹ secutus est. ¶ Praeerat regio aerario sauosius rarae ꝓbitatis homo. Hūc abeūte melduno rege andegau⁹ regēs cōpraehensum reuelare regiū thesaurum mortem cōminat⁹ cogit. Erant ī ęrario auri solidi lamiae & aliaꝶ preciosarum reꝶ ingens copia: q̄ pariter aestimata cēties octogesies centena milia aureoꝶ nūmū efficiebāt, quę (supputatione francorum more facta) decem & octo milliones cōstituūt. Thesauro recepto Ludouic⁹ andegauus remos petit, rege consecrato cū ad cōuiuiū locū vētū est (id em̄ in aedibus archiepī apparatū erat) principibus incidit de sessionis ordīe atq; p̄latione controuersia. Nā andegauus aetate grandior Philippo anteire contendebat. Philippus parē & pariū decanū se esse: atq; ꝓpterea primā sibi post regē deberi sedē argumētabat. Eā litē consultatione ꝓceꝶ habita rex diremit & philippo recubitū primū: quatenus ad p̄sens negociū attinebat: decernit. Qua re offensus. Andegauus regi ꝓximū nihilominus locū vsurpat. At Philippus nihil cūctatus: medius inter regem andegauumq; insilit: recubuitq;. Quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomē adept⁹ ē. Reuerso ex remis parisium Carolo: scti Pauli comes ī ꝑfidię suspitionem incidit q᷑ rege īcōsulto Richardi angliae regis filiā sibi vxorē desponsasset. Sed praetensis excusationibus vtcūq; purgato, rex veniā comiti dedit. Qui mox in bureū riuariū liuorem exercens eum detulit ad anglos literas dedisse vt eos in franciam acciret. Quamobrem a curia bureus abstinens. Clissono rem patefecit. Qui cum amicus esset regem conueniens bureum q̄ maxime

Oliueri⁹ clissonus conestabilis.

Thesauꝶ regiū Ludouic⁹ andegauus accepit.

Cōtētio īter pricipes de ordie sessionis.

Liuor.

potest excusat, & quãquã multi aulicorum aduersarẽt, gratiã tñ amico ĩpetrauit. Interim milites p agros populum grauare non desinebãt, & duces fratres Ludouic⁹ philippusq; simulate agebant clã alioqui furẽtes: & alter alteri detrahẽtes. Itaq; Ludouico dolebat, regentis tãtũ nomine sine vllo dignitatis cõmodo potiri. Cõtra autẽ Philipp⁹ querebatur illũ regiã suppellectilẽ thesaurumque vsurpasse, & nullã ĩde regi portionẽ ĩpartisse. Hinc timor oĩb⁹ erat ne principũ ira belli flãmas excitaret. Ibant propterea inter vtrũq; suasores ad beniuolentiã & charitatẽ placti: & qui inter proceres pacati animi erant in amicitia fratres continere studiose conabãtur: de qua re orationẽ ad principes habuit Ioannes mares⁹ doctrina & facũdia spectat⁹. ¶ Tandem sopitis odijs ĩ mutuã fratres charitatẽ rediere. Cõsiliatis principib⁹: humilis quædam ex parisianis plebecula nouis furijs acta est, querens se vectigaliũ magnitudine premi. Itaq; pp̃ositum mercatorũ aggrediens ad cõtionẽ venire hominẽ cogit, vbi vn⁹ e plebe audẽtior vice multitudinis petit/pensiones & vectigali tolli. Quod quandoquidẽ oli postulassent nec fuissent exauditi iã adesse tp̃s satis illis factum esse oporteat. Cõcitatæ multitudini pleriq; sobrie obsistere cupientes, rati si res ĩ crastinũ deferretur cõpesci furorẽ posse: ĩ posterã diẽ negociũ remittebant. Quod ĩtelligẽs quidã veterũ calceorũ sutor, temere exurgẽs põpa ĩquit aulicorum & factus ĩ humeros populi recidũt: & quæ ab illis per luxũ profundũtur, dãna nr̃a & calamitates sunt. Hanc vilis opificis temeritatẽ arguere ausus est Ioãnes dormãn⁹ regi⁹ cancellarius, obtinuitq; in alterã diem postulata transferri. ¶ Nõ restrinxit mora furorem. Enimuero redijt postridie concitatior plebs & petita ex regis proximorumq; ei⁹ sentẽtia reportauit. Et vt sedatior domum plebs repeteret: ad illam adhuc frementem concionari Ioannem maresium Carolus ĩperat atq; causas memorare quãobrẽ census & vectigalia reipublicę moderatoribus pendantur. Opor-

Miles grassatur.

Si multas ĩter frẽs.

Ioãnes maresius.

tere eos qui p̄sunt multa onera subire. Bella plurima a Carolo patre gesta, & item a filio gerēda esse quæ sine populari ope bene ꝓcedere non possunt. Regios puer⁹ & fiscū anglorꝝ iniquitate iminutos esse. Regē publicę libertatis & populi tutorē: populū coadiutorē esse debere, æquo animo ferre si quid nonnūq̄ durius per necessitatem iperet. Nihilominus tamē gratum nunc regi esse vectigalia tolli: Abeant ipsi domū, quiescāt tumultuari. ¶ Ad hanc Ioannis orationem cum sedata turba esse speraret, sublato clamore. Volumus inquiunt iudęos vrbe expelli. Quib⁹ respondēte Ioāne de re ipsa ad regē relaturum se, ꝓcurrens cōfestī quique plebei⁹, publicanorꝝ ędes aggredit, atque effractis pixidib⁹ vbi reposita de vectigalib⁹ pecūia erat nummos in vias dispergit, libellosq; rationum carpit & laniat, ministris interfectis. Iudęorum domos aliquot & bona diripit. Quæ rāetsi reddi restituiq; rex iussisset neq̄q̄ tamen obtemperatum est. ¶ Hæc cum parisii gerentur angli cognito francorum ex aquitania discessu turonos andegauos coenomanosq; iniectis passim ignib⁹ icursant moxq; ad britones (non impediente duce amico) se recipiunt. Id postq̄ ad regē perlatum est, carnotensium episcopum & arnoldum corbiū parlamenteū præsidē ad ducē iter facere iubet: cum syngraphis præteritorum foederum quæ cū regib⁹ francis & britonū duce olī icta essent (Hęc audiēte duce) cū oratores recitassent: dux (inuit⁹ ne an volens icertum est) foedera ipsa innouauit: & obseruare se iureiurando adegit. Quāobrē irritati angli nāuetā vrbē circunuallare pergunt. Ciuitati tum p̄fectus erat almaricus clissonus qui summa vi & diligētia aduersus hostē restituit. At nō satis ciuiū pseuerantię credēs ad regem subsidiū petere mittit. Nec cūctatur rex almarico suppetiari. Nā magnis itierib⁹ copię ī hostiū cōspectū citius venere quam anglus subolere aduētum potuerit. Quarum primū ipetū cū ęgre sustinere anglos: eorū pręfectus animaduertit) iā enī signifer signo amisso oppetierat mor-

Anglorꝝ icursiōes.

te)eos increpās vah inq; milites, quis vestros animos pauor inuasit, superam⁹ em numero frācos, quare nō dubiū est si aīo nō defeceritis, virtute quoq; superiores fore. His ductoris verbis animat⁹ angl⁹, incredibili pertinacia restitit, tanta sagittariū multitudine agens vt aether ipse sagittis nō secus ac nubib⁹ tegi videret. Itaq; diu fuit pugna anceps vtrisq; accerrime pugnātib⁹. Tandē multis sauciis, multisq; occisis & captis, frāco angl⁹ cessit. brestumq; fuga petens praelio imposito & vulneratis q se illic curarēt relictis in angliā traiecit. ¶ Inter haec animaduertens principes aerari tenuitatē & regios sensus esse exiguos vocatis ad se ciuiū parisiensiū primorib⁹, de vectigali exigēdo cōsultāt. Cum vero placuisset ex quaq; veniētiū rerū libra solidū vnū exigi. Idq; parisij rothomagi pariter & ambianis ꝓmulgari rex imperasset, plebs vniuersa vectigal pēdere ꝑnegauit. ¶ Accidit per hos dies res cognitu digna. Siluanectū Carolus venādi cā se cōtulerat. Canum latratib⁹ exercitat⁹ in fugā ceru⁹, aeneā torquē collo gerere visus est, quē venabulis aut ferro appeti rex ꝓhibens in casses & rhetia cōpellit. Erat in torque līris latinis inscriptū. Hoc me caesar donauit. Interpraetātib⁹ nonnullis id de iulio caesare intelligēdum. Sed tā lōga ceruis aetas tributa non est, vt a iulio in hoc tp̄s durare ceru⁹ potuisset. Ad alium ergo imperatorē referat oportet. quandoquidē a primo illo Caesare quāuis imperatorē caesarem appellari vsus atq; auctoritas obtinuit. ¶ Ex eo tempore Carolus ceruū allatū aureā coronā collo gestantē ꝓ insigni habuit, & regij insignib⁹ quae lilijs aureis tribus constant, hinc atq; hinc duo cerui apponi cōsueuerūt. ¶ Per eos dies cū de romano pontifice cōtrouersia agitaret, accessere ad regē Bohemiae castellaeq; oratores vrbani partes aduersus Clementem septimum quem rex sequebatur defensuri. Quibus per Andegauorum ducē responsum est, regē nō ita affectum clementi esse qui veritatem sequi velit. ¶ Daturum operam vt ecclesiae pax (sedata

Pertinax pugna.

Cōsilium de vectigalib⁹ exigendis.

Ceru⁹ inuentus.

Ambitio cardinalium.

discordiũ põtificũ cõtentione) reddat. Responso accepto oratores abiere. Hæc reuera de romano põtificatu altercatio multis incõmodis tum alias nationes tũ gẽtẽ gallicam vexauit. Nam cardinales triginta Clemẽtis causam secuti, exploratores per frãciã cõstituerãt qui ecclesiarum opulẽtiores prouẽtus inquirerẽt, quas rectoribus vacuas mox sibi a Clemẽte obtinebãt. Tulit quoq; Clemens de vacaturis ecclesijs legẽ quã expectatiua gratiã appellauit qua adipiscẽdas morte possessorũ ecclesias, fas iusq; expectanti p põtificẽ designato erat. ¶ Solis ex hac lege cardinalibus & potẽtiorib⁹ viris ecclesię cõtingebãt. Exigebãtur p̃terea a clero decimæ & de maiorib⁹ ecclesijs dũ pastore orbatæ erãt primi anni ꝓuẽt⁹ legebant. Id annatam vocãt quã cameræ ap̃licæ deberi romani cõrẽdũt. Neq; id sine ducis andegaui cõscia fieri rumor erat, exactionis siquidẽ partẽ capiẽtis. Eas ob res cũ scolastici nõ pauci scolam relinquerãt studij Parisiẽsis rector cõtione aduocata, ex cõsilio doctorũ Ioãnẽ ronceum Picardũ deputat qui de hmõi dispẽdijs ad regẽ: Andegauũq; ducẽ orationem habeat. ¶ Habita oratione tãta ira ꝑcitus andegauus est, vt satellitib⁹ noctu ad cubiculũ Ioannis rõcei missis hominẽ effractis forib⁹ abductũ in vincula conijci mãdauerit. Nec aliter, repetẽte eũ rectore exẽpt⁹ est, q̃ vt clementi auditurũ se polliceret. Nisus quoq; dux est rectorẽ deprehẽdere, sed re p amicos cognita, rector aufugit. Dep̃hendẽdi rectoris cãm afferebat dux q͏ ab vrbano exceptas litteras regi nõ exhibuisset. Accessit & nouus ab ioanne biturigũ duce cõtẽtionis turbo, reputãte secũ male agi q͏ Andegauo regẽdi auctoritas, Philippo burgundo Caroloq; borbonio regis tutela obuenerat, sibi vero nihil p̃ter Pictauiã collatũ esset. Petit ergo linguæ occitanę atq; aquitaniæ sibi gubernacula cõmitti. Idq; adiutore andegauo fratre impetrat. Sed fuxi comes eius ꝓuinciæ ministratos se in magistratu tueri omnino studebat, ita vt iubẽti rege ꝓuincia nõ cederet. Ioãnes ꝓpterea collecta

Auar⁹ põtifex.

Ioãnes rõccus mittit ad regẽ contra exactiões põtificis.

Ioãnes biturigum dux cõtẽtionẽ excitat ꝓ quo quidã ludouicum scribunt.

militũ manu in tholosates ꝓfectus, prælıũ cũ comite suis dissuadẽtibus confert & vincit. Sed reputans aĩo comes his decertationib⁹ regionẽ ꝑdi, atq; populũ aggrauari ad ioãnẽ mittit/sed magistratu abdicat, ioãni cedens. ¶ Per id tp̃s Hugonis aubrioci parisiorũ pręsidis falsa religio & iniqui mores in lucẽ ꝓdiere. Nã iudęorũ sectator cũ esset clerũ exosum & sacrosanctæ eucharistiæ dignitatẽ contẽptui habebat. Scholasticos imprimis aspnabat̃, stupri & oĩs gñis libidinis reus. Ob quorũ flagitiorũ execrationẽ ad publicũ spectaculũ loco edito in atrio diuæ mariæ positus, post suæ hęresis manifestatã a cõcionatore ꝑfidiam perpetui carceris dãnationẽ a parisiorum antiste excepit. Hic aubriot⁹ cũ publicæ pecuniæ administrationẽ diuturnã gessisset, publica opera nõ parum illustria parisĳ extruxit. Bastildã ad diui Anthonĳ portã munitissimũ propugnaculũ: diui Michaelis supra sequanã pontẽ, & aduersus scolasticorũ parisiorum iniurias & nocturnos motus paruũ castelletũ. ¶ Quiescebãt his dieb⁹ flamingi a bello paululũ respirãtes, nisi eorũ comes ludouicus noua illos pecuniæ exactione lacessisset. Enimuero siue egẽs siue pecuniæ auid⁹ a gãdẽsibus qui propter oppidi magnitudinem & populi frequẽtiã primi inter Flandrẽses habent̃, grandẽ pecuniã arrogãtissime petẽs, cũ ea sibi cõstanter negaret̃ loco discedẽs, & ego inquit huic cõtumaci populo me principem & dñm exhibebo. Erat comiti nothus Halsus noĩe homo militaris atq; magnanim⁹. Huic attributis copĳs & anglorũ mandat Gandẽsibus bellũ inferre. Qui patri audiẽs mox gãdẽsem agrũ quotidianis incursionib⁹ vexat. Ibãt nihilomin⁹ gãdenses armis instructi/seq; viriliter tuebant̃, incõmodis multis hostẽ afficiẽtes. ¶ Recordati tñ debitæ suo comiti subiectionis, petiũt ab illo se audiri. Amisit eos comes, quorũ hæc breuis oratio fuit. Tui inquiunt comes sum⁹. Tu nobis es princeps & comes. Tibi cum ratione parere nos decet, tu nos tueri debes. Si quid in te peccauimus quod tibi molestũ fuer

Hugonis aubrioci heresis.

Flamigorũ seditio. Gãdẽses.

Halsus.

id nobis condonari suppliciter flagitamus. Tantum ne libertatē tollas quā a maiorib⁹ acceptā Gādēsis populus tueri instituit. Cogi se vectigalib⁹ nescit. Si rebus tuis ꝑ aliquā necessitatē opus est pecuniarū subsidiū id tibi non coactione sed sua se sponte daturū liber populus offert: His comitē verbis placasse rati, ab aulicis imprudentib⁹ & per ætatē rerū imperitis iniurias acceperunt. Iactantibus in comitis ꝑtāte esse, illorū obstinatā rebellionem flectere calcarib⁹ ꝑinde ac stimulis asellū illos agi oportere: & omnimodo iugū imponere. Quo accepto cōuitio gādenses abiere. Comes vero magnopere studebat illos rerum & cōmeatus pœnuria afflictari, vt egētes ꝑtāti eius se crederent. At gādēses aīo erecti vim propulsare constituunt. itaq; philippū arteuellā filiū ei⁹ quē in gestis Philippi valesij a gādensibus occisum diximus belli ducem sibi ꝑficiūt. Qui contractis vtcūq; armatis, oppido egressus in vicinū agrū ducit. Cōspectis ꝓcul gandēsibus comes prelij appetens suos in arteuellā ꝓgredi iubet. Telis primū & scorpionibus, deinde districtis gladijs pugnatū est. Aduersa comiti fortuna extitit amissis quinq; hoim milibus, atq; ita se brugis recepit. Arteuella ex victoria spē sibi meliorē accipiens/suos hortatur animis non tabescere. Si in armis perseuerent, facile factum esse grande parare imperiū. Etiam si comiti franci suppetient, quorum ne factus neq; lasciuia bello idonea esset, plus illis iactantiæ q̄ roboris inesse. Talibus suasi verbis gādenses regnū insuper sibi affectare audent. Qua spe quoq; illecti agricolæ relictis agris belli se socios gandensibus iungunt. Cura omnis arteuellæ erat comiti incōmodari. Mos est brugensi populo quam vetustissimus ob dominici sanguinis reuerentiam (cuius partem se burgenses habere gloriantur) supplicationem quotannis facere, ad quam solēnitatem ex vicino agro frequentes coloni conuenisse. Cuius rei non ignarus Arteuella, duo ex suis milia docet arma sumere quæ vsitatis vestibus occultent, & ita

Comes vincitur.

Mos brugensium.

quaterni per interualla, vel quini ad celebritatē simulata religione se cōferāt, vt de die supplicationi statuto dū populus rei diuię intētū animū habet mercatū occupēt, atq; incautū comitē inuadāt. Implēt milites arteuellę pceptū, & in foro sine vlla suspitione cōuenietes dū comitē pcedere vidēt arma inquiūt o socij exerite Clamore subito pterritus comes suos gādensibus opponit. Sed cadētibus multis ipse domū q̄ velocissime potest pfectus, cū illum arteuella psequit̄ p fenestrā in mulieris vetulę pximā ędē dilapsus inde sclusam se recepit. At comitis fugā arteuella in brugēses referēs eos populatur/cōpluribꝰ trucidatis. Atq; inde cū ingēti prȩda Gādauū pfectus est. ¶ Defectionis causā comes hāc ab initio dedit. Gandauū em̄ ciuē autore ioanne leono comes trucidauerat, & parricidā a gādauēsibus pscriptū ad se fugientem receperat. postq̄ aliquot pscriptionis annos cōtra oppidanorū leges restitutū nautarū praefectura donauerat. Est em̄ huius negociatiōis & ministerij nautici apud gādenses multitudo & potestas nō mediocris/q̄ in sȩditione dū forte isurgit plurimū valet. Est quoq; huiꝰ pfecturę officiū nō puae apdꝰ illos auctoritatis atq; emolumēti. Quāobrē excitata in ioannē leonē inuidia vnꝰ ex nautarꝫ ordie de mattheorꝫ familia gisebertꝰ assūptis secū sex quos habebat fratribꝰ occidere leonē cogitauit. Sed comitis reuerēti a pposito destitit. Subinde causas q̄rēs quomō a beniuolētia pricipis ioannē abduceret. Igitur isinuat se in cubiculariorū comitis familiaritatē. Quā postq̄ satis sibi firmatā putat miror inquit pricipē nostrū nondū aiaduertisse grāde vectigal qdꝰ ex mercibꝰ q̄ nauigio ad nos inferūtur pēdi sibi quotānis possit. Itaq; si id curare volet, Joannē leonē vnū satis esse cuius opa vectigal a nautis & negociatoribꝰ facile exigatur. ¶ Re ad comitem per cubicularium relata/comes leonem ad se vocat, deq; exigendo vectigali hominē admonet. Qui tametsi id frustra se tentaturum non ignoraret / conuenire tamen de re ipsa nautas respondit.

Sȩditio in flandria.

Nautę gādenses.

Interim Gisebertus clam fratres hortatur cōtraria comi-
tis postulatis sentire, q̄nquidē publicę libertati neq̄q̄ con
gruerent. Ipse vero apud principē Ioānē insimularet ne
gligentiæ, quia susceptū a comite negociū nō curaret sa-
tis. Ex hmōi causa odiū pricipis in Ioannē leonē excitatū
iri. Seq; in eius locū suffici posse sperabat. Hac spe erectis
matheorum animis, conuenientibus ad Ioannis edictum
nautis postq̄ de portitorio pendendo consulitur, fratres
magnopere restitere veniētibus in eorū sentētiā eiusdem
ministerij ꝓfessoribus. Quod vbi referente ioanne resci-
uit comes iā a giseberto persuasus credidit culpā esse Ioā
nis ꝙ petita sibi negarētur. Quare ablatam Ioanni nauta
rum præfecturā giseberto dat. Idq; non ægre ferre Ioan-
nes prę se tulit. domi apud gandauos se continens donec
fortunā tēpus cōmutaret. Nec intercessere plurimi dies

Fossores brugēses.

cū brugēses ad quos nullus nauigabilis fluuius euoluit, ꝑ
comitis assensum fossam grādē ex amne lisa deriuare ad
se incœptant, constituto ad has operas magno fossorum
numero quos pręterea deputati a brugensibus milites ꝓ
tegerent conscij q̄tum id opus damni gādauo īportaret.
Nā ea fluuij accessione sicut brugēsibus magnū incremē
tum, ita gandensibus multum detrimenti poterat afferri
Tumultuātur ꝓpterea gādauenses, & rei nouę occurre-
re cōsultāt. Accersuntq; Ioannē leonem qui cōi necessita
ti auxiliet. Qui licet accitū se gauderet, nullū tn̄ exulta-
tionis signū dat. Sed ad cōsiliū ītromissus, rogatusq; sētē-
tiā. Viri īquit gādēses palā vobis oīb⁹ est quā rebus vr̄is
iacturā brugēsiū hæc vsurpatio allatura sit. Haud tn̄ par
uo negocio illis resistere poteritis nisi relictā iādiu alborū
capuciorum institutionem restitueritis. Cū enim maiori
bus nostris repētino ad res īsuetas pręsidio opus esset, de-
signatos habebāt ex suis milites qui capuciolis albis ab a-
lijs discreti vr̄is se periculis obijciebāt. Id armatorū gen⁹
censeo confestim innouandū, eisq; p̄fectum instituendū.
Vix hęc ioānes dixerat cū vox oīm exauditur cōclamā-

tiū restituantur capucia. Conficiūtur statim publica impē
sa capucia, distribuūtur quibusuis parui pēsi hoībus qui-
bus nihil magis qua vrbana quies odiosum erat, quorū
pfecturā cōi oim decreto Ioānes leo recepit, cupiētissim⁹
infensos maxime efficere gandenses aduersus comitem.
Postq̄ prefectura donatus est Ioannes magnā capuciato-
rum multitudinem in brugensiū fossores ducit. Qui de
illorū aduentu nūcio accepto mox se brugas receperant
Ad hūc modū frustratus sua expectatione Ioānes capu-
ciatos Gandauum reduxit. Per eos dies quidā ex nauta-
rū collegio a comitis ptore quē bailliuū vocāt in custo-
dia tenebatur. Quē repetitū liberare gādēses nō poterant
Igitur arbitratis his tot offensionibus suā libertatē tolli,
hortante Ioanne leone mittitur ad comitē gisebertus cū
aliquot bonae aestimationis ciuibus qui captiuū conciuē
carcere emitti/& suas leges illibatas seruari a comite im-
petrent. Hoc pacto Ioanne sperabat Gisebertum ab irato
comite aliquid qd⁹ molestū ciuib⁹ esset relaturū. Profecti
gādenses principē apud mallā inuenerūt. Quos humane
acceptos comes remisit restituto illis nauta captiuo, eorū
q; consuetis legibus confirmatis. Optare se tantū dixit ca
putiatos tollerent. Reuersi ad suos legati comitis liberali-
tatē cū enarrassent, tū de tollēdis capucijs animū comitis
explicarūt. Quo verbo offensus populus cū sileret. Vos
inquit Ioannes leo cōciues cōpertū habetis q̄ cōmode ca
puciatos restituistis a quib⁹ nūc vestra libertas in tuto est
Alioquin absq; illis oia piclitabātur. Nunc si eos vt prin
ceps suadet abrogabitis de vr̄a quiete & honestissimis le-
gibus actū esse iudico. Agite ergo & qd⁹ a maiorib⁹ acce
pistis seruatote. Ad hāc Ioānis orationē cū quiq; diuersi
abijssēt ab alijs illū laudātib⁹, alijs in neutrā ptē loquētib⁹
Ioānes vicarios quos singulis capuciatorū turmis pfece-
rat cohortatur suos moneāt interdiu noctuq; ad repenti
nos casus paratos esse, & ad se, ptēn⁹ cōuenire si qd seditio
nis aut tumultus excitari norit. satius fore obtrūcare i se

Alba flamingorū capucia.

se insultātes q̄ ab illis occidi. Nec incassum id sibi p̄sagire Ioānes videbat. Nā comitis balliu' Rogerus dauterui' paucis post diebus cū ducentis equitibus explicato principis vt in bello solet vexillo Gādauū igressus i medio rerū venaliū foro cōstitit, ad quem mox Gisebertus cū suis fratribus & iis qui eū frequēter sequebātur ad balliuū cōcursat. Qui a pricipe iussi i ioānis aedes irrūpe/ eūq; trucidare cōiurauerāt. At Ioānes casuū hūanorū ꝓuid' cōuenietibus ad se capuciatis ad forū nullo tumultu facto ꝓgredit. Quo cōspecto gisebertus cū fratribus sensim dilabitur & balliuū deseruit. Capuciati vero quasi spectaturi quid balliu' incoeptaret ꝓxie eū cōsidētes i terrā confestī deturbatū necāt, frustratim dilaniato comitis qd' p̄ se ferebat vexillo. Nec ex stipatorib' quispiā fuit q ꝓcūbēdi auxiliū ferret. Sol' eṁ balliu' occubuit, a suis p ignauiam turpiter desertus Liberati hostib' capuciati ędes gisebertri caeterorūq; suae factionis aedes inuadūt & spoliāt. Eam balliui inopinatam fortunā gisceberto referēte postq̄ comes accepit, ita perculsus iurat de necis autorib' vltionē se nouo exēplo sumpturū. Cuius rei nō improuidi gādēses duodeci ex suis nō obscuros ciues ad principē legant mitigaturos principis quoad possent idignationē, pollicituros q; satisfactionem delictorum. Veniētes ad comitē legati aegre admissi sunt, sed intercessiōe quorūdā aulicorū cū benignior factus esse comes speraret, nouus a gādēsibus furor excitatur. Nā ioannes leo timēs re apud principem cōposita detrimētū sibi succedere, augere hoc modo comitis furorē pergit, primorib' sue factionis suadet, vtile esse coactos quos haberēt reipublicae defensores oppido educere & recognoscere quib' viribus aduersus summū forte hostē resistere posset. Itaq; egreditur ad portā quę brugensis appellatur cum capuciatorū & aliorū facinorosorū hominū turba miliū decē. Quos cū Ioannes perlustrasset laudatis omnibus. Est inquit hinc non ꝓcul principis nostri palatiū qd' recēter miro opere extruxit

Ballius comitis occidit.

ꝓcedam⁹ ædes videre. Munitissimus em̄ sicuti ego accepi locus est ita vt insurgēte bello nobis incōmodare possit. Postq̄ incōdita plebs andreghemū accessit (ea em̄ est loci appellatio) ædes spoliatim misso multis ædiū ptib⁹ igni. Inde autē cū abirēt cōuersus ad palatiū Ioānes vt flagrantē locū vidit quasi id sibi doleret pcōtatur vnde hoc icēdiū erupisset, q̄q̄ nullā loci iquit curā hr̄e oportet q i excidiū nr̄m ædificat⁹ īstructusq̄ erat. Hac ędiū direptiōe comes nihil magis ægre tulit, quippe q eas ad voluptatē & delitias accuratissime excoleret. Quāobrē vocatos ad se gādauēsiū oratores atroci vultu & aspa oratiōe allocut⁹. Ite inquit seditiosa gēs, ꝓpe est vt pœnas vniuersi detis offensionū in me vestrarū, cū nō cōcederēt a legatis excusatio trepidi gandauū petiuere. Ex huiusmodi causis atrox & lōgū belliī cōflatū est. Ioānes autē leo brugas quas suarū ptiū effecerat liquēs ardēburgēsi morit̄ veneno vt q̄dā tradūt ipetit⁹. Fuit quidē huius flādrēsis belli varia & anceps fortūa quā sigillatī explicare lōgioris esset negocij. Vnū qd⁹ maxie inhūanū dici pōt opepciū erit ad flagicij detestatiōnē scripto cōmēdasse. Deficiētibus a comite yprēsibus cū aduersus eos copias ducere comes instituisset, gandauēses de ea expeditione certiores facti nouē hominū millib⁹ collectis curtracū ꝓdeūtes yprēsibus significant se ad eos defendendos aduenire, ꝓpterea mittant ex suis armatos vt iunctis copijs paribus studijs & virtute comiti resistāt. Parāt cōfestim yprenses & ductorib⁹ Ioanne bouleo, & arnulpho clerico octo oppidanorū suorū milia ad gādēses qui apud rolerū castra fecerāt ꝓficisci iubēt. Hac ꝓfectione ad comitē relata insidias duob⁹ locis q̄ yprēses iter facturos verisimile erat ponit. Incedētibus vero yprensibus obtulit se biceps via, vna rolerū, altera tourotū ducebat quare cōsistere illic agmē militū ductores iperāt, dubij vtrā igrederēt̄, ꝑualuit ioānis boulei sn̄ia & tourotū v⁹s⁹ ꝓficiscūt̄, vbi delitescebāt comitis isidię i q̄s dū iopiato icidissent viso hoste ꝓditos se a bouleo esse

Palatium comitis icēditur.

conclamitāt, nec fuit illis animus se tutandi nisi quatenus fuga eripe se potuerūt. Alteris igit ypras, alteris ad gādē siū castra diffugiētibus comitis miles quadrīgētos supra duo milia in fuga trucidarūt. Reliqui ad gādauos dilapsi mox vbi curtracū militari ordine ꝑfecti sunt, ioānē bouleum plębeio furore accusantes quasi insidiarū & ꝑditionis cōsciū in viā publicā ꝑtractū minutatim concidunt. partē ex cadauere quibusq; sibi rapiētibus. Tā beluina natura est plębs semel furijs incitata, nec furoris vllū habet modū, praesertim in flamingorū gente quae praeter reliquos gallos seditiosa semper fuit, q̄uis vel grādi aere ob factas iniurias mulctata vel miserabili caede ob rebellionē afflicta. Sed de his hactenus. ❡Haec dū in flādria gerūtur marescallus sancerrus subterranā in lemouicib⁹ capit dedētibus oppidū anglis, qui relicto loco dū per regionem grassantur sancerr⁹ eos secut⁹ quotidianis fere pręlijs & cędibus afficit. ❡Coiere ꝑ id tēpus apud belingueriū agri boloniensis vicū oratores frāci, vt cū anglis de pace tractaretur. Sed nihil inde praeter vanā spē relatū. ❡At britonū dux meliore in regē aīo fidē repromittit. Seq; cum britonū comitatu carolo subditū interposito sacramēto ꝓfitet. ❡Nō pōt suos ignes cęlare ambitio. Andegauus dux regēs, alij itē principes & regij plęriq; cōsultores qui rebus gerendis pręerant aerarium fiscumq; sublatis vectigalibus immunitū iri cōtemplantes, sueq; auariciae nō satis alimēti superesse, nouū tributi gen⁹ instituere contēdunt. Habitis aliquot contionibus nunc blandis interdū suasiūculis, nūc amicorū interuentu adducere nō paucos in suā sentētiā studebāt. Obsistebat tamē popul⁹, nec petro dillerio, nec Ioanni maresio (qui maxime populares erāt) aures accōmodabat, tametsi dicerēt ex ea pertinacia regē irritatū iri & hinc periculū grauioris alicuius pœnę impēdere. Itaq; discedēs a pricipibus popul⁹ arma capit, decanos quadragenariosq; & quinquagenarios per ciuitatē ponēs. Cathenas quae ad cōpita viarum intra vrbē

Auari principes nouū tributi genus cogitant.

erãt ꝑtendebat: positis cõtra nocturnas ĩsidias excubĳs: custodib⁹ ꝑterea ad portas ordinatis. Idq; facere incipiẽtib⁹ Parisianis reliquae fere regni vrbes subsequunt. Itaq; ducenti ex rothomagensib⁹ plebei homines hoc exemplum imitati: quendam obesum ciuem qui ob crassam corpulẽtiã crass⁹ vocabatur: alioquĩ renitẽtẽ sibi regẽ ꝑficiũt: curruq; ĩpositũ ꝑ vrbẽ circũferentes: tãdẽ in rerũ venaliũ foro cõstitutũ de abolendis vectigalib⁹ legem ferre & eã ꝓmulgare cõpellũt a caede non abstinentes. Saeuitũ eñ est ĩ vectigaliũ questores: & expilatũ diui audoeni coenobiũ ꝓpterea ꝙ in eo priuilegia quędã reposita esse audierant quae libertati ciuitatis non congruerent. Arcem quoq; oppugnare adorti: inde a pręsidio repulsi sunt aliquot interemptis. Dũ haec rothomagi gerunt: ludouic⁹ andegau⁹ regẽs post quartũ mẽsem cũ pisiacae plebis seditionem sedatã esse putat. Legẽ de vectigalib⁹ exigendis tulit: & in foro iudiciali apud castelletum ꝓmulgare iubet: institutis mĩstris qui legẽdi vectigalis offm̃ exeq̃rẽtur. Ad kalẽ. martias cũ ei⁹ officĳ cã q̃stor ad mercatum apud fallas aduenisset oboluq; ꝓ nasturcio a muliercula cui perota morella nomẽ erat exiberet: q̃sta & vociferãs an⁹ mercatores aliquot in q̃storẽ excitauit: qui hominem multis vulnerib⁹ confossum trucidauerunt. Ei⁹ facinoris fama vbi per ciuitatẽ vulgata est: ꝑten⁹ viliũ artium ministri arma capiũt: perq; ciuitatis vias circũcursant: ad cędẽ ꝑpetrãdã animati: quib⁹ cũ ꝑditi pleriq; & nulli⁹ aestimationis hoies facile accedebant. Et vt iermib⁹ arma nõ decessent: publicas ciuitatis aedes adoriũt. vbi emotis curulisq; postib⁹ communia arma rapiũt & ea ĩduuntur. Fuere ex prudentiorib⁹ nonnulli: & inter illos parisian⁹ antistes qui tot malis insurgentibus coactas clã fortunas suas ciuitate exportarent. tutiore se loco cõmittẽtes. Inter arma quae furibunda plebs desumpserat erãt plũbei mallei qb⁹ obuios quosq; subsidĳ pecuniarĳ exactores trucidabãt: domos earũ fortunis omnib⁹ spoliantes: nec ad ec-

Rothomagẽsiũ stulticia

Cedes ꝓpter vectigal apud pisios

clesiā ꝓfugiētib⁹ imunitas p̄stabat. Vnū em̄ i diui Iacobi hospitalis æde diuæ mariæ simulachrū amplexantem ꝓte n⁹ necauerunt. Simile autē ad diuū germanū de pratis q̄ nōnulli confugerant cū facere mollirentur: defendentib⁹ se i colis: ianes i vrbē reuersi. Castelleti irē & epi carcere recluso captiuos oēs & hugonē aubriotū (cui⁹ paulo supra mentionē feci) soluerūt / hūc sibi ducē p̄ficiētes. Sed consci⁹ quid pensi furijs incitata plebs haberet: noctu se ex vrbe ꝓripuit: quo insequente luce domi non inuento seui⁹ furere oēs cœperunt: constitueruntq; charentonum pontē petere & ꝓsternere. Sed destiterunt a Ioanne maresio admoniti; tūq; frigesceret illis cœpit hestern⁹ furor & mētis insania. ¶ Per eos dies non ꝓcul a sancto dionysio visum est monstrū biceps tris oculos & līguas duas hn̄s. Dedit præterea suū ꝓdigiū æther. Nā ex cardinalis monachi collegio ꝑ summā cœli serenitatē visus est ignis supra ciuitatē parisiorꝝ a porta i portā circumferri. ¶ Parisiana seditione ad Carolū ꝑlata, autores supplicio grauissimo plectere constituit. Sed regis indignationem quidā ex ciuib⁹ & schola parisiensi delecti sapiētes mitigauerūt. De his tantum pœna sumpta ē qui Castelletū violauerāt subsidio pecuniario abrogato, de quo postea quia pecūia op⁹ erat rex cōuētū ex primorib⁹ habuit, rat⁹ publica necessitate cognita, neminē nō īpetiturꝝ reb⁹ miseris opē. At q̄ cōuenerāt nullū a suis mādatū nisi audiēdi atq; referēdi se habere r̄nderūt. Idcirco rex illis īperat ad suos cū festi natiōe reuertātur, moxq; ad eū pontisarā q̄ abitur⁹ erat exploratā suorꝝ volūtatē ꝑferant. Fuit ꝓfecto vna oīm snīa mortis poti⁹ se periculis obijcere q̄ vectigaliū tributa & seruilē ꝑpeti seruitutē. Ea r̄nsione habita: rex cum parisiensib⁹ malefactorū veniā dedisset, ꝑ legatos egit vt ipi ad cōferendū subsidiū aīos iclinarent. Apud sanctum dionysium cōuenietib⁹ vtriq; oratorib⁹ cētū milia fracorū: Ioāne maresio autore regi cōcessa sunt. ¶ Per hāc publicam francis tēpestatē Ludouic⁹ andegau⁹ a clemente

Mōstrū ꝓdigiū.

De pecunia iterū cōsulitur.

septimo regni nepolitani dyademate suscepto ꝓuinciā armis occupat: atq; per alpes ducēsquas non sine suorum caede supauit in apuliam ꝓfectus est. ¶ Et ludouicus flandriae comes ad priorem brugis acceptā a gandauens.bꝰ ignominiā alterā adiecit: ipaciens vinci. Nam ꝑlio aduersus arteuellā gādauēsium ductorē malo euētu gesto decē milibꝰ suorum fusis per saltꝰ & siluā ad insulā aegre se recepit: aliꝭ brugas, aliꝭ qui ex francis erant, aldenardū petentibꝰ. Tam ꝓspera fortuna vsꝰ arteuella, quadraginta hoim milibꝰ potens: aldenardū obsidere cōstituit. Quem irruptione facta excipiētes franci caede multorum eū affecerūt. Sed quia militū nūero hostis erat supior itra oppidū se recipiētes frāci locū magnis muniriōibꝰ roborauerūt: fortunā expturi. Arteuella aūt id quod vero simile erat cogitās: frācoꝝ regē comiti suisq; auxilia missurū equitem caducei veste idutū līis ad regem legat. Petebat arteuella ne se rex huic bello cōmisceat: quod libertatis cā aduersꝰ comitis tyrannidē a gādensibꝰ gerebat. Alioqui ab anglis accersiturū auxiliū. Tabellario nullū rnsum datū ē. Interi ludouicꝰ flādrensis ꝑ generū suū burgūdię ducē: deidꝫ ꝑ semet Carolū cōueniēs: quid a flamigis ꝑpessꝰ eēt exponit, oratq; aduersꝰ rebellē populū sibi auxiliet. Id ne rex faceret & si vna cā dehortabat, ꝙ scilicet ludouicꝰ cū anglis cōuētiones plerasq; clam habuisset: quia tū comes frācae ditiōis erat. & flamigi assueta cōtumacia crebros belli motꝰ excitabāt, opē comiti liberalissime pollicet. Instructis non ꝓcul ab attrebate igētibꝰ copiꝭ, rex auriflāma a dionysiano abbate more maioꝝ desumpta: illā petro dillerio equiti aureae militię ferēdā dat. ¶ Hec agēte rege, franci qui aldenardi erant vrgēte arteuella cū crebris oppugnationibꝰ fatigati cōmeatu quoq; deficerent, ad philippum burgundiae ducem delata eorum conditione orant sibi subsidium mitti: si deserantur, deditionem hosti se facturos. Nec fuit incuriꝰ Philippꝰ petitionis obsessorum. In ea commeatꝰ poenuria incommoda obses-

Fuga comitis flandriae.

expeditio i flādriā.

Bona fortuna obsessorum

sis obtigit. Ducebat rustic⁹ quidā porcorum gregē: quo conspecto franci turma facta inter oppidū hostēq; aliq̄t equites peditesq; locant, mox ex peditib⁹ pauci ad gregē cōcedētes tris ex eo numero porcos cū in oppidū raptos & grūnientes trahunt, reliquus grex (vt est ei⁹ pecoris natura) clamātes porcos secut⁹ est. Nec impedire hostis potuit quin oēs in oppidum consequerentur resistētibus frācis qui subsidio pediti astabant. ¶ Ad finem octobris carol⁹ ad exercitum qui in attrebatib⁹ castra habebat pergit, eoque ludouic⁹ flandrensium comes profect⁹ ob arthesij comitatum, quia ei⁹ mater mortem obierat, Carolo fidem repromittit. Inter haec arteuella cognito quā īgēti exercitu rex adueniret: ad āglos nūcios mittit: causatus ante oīa pecuniā sibi a rege anglo deberi: quā pater ei⁹ Iacob⁹ ad bellū quod ī Philippū valesium gesserat mutuo illi tribuisse. Sed id agebat arteuella magis spe auxiliū īpetrādi. Nec latuit Carolū quid flaming⁹ hostis pararet

Franci in flandriā ītrant.

Festinat propterea iter facere & marquetam (id monasterium est virginū vltra insulam) petit. Praemittunt ante oēm exercitū mille septigenti sexagita fossores cū ligonib⁹ atq; securib⁹ qui amputatis arbustis vias aequarent quib⁹ praepositi erant Iodoc⁹ haluyn⁹ & rābur⁹. In reliq̄ agmine trib⁹ ordinib⁹ īcedebāt equitū milia viginti: sagittarioꝝ atque balistariorum duo milia septingenti p̄ter peditū īgentem multitudinem. Erant ad aldenardum itinera duo, vnū p̲ ariā & sc̄tm̄ audomaꝝ vn̄ liza flumē oritur lōgū & difficille Alterū p̲ cominaꝝ pōtē quē flamigi occupabant: dirutis p̲ eū flumis tractū reliquis pontib⁹. In hos irrūpere cupiētib⁹ aliquot militib⁹ qui apud insulā statione habebāt: duce halso comitis flādriae notho per menini pontem harlā inuadūt: vbi occisis incolis & bonoꝝ direptione facta cū per finitios vicos classicum sicut in communi periculo in ecclesijs pulsare hals⁹ audisset, receptui canit. ¶ Sed iam magna incolarū vis ad pontem conueniens: pontem per ptes effractū fimo & fragili

materia contexerat. Eo ꝑperantes franci rusticoꝝ turba conspecta, sese colligentes per mediũ hostẽ viam aperiũt & ita ponti se credentes primi quidem euadunt qui vero ꝓxie seq̃bãtur suos & aequoꝝ pondere pontem dissoluerũt ĩ flumẽ ꝓcen⁹ demersi. Nec postremis meli⁹ obtigit: fluuio se cõmittẽtib⁹. Cũ eñ eminẽtiorib⁹ ripis alue⁹ lize ferret: ide euadere ĩfoelix miles nõ poterat: iactãtib⁹ ĩ eos tela rusticis. Halsus tñ cũ trigĩta suoꝝ iter primos se ꝑiculo exemit. Igitur ꝑ cominaꝝ pontẽ (quo exercitum traducere rex constituisset) clissonũ conestabilẽ & sancerrum marescallum hostẽ loco extrudere mittit. Cognito frãcorum aduentu, flamĩgi vnã pontis arcem diruũt ĩ aduersa ripa stationem habẽtes. Sed in sequenti ei⁹ diei nocte non inuẽto vado, cũ pons resistentibus flamingis nõ facile restitui posset: sampus auratus eques & aliquot ei amicitia cõsuetudĩeq; cõiũcti nauib⁹ ex ĩsula aduectis lizã paulati trãsmisere. Nec ex alueto quod ripę ꝓximũ erat prius ꝓdierũt q̃ paulo plus quadrigẽtis vna cõuenissent, viri quidẽ gñe nõ obscuri/& aĩo cõstãtes. Igit̃ secus littus flumĩs ĩcedẽtes: hostẽ dũ petiit, Petrus de bosco flamĩgorũ ꝑfectus eos conspicatus cũ aduẽsasset suos continuit donec crastĩo crepusculo eos adorireẽ palustri loco ĩpeditos & longa fessos vigilia. Interea dũ haec agũtur clissonus anxius valde q̃ temere sui admodũ pauci ꝑiculose cõmitterẽt: vt hostẽ qui põti defensando assidebat distieret, iubet sagittariis pontẽ ĩstaurẽt, qui postq̃ cõperit ꝑẽ militum flumen enauigasse, liberã optionem dat vt cuiq; cõmodum foret pontẽ transmittẽdi. Per eã noctẽ sampus & qui cũ eo ĩ palude armati & vigiles sine vllo summo hostẽ expectabãt: condixerũt non prius ĩ hostẽ irrũpere q̃ ĩuaderet. Hostis igit̃ clãculo sub diei crepusculũ magno silẽtio mouẽs frãcos adorit̃. A quibus acerrime except⁹ (Petro grauiter vulnerato) cedere loco coepit moxque in oppidum se recipiens aliquot aedes incendit: vel vt francos inde amoueret: vel suos ad se dispersos

Sampus.

hoc signo reuocaret. Interi clisson⁹ liber҂ fact⁹ pontē restituere impat, traiicitq҂ reliquū exercitum. Multas ex cominis opes frāc⁹ abstulit quib⁹ ditat⁹ est maxīe. Est eñ regionis illi⁹ plebs lanificij pitissima pannos ex eo artificio textos tum i i suos cōterraneos atq҂ indigetes tum in exteros disptiens. Quæ omnia in potestatem irruentiū militū concessere postq̄ tria ex illis milia perijssent. Supato pōte Carol⁹ rex cum reliquis copijs flandriā ingress⁹ ad mōtem yprēsem castra fecit. Quāobrē veriti yprenses Caroli ptātē: duos ex ordīe p̄dicatoꝝ fratres ad eum mittunt de pace viā tentaturos. Audiuit benigne Carol⁹ nuncios. Nec morant̄ ypreńses duodecim ex suis optimos ciues ad regem delegare: qui vrbem se suaq҂ dederēt. Deditos Carol⁹ recepit q̄draginta frācoꝝ milib⁹ in stipendiū militi mulctatos. Accessere: q̄que oīs illi⁹ orę flandrię maritimæ popul⁹, qui vinctos ducentes p̄fectos q̄s ab arteuella acceperant: regi tradiderunt, quo facto regis grām demererent̄, simulq҂ sexaginta milia nummū p̄soluentes ne agri viciq҂ eoꝝ vterent̄ ipetrarunt. Præfectis i ponte yprensi ceruices cæsæ sunt. Ingressus ypras Carol⁹ quinto post die cert⁹ fact⁹ arteuellam relicto aldenardo cū sexaginta milib⁹ ad se aduentare. Clissonum conestabilem & marescallos præire iubet. Ipe q̄q̄ continuo ymbre itinera lutosiora essent cū secūda & tertia acie subsequitur: atq҂ iter rolerū & rosebecā castra faciēs flamigos operiebat̄. Ad quē se cōuertere cū brugēses cogitarēt, Petr⁹ de bosco & petr⁹ mutt⁹ q̄s arteuella brugis p̄fectos posuerat ne id facerent spe futuræ victoriæ destinuerunt. Tāta siquidē animi elatione turba illa plebis flandrensium ferebat̄: vt parui admodū haberet francos. Nā vt ex suis pagis viciśq҂ turmati ad gādēses confluxerant ita erant varijs insignibus & vestiū gn̄e distincti, suisq҂ ductoris ipio q̄si explorata victoria pentes. Cognito ex frumentatoribus q̄ arteuella trib⁹ hinc tantū miliarib⁹ a rosebequa castra haberet Clissonus Matheusq҂ viennensis & Guil-

lerm⁹ pictau⁹ castris Caroli edicto ꝓgressi hostiũ agmẽ adequirãt, & postq̃ satis exploratũ habẽt, qui illorũ modus ordoq; incedẽdo esset, ad Carolũ ꝓtin⁹ renũciãt hostiũ numerũ ingẽtẽ esse, dẽsos ꝓgredi & gradu moderato nõ aliter q̃ si in cõspectu hostẽ intuerent, sed nõ ita instructos quin a ꝑitis armorũ vici forriter possint. Id postq̃ Clissonus locut⁹ est / ecce hostiũ agmẽ cõspicit, nec frãci pigritares qñquidẽ in acie parati stabãt flamingos durissime excipiũt. Priusq̃ bellũ cõmitteret̃ tãta coruorum nubes supra vtrũq; exercitũ volitauit vt multis admirationi essent. Tanta quoq; caligo cœlũ obscurauit, vt sæse vix acies cõspicerẽt. At postq̃ in hostẽ suos ꝓcedere Carolus iubet, atq; aurif lammã signifex explicauit, discussa mox calligine serenitas reddita est. Quæ rex vt francis spem, ita hosti animos extulit, vtrisq; credẽtibus ꝓpiciari sibi deũ. ¶ Commisso prælio, tanta ferocitate flamingi pugnauerũt, vt loco parũper cædere frãcus cogeret̃, donec vnus qui in fronte erat sublata voce clamãs. O maria virgo inquit & vos cõmilitones ꝓcedite & præliemini. Quod exemplũ imitati cõplures mutuis se & clamoribus & exhortationib⁹ ad forriter agendũ excitarũt. Itaq; ferocibus & obstinatis animis pugnatũ est, & flandrẽses superant̃. Ex quibus mortẽ oppetierũt milia quadraginta p̃ter eos quo in fuga apud rosebequã. Anno salutis Millesimo trecẽtesimo vno & octogesimo, quinto kalendas decẽbres dñs de Albreto & cõciacus interemere, p̃terq; eos qui in siluis & palustribus locis latitantes a flãdriæ comitis militibus necati sunt. Hac cæde ad eos qui apud aldenardũ in obsidione ꝑseuerabãt ꝑlata nullo ordine fugæ se cõmiserũt. In quos aldenardo egressi franci impetu facto incurrũt obuios quosq; passim obtrũcãtes. Tam gloriosa diuinitus ꝓpe habita victoria rex accitis exercit⁹ primorib⁹ grãs deo soluit. Et flandrensis comes regi principibusq; gratificat⁹ se ꝑpetuæ illis gratiæ debitorem esse professus est. Cui respondens carolus. Conso-

Pugna apud rosequebã.

caroli sexti ad flandriç comitē verba.

brinæ inquit comes tuis desperatis reb' opitulari summus Habes victū ,pstratūq; rebellē tibi populū. Nō me latet te dū me' viueret pater, cū inimicis nostris anglis societatē occultā habuisse. Post hac integra in me fide esto. In te beniuol' esse nō desinā. Post hæc carol' arteuellā inquiri (vt viuat ne an oppetierit mortē) iubet. Erat inter saucios flamingus vnus ex arteuellæ præfectis, q illū necatum esse (cū iuxta illum pugnat) affirmaret. Perductusq; cāpū vbi fuerat pliatum: arteuellæ cadauer ostēdit nullo vulnere perculsum, sed inter cadētē suorū turbā ruina & mole cæsorū oppssum. Ob id ipsum Carol' cū sauciū captiuū curare imperasset & seruari, flamig' medicamēta recusans volo inquit vna cū meis cōmilitonib' mori, & ita p vulnera pfluēte sanguine exanimat' est. Hęc victrix pugna cū nō pcul a curtraco cōmissa fuisset, carol' curtracū pficiscit vbi cū cognouisset quingēta calcaria aurata seruari, eorū scilicet q cū Roberto arthesiēsi olim interierāt oppidi portas sine vlla oppidanorū cæde deijci imperauit. Sed miles frāc' nō oblit' supioris ignominiæ quam illic aliqn accepisset, diratis portis compluribusq; occisis atq; spoliatis, curtracū tandem incēdit. Agēte adhuc curtraci rege Brugēses missis aratorib' veniā impetrāt vigiti & cētū frācorū milia pœne loco pēdētes. Petr' aūt de bosco inde ad gādauos se recipiēs eos obstinatiores reddit. In curtraci publicis ædib' litterę repertę sunt pisiacæ factionis quas illis de seditione Parisiēses dedisse subscriptio annotabat. Id Carol' ægerrime ad modū tulit, nec cūctat' imposito fortiorib' locis psidio, primo vere ad dionysianū cœnobiū voti & religionis cā pfectus, postq voto satisfecit, aīm cōuertit vt parisiorū cōtumaciā retūderet. Quod subolēs mercatorū ppposit' comitat' aliquot ciuitatis primorib' ad regē cōcessit. Offerēs liberū in ciuitatē aditū. populū a furia resipuisse, præteritorum ipse obliuiscat, nec despiciat penitētes. Hæc si suo aut populi nomine ppositus dixerit incertū est. ¶ Rex tū se ingressu

Nota de curtraco.

rũ rñdit. Aduenienti carolo preibãt acies instructae tres. Primã dissonꝰ sancerrusq; ducebãt, in scd'a rex ibat equo insigni vectus, reliqui oẽs pedites incedũt. Quę añ diony sianã portã lignea ꝓpugnacula erãt/effracta sunt & porta ciuitatis diruta. Pergẽti ad hũc modũ regi ꝓpositꝰ magna ciuiũ multitudine stipatꝰ/humilis/ꝓnusq; occurrẽs, cũ loqui coepisset rex audire noluit. Sed praeteriẽs ad diuae mariae tẽpliũ ꝓfectus, supplicatione absoluta palatiũ petit. Erãt ꝑ cõpita & diuersoria vrbis dispositi ad custodiã milites, ꝓhibiti ne populo & ne militi populus iniuriã faceret. Edicti tñ cõtẽptores duo ex plaebe fuere. Qui mox cõprehensi a suis fenestris illaqueati strãgulatiq; pepẽderunt. Incesserunt eo die ꝑ vrbẽ biturigũ & burgundię duces, magna armatorũ manu vallati & seditionis insigniores auctores tercẽtũ in vincula primũ cõiectos, paulopost carnifex capite mulctauit. Inter quos fuerũt guillermus senonẽsis/ioãnes filiolus/& martinus doubus. Et paucis interiectis diebus Nicolaus flamingus, Suppliciõ corũ explecto cathenae oẽs ex cõpitis euulsę, in arcẽ vicẽnarũ. Arma ꝑ quasq; domos inuẽta, partim in luparam deportata sunt. Scabini praepositusq; mercatorum magistratibus amoti & ciuitatis regimẽ ꝓtori pisiensi attributum. Vectigalia & pecuniariũ ex rerũ venaliũ ꝓcio subsidiũ decretũ atq; exactũ ioãnes maresius hõ populo gratus, delatus ꝙ inter saeditiosos furẽti plębi fauisset, adnitẽtibus maxime biturige & burgũdo principibus/indicta cã dãnatus. & cum eo duodecim capite puniti. ¶ Inter haec ad gradus palatinos vbi philippi pulchri simulacrum visit, extructo throno carolus patruellibus & aulicorum nobilitate circũsessus, petrũ dorgemõtẽ cãcellarium affari q cõuenerat populũ iubet, qui a carolo quinto ad pñtia tpa orationẽ deducens, ꝓteritas seditiones & populi flagitia, regis praeterea gesta & ex flamingis habitas victorias prolixa orõne memorauit. Non mirari eos oportere si de tot scelerũ autoribus suppliciũ sumere rex

Praepositura mercatorum apud parisios suppressa.

statuisset. qui in reliquos poenā cōmeritam irrogare iure optimo poterat. Haec postq̄ locutus est cācellarius ad carolum cōuersus. Haec ne sunt inquit serenissime rex q̄ mihi dicēda cōmiseras. Assentiēte rege patrueles eius ad genus caroli ꝓcliues populo indulgeri orāt, nobilitate quoq; atq; fortunis insignes foeminae, passis crinibꝰ lachrimātes, ꝓcumbēte humi populo regis miserationē expectabant. Mouit regē oīm miserabilis clamor, & mortis supplicium pecuniaria mulcta cōmutauit. Nam dimidiā fortunarū oīm partē reus quiq; redimēdi sui causa pendit, q̄ militi ad stipendiū distributa est. Parisiēsium edomita ꝑtinacia, rothomagēses superat qui punirent. Misso ad eos ioanne viēnensi admiraldo cū Ioanne pastorello, & ioanne mercerio quasdam ciuitatis portas eruere, & factionis cōscios comprehēdere/& supplicio affici rex mādat. At quia ꝓpediē dn̄icae resurrectionis solēnitas erat, remissio capitali supplicio nō pauci suis bonis priuati soluti sunt. Nec ad fiscū mulcta. sed ad quorūdā singulare cōmodū venit. q̄uis em̄ reipublicae titulo principes agāt, ministrorū tn̄ lucrum est quod exigit Itaq; bona huius exactae pecuniae pars ad biturigū & burgūdorū duces ꝑuenit. Cum haec in francia gerunt angli de inferēdo francis bello londonijs cōsultāt. Clerus vero nō ignarus Richardū suum regē quietis atq; ocij patientē esse bellum dissuadebat, & imprimis cāturiēsis archiprȩsul. quē alterius factionis sectatores necauerūt Porro vrbanus sextus decimā regi richardo cōcesserat/vt in frāciā copias trajceret ad opprimendum eos qui clemētē cōpeditorē eius tuebant. Eius decimae atq; expeditionis coactor & princeps fuit Henricus dispēsarius norduicus antistes vehemētis animi iuuenis. Cui attributi sunt quingēti equites & quingēti supra mille pedites, praeter magnū sacerdotum cōcursum qui vrbano assentiebant. Qui calisiū tēpestate primo impedicti, nacta mox serenitatem transfretarunt, atq; inde in flādriā migrauerūt excepti aliquot locis liberalr. & cōpea

Mulctat popułꝰ parisiensis.

Angli bello consultant.

tu adiuti. Quorũ aduẽtus cũ regẽ lateret carnutũ religionis gratia ꝓficiscens, tẽplo diuae mariae visitato, aurelianũ vbi seditionẽ populis mouerat spargit. Supplicio de flagitiosis sumpto, ꝓtenus Parisiũ reuertitur. Ibiq; primũ de anglis nũcio accepto copias cõtrahit. Quod audiẽtes gandaui quosdã ex suis primoribus ad carolũ mittũt, sed eos ad suũ cõspectũ carolus nõ admisit, nõ nesci⁹ quid societatis cũ anglis inijssent. ¶ Coacto exercitu in quo trecenta ęquorũ milia fuisse frossardus tradit. Venerat eñ ad regẽ ex germania Federic⁹ dux bauar⁹ & alij auxiliares multi. Cũ de sufficiẽda annona atq; inuehẽdo ad exercitũ cõmeatu pręfecti militũ cõsulũt. Colinus boulardus Parisian⁹ ciuis quadrimestrã cõmeatũ (si ꝑciũ sibi soluat̃) ministrare se pollicet̃. Cõstituta illi mercede, carol⁹ ex sctĩ dionysij aede auriflãma recepta/ eaq; guidoni de trimou la assignata mouet. Iter agẽti nũciatur anglos ex gandensiũ sentẽtia ypras circũsedisse. Sed illi aduenientẽ Carolũ formidantes obsidiõe soluta suburbia cremant, atq; inde cassletũ ducẽtes oppidũ circũuallãt. Sed clissono cũ britonũ duce illos ꝑsequẽte, ĩcẽsis castris burburgũ & grauelingã versus abierũt. Et robin⁹ canoll⁹ arrogãs, & iactabundus anglorũ ductor, tametsi quotidiano fere sarmõe pui se facere francorũ potentiã duceret, Dunas quo se receperat ꝓcedẽtibus in eũ frãcis reliquit grauelingam petens. Quã itẽ a carolo circũseptã dimisit, per portã q̃ nõdũ armatis cincta erat dilapsus. Deserti anglis oppidani cũ se acerrime defenderẽt. expugnati tñ ꝑtim occubuere parti in seruitutẽ acti, donec magna se pecunia redimerẽt. Grauelinga relicta, quia burburgũ anglus occupauerat, eo se frãci cõtulerunt. Prius tñ q̃ vllũ obsidiõis aut oppugnatiõis signũ darẽt, clissonus anglorũ ꝑfectos in colloquiũ venire petit, vt illos aliqua forte ratione adducere posset angliam repetere. Sed clissoni verbis elatior factus hostis timoris hęc indicia esse ratus stati eruptiõe facta francos adoritur, edito dẽmũ acri pręlio in oppidũ repulsus, cõ-

Copię regis caroli.

Burburg⁹ Grauelinga.

clusus obsidiõe est. Ad primã oppugnationẽ in qua philippus arthesieñ, augi comes egregiã operã narrauit, in muros cũ regio vexillo conscendens angli britonũ ducem affari postulãt. Accẽdentẽ ducem orant, burburgo abire illis incolumibus liceat. In eo spem suã reposuisse, q memoria teneret anglorũ ope se britãnia potiri. pdecessores eius anglis regib⁹ obsequentes fuisse/eorũq; amicitiã semp coluisse. Ad hęc dux rñdit regẽ se cõuẽturũ. Adiẽs igit carolũ brito quae ab hoste accepisset ei patefecit. Addiditq; belli fortunã ancipitẽ esse, dei nutu nõ hoim virtute victoriã dari. Si oppugnare illos pergat cũ ipsi plurimi intra oppidũ pugnẽt occisuros facile aliquot ex pceribus frãcis quorũ mors nõ satis cõpẽsari possit. Hyemẽ pterea instare quae illis locis horridior soleat esse atq; asperior. Ergo operepreciũ fore si discedat hostis oppido i regis potestate relicto. Huic ducis sentẽtię q̃q̃ multi aduersarẽtur, & imprimis petrus dillerius pcipua strennuitate auratus eques, asserens facile expugnari anglos posse si cõtinenter oppugnẽtur. Non audiẽdũ ducem qui suo more anglis nõ inimicaretẽ, eosq; armorũ & belli socios quõdã habuisset. Vicit ducis sententia. Datusq; est hosti liber egressus. Qui burburgo militari ornatu exiẽs regi gratias ob receptã libertatẽ egit. ¶ Dũ haec aguntur frãciscus acremenus gãdauus aldenardũ noctu scalis in muros oppidi erectis capit,/& ex turbatis inde oppidanis gandenses loco imponit. Oppido burburgo recepto. vn⁹ ex frãcis sacrorũ contemptor, templi foribus effractis, dũ diui Ioannis argenteum simulachrum rapere cõtendit, simulachrum auersa facie dorsum illi versat, nec mora sacrilegus fit mẽtis inops, atq; in semet insaniẽs in pprios artus desęuit. Caeteri milites hoc euentu exterriti templo abstinuerunt. ¶ His rebus burburgi confectis/postq̃ rex Parisiũ remeasset, auditis plurimorũ q̃relis qui in britonũ ducẽ ob dimissos anglos obloquebãtur, rẽ dissimulat. Qui per paucis post diebus securus brito, quandã a bello va-

Ad burgũ angli obsident.

Nota.

cationem ab anglis cōcessam regi renūciat, atq; ita nihil cūctatus in britāniā se ꝑripit. Spe autē pacis cū anglis accepta, carolus biturigū ducem calisium legat. Quo lencastrię dux anglus cōuēturus erat. Multorū dierū hic atq; ibidē habita coitio nihil pręter ituras īducias īportauit. Per id tēp⁹ flādrēsis comes ludouic⁹ moritur, cui⁹ sepulchrū visitur in tēplo diui Petri insulani. ¶ Et ī aquitania hoim ꝑditorū qui nouis reb⁹ aīm intēdebāt nō parua manus sancerrū marescallū ꝑpter inducias quietum & nihil ab hoste timētē inuadit. Sed sua cautione (vt ꝓuid⁹ erat) profectus grassatoribus restitit. Nec ꝓpterea destiterunt ꝑdatores, arces vtcūq; poterāt furto atq; insidijs occupare, admonētibus anglis quorū in francos nulla erat sincera/ vel foederis/ vel induciarum fides. Eadē quoq; tēpestate aruerni adiunctis sibi lemouicensibus atq; pictauis grauissimā seditionē excitarūt, ducē sibi quēdā Petrū bruerriū instituentes/ atq; ita per nequissimā licentiā grassantes, nobilē quēq; clerū, irē & si alicui⁹ pensi hoiem sibi obuiū sine miseratione obtrūcabant. Nā deprehensi forte ꝑ viā scoti equitis capiti ignitū cassidē imponūt. Sacerdoti amputatis digitis/ capitis verticē deglubunt deinde cremāt. Religiosum hospitalis ordinis per alas ꝑcere arbori appensum sagittis telisq; cōfossum necant. Nec modus illis erat vllus sęuiendi, pluris inter illos habebatur qui duriora flagitia cōmitteret. Huius tam detestandę inhūanitatis nuncio accepto, biturigū dux qui auinionē salutandi pōtificis causa petebat delecto nobiliū exercitu ī seditiosos mouet, quos nō difficili pręlio multis occisis/ multisq; laqueo strāgulatis supauit. ¶ Inter hęc ludouic⁹ andegau⁹ qui appulię regnū a Gregorio.xij. vocatus/ & deinceps ab Alexādro quito rex Neapoleos cōtra ladislaū vngarie regē declarat⁹ vēdicabat, rerū oīm egenus. Petrū craonū ad vxorē in franciā mittit, pecuniam quā illi discedēs crediderat acceptur⁹ & ad eū mox platur⁹. Sed perfidus in dñm craonus pecunia accepta segniter agens

Ludouic⁹ flādrensis mors.

A rusticis violētia ꝑ aruerniā.

De neapoli.

lasciuiae suae prius q̃ dn̄o obsecutus est. Nā dū p̄ venetos iter facit ludouicus expeditiōis suae in italiā sero poenitēs aīo aeger, & fortunarū oīm inops moritur. Hūc exitū habuit temerariae & lōginquę militiae belli icaut⁹ ductor, q̄ defuncto quisq; qui eū secutus fuerat miles bacillo cōtētus vili sordidoq; habitu domū vix reuisit. Ei⁹ cladis causa fuit Ioānes.xxiiij. alexādri successor. Nā copiarū suarū p̄fecti ludouico exitiū parauerūt. Ioannes vero in cōstantiana synodo agēs papatu priuatus est, & in castello haldeberga i custodia habit⁹ sub tutela Ludouici bauari ducis vbi annos tres asseruat⁹ est. Cōptū em̄ synod⁹ habuit illū pluria aduers⁹ ecclesię fidē dogmata diuulgasse. Sub id tēp⁹ biturigū dux & lēcastrię prīceps calisiū cōueniūt. Causa cōuētiōis spes pacis fuit/q̄ irrita habita est, q̄q̄ plurimas optime pacis leges biturix āglo p̄poneret. Manifestata anglorū aduersus francos inimicitia q̄nquidē carolo cōducebat amicitias cōparare, niuernensis comes hanoniae comitis filiā vxorē duxit, iureiurādo pollicēte patre p̄tiū Caroli fore. Cameraci nuptię factae sunt. Vbi carolus ęquestre certamē quod hastiludiū frāci dicūt, exercitationis gr̄a cū collardo de spineo nō sine laude habuit.

Ioannes xxiiij.

Nauarri nequitia.

¶ Nōdū per eos dies nauarri regis inuidēs frācis animus quieuerat, biturigū burgūdiūq; ducē veneno tollere cogitans. Itaq; confectū lętiferum puluerē cuidā anglo Ioanni dat, quā pecunia a nauarro accepta ducibus conferat. Anglus receptū facinus dū exequi parat popinā ducum crebro ingressus a cocis dep̄hēditur quē scelus cōfessum lictor capite plectit. Inter haec complures ex franca nobilitate quibus dolebat anglos tam frequentibus bellis frāciam impetere, de expeditione in angliā ducenda assiduę colloquebantur. Qua re a carolo animaduersa cū florenti aetate aioq; excelso esset, de ipsa expeditione cōsiliū capit. Inuenit facile factu esse angliam vinci. Dacos olim & pręterea saxones illā occupasse, ea cōditione gentem esse quę intra suos fines bellū diu ferre nō possit. Vno aut ad

Van⁹ belli in āgliā apparat⁹.

summũ scdo ꝑlio vel vinci vel vincere solitã, nec vnius hois principatũ lõgo tẽpore ꝑpeti suos reges/ aut necãdi aut pellẽdi cõsuetudinẽ fecisse. His rationib⁹ persuasus carolus bellũ anglis indicit. Nauibus vndiqꝫ cõtractis ingẽtẽ classem armat. Tã grãdibus coeptis cũ pecunia q̃ritur tributũ rex inauditũ vixqꝫ ferendũ exegit. Quãobrem per multi francia relicta nouas sedes q̃siuere. Classe viris armis cõmeatuqꝫ affatim ĩstructa, maxim⁹ ille nauallis apparatus, non secus ac in arẽte stipula crepitãs atqꝫ aestuans ignis euanuit. Nec dubia fama erat principũ culpa id accidisse, qui exactã ad expeditionẽ pecuniã inter se corripuerant. Improba siquidem auri cupido publica vtilitate neglecta sui tm̃ curã habet. Vnus tm̃ Ioãnes viennẽsis amiraldus nauibus sexaginta instructis/ scotos petere ausus est vt inde bellũ anglis inferret. Visus est rex scotus Ioãnis aduentũ moleste tulisse, & quoad ꝑ eũ fieri potuit trãsitus in angliã tardatus est. Interĩ tñ dũ delectũ militũ facit, francos cõmeatu iuuat. Nã inter anglũ scotũqꝫ graues tũ belli causae erãt. Paratis copijs scotus Ioãni tria armatorũ milia ex suis attribuit. Ingressi cũ scotorũ manu angliã franci oĩa hostiliter incursant, & depopulãtur nullo illis occurrẽte anglo. Atqꝫ ita ad droartũ arcẽ ꝑueniẽtes eã oppugnare cum amiraldus decreuisset, scoti id ne faceret dehortabãtur, ꝑsuasum sibi habentes illã inexpugnabilẽ esse. At Ioannes loci naturã atqꝫ munitiões diligenter cõtẽplatus, vnã partem aĩaduertit qua arx expugnari posset. Igitur dato oppugnãdi signo, franci (spectãtibus quasi per ocium scotis) in arcem irrumpunt. Coeperunt praeterea alias munitiones donec rex anglus arma in illos desumpsit, tanto quidẽ numero vt ioannes paucitate militũ inferior cũ intelligeret scotos remisso aĩo esse in scotiam copias reduxit. Vbi foeminę cuiusdam regiae nobilitatis amoribus captus ammonitus tandẽ ab ea scotia discedere, ꝙ suspectũ eum rex haberet. conscensa clã naui in franciam se contulit. Perrarũ est francos aliena in

Principũ iniquitas Ioãnes viennẽsis in angliam ducit.

mittent. Progredientib⁹ anglis ad vicũ cui ꝑu⁹ baugius vocabulũ est: Ioannem de cruce strennuũ equitem gallũ offendũt. Qui conspecto hoste rapti cũ suis templũ igressus, Offirmatis in hostē portis ĩ turri ecclesię conscendit. ¶ Vbi dũ frustra clarentiæ dux sedet: reliquos inuadere francos approperat. Pręcedebat aciē dux sup̱ galleā sertũ aureũ gemmis honestatũ portans. Quem ĩ se irruentem franci iter primos necãt: & cũ eo cõplures ꝓceres anglos Captis comitib⁹ hantitono & sombresseto: necnõ thoma beauforti sombresseti fratre, reliqui fuga dilapsi sunt. Qui coenomannũ petentes cũ effractũ pontem comperissent: de sumptis candidis francorũ more crucib⁹ se Frãcos simulantes: Ruricolas pontem ĩstaurare cõpellũt: quos trãsmisso ponte proten⁹ trucidarũt, seq; ĩ normanniam contulere. ¶ Interim dalphin⁹ ex pictauis turonũ veniens: comitem boussicaudũ scotũ conestabilem creat: & aduers⁹ burgundos ducens montemmiraldũ gallardonẽq; ĩ coenomannia capit. Cæterũ Henric⁹ ex anglia (accepta fratris sui clarentiæ ducis morte) maioribus copijs eductis: druydes. i. drocas capit, & deinceps vindocinas adorsus: baugentium contendit. Sed cũ ad vada ligeris castris positis anglũ transitu frãci ꝓhibent. Henricus cõmeatu destitut⁹: secũdũm ligerĩ iter faciẽs ĩ belsiam exercitũ ducit hortensib⁹ herbis atq; holerib⁹ tm̃ vitã sustẽtãtẽ. In ea regione reugemõtẽ a se captũ incendit: supplicio affecto cũ suis commilitonib⁹ arcis præfecto. Post hæc ad villã nouã q̃ ad amnẽ yonẽ sita est cõtẽdẽs oppidũ vi occupat. atq; ĩde vindocinas vers⁹ se cõuertẽs: fame pestilẽtiaque vexatus, quatuor ex suis milia amisit: auiũ ferarũq; pabula, q̃ per agros scilicet inhumata iacuerunt. ¶ His ipsis diebus Ioannes forestanus rochebaronis dominus burgundæ factionis aruernos ductis in eos copijs varijs incursionib⁹ vexauit. Verum complures aruerni proceres ex anicio duce. Carolo perdriaci comite in hostem progressi sunt. Quos venientes ad se hostes conspiciunt: in op-

Clarentię dux occiditur.

Seuereta oppidũ capitur a frãcis.

pidũ qđ seueretã icolę vocãt se cõferũt. Franci aũt nihil cũctati ꝓxie oppidũ castra metãt. Interĩ castris egressus sagittari⁹ q̃dã molẽdinũ qđ iuxta erat petit: q̃ppiã ꝑdæ sperãs. Nec diu morat⁹ molẽdĩo ignẽ ĩtulit: q̃ mox oppido cõflagrãte, burgũdi ꝑtĩ ad pedriaci comitẽ & frãcos: veniã petẽtes cõfugerũt, ꝑtĩ cũ forestão ꝑ mõtana rochebaronẽ petiuere. ¶ Quos ꝓsecuti frãci rochebaronẽ & alias q̃ forestãi arces erãt receperũt. Conẽses aũt qui legeri accolũt cum a frãcis obsiderent: de oppido dedẽdo obsides tradiderũt si ĩtra cõstitutũ diẽ subsidio nõ iuuarent. Hẽric⁹ opẽ conẽsib⁹ latur⁹ morbo (quẽ Fiacri esse vulg⁹ credit) Corbolĳ decũbẽs: nõ mľtis post dieb⁹ defunct⁹ ẽ.

Hẽricus moritur.

At nihilomin⁹ bethforti dux conẽsib⁹ suppetias tulit & frãci acceptos obsides restituerũt. Ex conẽsib⁹ bethfortus dũ bituriges adoriri cõtẽdit: audita hẽrici morte: cœptis desistẽs ĩ ãgliã, Burgũdi ĩ burgũdiã redierũt. Int̃ hęc belli ĩcõmoda Carol⁹ rex vltĩa naturę ꝑsoluit: apđ sctm̃ dionysiũ sepult⁹. Anno salutis millesimo q̃drĩgẽtesimo vigesimo secũdo, quo etiam anno Henricus mortem obierat.

Caroli vi. mors.

¶ Eiusdẽ cõpendĳ Liber decimus.



Rium proxime pręcedentium regum fortuna aduersitatis quidem atque miserationis plena fuit. Sed quemadmodum solidum & vegetum corpus male valitudinis nõ cõfesti sentit ĩcõmoda ita sup̃ioris t̃pis locuplex & diuitiaꝝ opplet⁹ pp̃ľs tolerãdis aduersitatib⁹ primũ sufficiẽs: frequentia tandem calamitatũ attritus tabescere & quasi obstupescere cœpit. Nã toto regno hic a burgundionibus, idẽ ab anglis mox ab his qui se rebus consulere dicebãt ita tumultuabat̃: vt dicere difficile esset hostis ne an frãcus plus dãni miserabili

populo iportaret. Eo quoq; fortunae iiquitas pcessit, vt Carolo ei⁹ tpis regi: de quo scribere icipio bituriges tm̄ parerēt, & biturigensis rex ipe ab hostib⁹ vocaret. Quae em̄ militū cohortes & pfecti ipsis locis arces & aliquot loca tenebāt, nullo stipēdio sustentati, sicut ab hoste cū poterāt rapiebāt, ita ab amico atq; obtemperāte p eorū libidine auferebant. Per has igit malorū oim tēpestates Carolus Caroli sexti fili⁹ rex appellat⁹ est. Hēric⁹ preterea (pře henrico defuncto) regiū franciae nomē vsurpabat, franciç angliçq; se regem publicis priuatisq; literis & forensi sigillo monetaq; quā nouā cudit appellans. Ita cum ex vetustissima odouardi tertij querela, tū ex ea quam nūc dicam causa franciae regnū Henric⁹ vendicare se iactabat. Nam dum katherina Caroli sexti filia Henrico hui⁹ Hērici patri nubit. Hae matrimonio leges authore Philippo burgundo dictae sunt. Si prae Henrico vita defungeretur Carolus franciae regnum Henricus adiret. Sin contra, & ex Henrico virilis proles superstes foret, Carolo deficiente Henrici filius franciae principatum adipisceretur. Nulla de Carolo cuius nunc gesta scribere aggredimur legitimo licet haerede mentione habita tanq̄ ad eum nulla regni portio attineret. Itaq; in regia & primaria francorū ciuitate mortuo patre Hērico Henric⁹ ipe tēporaria ambitione superbiēs q̄q̄ in anglia vnū annū agēs educaretur regia appellatione atq; administratione vsus est, hebetis quidē ingenij nec satis ad regiā maiestatem idonei. Cui tametsi illustre exordiū fortuna cōcessit, deseruit tamen & vtroq; tādē regno extrusum misera seruitute senescētē affecit. ¶ Ad primas hērici gloriolas & fact⁹ Carol⁹ itētiore aīo nixuq; erect⁹ armis ius tueri & hostē extrudere regno tentauit victis aliqn̄ atq; iterdū vicētib⁹ frācis Nusq̄ tn̄ eos dies totis copijs pugnatū est. Sed vt casu se milites offendebāt occasiōe captata repētia p̄lia cōmittebāt. Est em̄ miles frāc⁹ ad subitā eos cas⁹ audax & prōpt⁹ & plerūq; foelix. In diu meditatis min⁹ feruēs & raro bn̄

Biturigū rex.

Carol⁹ septim⁹ rex hēric⁹ angl⁹ pseudo rex.

fortunat⁹.igit illud miserabile fuit quod salseberiensi & sufforto anglis comitib⁹ dum crauantũ obsident commissum est. Vbi dũ boucatius conestabilis & almaric⁹ seuerac⁹ senescall⁹ a Carolo missi liberare obsessos magnis viribus contendunt duobus ex suismilibus occisis ipse conestabilis viuus capitur. Quo fere tempore aliud contraria admodum sorte a Ioãne haricurto comite daumallo apud brossimeram aduersus anglos quasi ludente fortuna gestum memoratur. Ex normannia duce thoma paullo/angli profecti:icursionibus per andegauensem cœnomãnũq; agrũ factis:cũ apd⁹ segreyũ castrũ aliquot dies castra habuissent obsidibus acceptis:captiuisq; abductis & abactis pecoribus:normanniam repetere constituerunt. In eo igitur viculo instructa acie se sistens gaumalus hostẽ expectat:pręmissis octoginta equitibus,duce Ambrosio deloro & ludouico tromargo: qui hostis aduentum explorarent. Quem vbi conspexere animo siĩ cũ ferunt. Sed qui ĩ prima fronte angli pedites incedebant, singuli singulos praeacutos sibi palos veteri suo more p̃stituunt Quare franci equites a pedite anglo sensim diuertentes in postremam aciem incurrunt,ita vt turbatis ordinib⁹ peditem ãglũ simul cũ equitibus pugnare coegerint. Interĩ adueniens cũ suis daumallus,p̃liũ acerrime committit fuditq; hostẽ recuperatis obsidibus atq; captiuis cũ milibus boum duodecim. Ex anglis eo praelio quadringenti supra mille ceciderunt praeter eos qui fugientes necati sunt Ex francis eques vnus auratus Ioãnes ruffus cũ alijs paucis desiderat⁹ est, Ex anglorũ toto numero centum oĩno euasere. Capto in fuga thoma poullo & thoma clitone: Victoria potit⁹ daumall⁹ in normanniã per abrincas ad sanctum laudũvsq; progress⁹:tandem in cœnomanniam reuers⁹ est:praeda onustus & gloria clar⁹. ¶Per id temp⁹ salseberiensis comes angl⁹ sed a nambrię oppidũ circũsedit & expugnauit. occisis inter oppugnandũ quadragita frãcis cũ eorũ praefecto guillermo marino:& totidem

Frãci supãtur haricurt⁹ anglos vicit

Sedana ab anglis capitur.

impio comitis furcis suspensis. ¶In normannia vero cũ sancti michaelis montem qui in aestuario maris est britã niã versus angl⁹ circũualleret turriculis ex materia ad mi litis stationẽ per montis ambitũ extructis: magnisq; naui bus & milite commeatu instructis: ne quid ad obsessos ĩ portari posset mirabili rerũ poenuria incolas affecit. Do nec comparata apud sanctum malum classe bellifor⁹ bri tonum admiraldus anglos inuadere foeliciter tentauit. Nã ita nauali praelio superior extitit: vt anglis copioso numero occisis obsidionem dissoluerit. Ab obsidione di moti angli ardonem trib⁹ passuum milib⁹ a monte distã tem fugientes, in eo loco propugnaculum quod bastildã vulg⁹ appellat extruunt. Ex quo ĩ arenas frequentes ꝓ gressi leuia cũ ijs qui ĩ pręsidio apud sanctũ Michaelem erant prelia committebant: donec Ioannes conlonceus normãn⁹ ęques (sicut ĩter eum & Michelianos conuene rat, statuto die adueniẽs, repertos ĩ arena ãglos ad ducen tos occidit. capto Nicolao bourdeto anglo opulento ho mine. ¶Venit eodem tpe rupellã comes glascueñ. sco t⁹ quinq; armatorũ milia ducens vt Carolo regi auxiliaris esset: Quem rex beniuolo affectu & multo honore susce pit. ¶Dux aũt bethfort⁹ quam frãciae regentem angli cana factio appellabat yuerꝫ normannię arcẽ obsidens: postq̃ menses tres ĩ negocio perseuerat Giraudũ loci prę fectũ eo necessitatis ꝑducit: vt ĩtra definitũ diem si sibi nõ auxiliarent̃ franci arcẽ dederet: quod cũ giraud⁹ regi ꝑ ca duceatorẽ nunciasset, Carol⁹ ex turonis Ioannẽ alẽconij ducem deputat qui vna cũ comite glascueñ. comite bou cano comite daumallo: & vicecomite Narbonensi beth fortum ab yuero ꝓpulsarent. ¶Illi per carnutes magnis copijs iter faciẽtes certi facti sunt Giraudũ arcẽ bethfor to dedisse, diuersi igit̃ ab yuero, Vernoliũ quam angl⁹ te nebat capiũt, quae cũ ad alenconij ducis ius pertineret: eã duci restituũt. Ibi dum de futuro bello gerendo consul tãt: bethfortus ĩ eos mouere nũciatur. Fuere qui pręliũ

Mõs scti Michaęlis obsidet.

Pugna apud Vernoliũ.

detractarēt, supiorū icōmodorꝝ non obliti, quae & apud creciacū & deinde apud blagiū franci accepissent, alij quibus odiosus erat anglorꝝ pricipat⁹ prçliū suadebant: dedecori illis atq; timori datū iri, si in proximo habentes hostem pugna abstinerent. Nam si nullo cōmisso praelio inde habeāt: fugae similē discessum eorum esse. Vicit sententia haec: quae infoelicem habuit exitū. Egressi Vernolio franci, in ꝓximo agro acies instruunt. Et vtriq; cornu equitat⁹ ptē distribuūt. Bethfort⁹ iteri ordinato agmine incedēs mox vbi in cōspectu astitit: franci prçlium consefrunt. ¶ Lombardi aequites numero quadringenti quib⁹ mādatū erat i primā hostiū aciē irrūpere cū primos i frōte obuios fudissent prçdç auidi ad diripiēda castra magis q̄ ad feriendū hostē operā nauauerunt. Qui aūt alteri cornu praeerant aequites franci cū se in primam sagittariorū frontem intulissent, anglos fundunt/dissipāt occiduntq; Ita vt facile hostis existimaret victoriā penes francos esse Sed bethfort⁹ suos reuocās & fortiter pugnare cohortatus: praelium instaurat francosq; euincit. Ex quibus cecidere glascuensis comes cū filio iameto: Comes Boucanus daumallus vice comes narbonensis: comes vantadorus: grauilla: belsautus. Carol⁹ bon⁹/anthonius cahorsus malicorn⁹: guillerm⁹ de palude: alij praeterea ad numerū quinq; miliū. Capti fuere Alenconi⁹ dux & eiusnotus: & traietanus frāciae mareschall⁹. Potiti victoria angli Vernoliū recipiunt, dimissis libere francis qui oppidū tenebant.

¶ Salberiensis post haec comes collectis copijs dum coenomanum eius obsidendae causa pergit: Guillermus porcus eques ex insidijs quas non ꝓcul a sagio posuerat: i anglos insiliēs complures nullo suo dāno interemit & cepit Nihilo tn̄ segnius salberiensis p̄teriens coenomannum duxit quā tormentis labefactā tandē subiugat: data frācis abeūdi ptāte: cū ei mille quingētos aureos ꝑsoluissent. ¶ Nouit inde ad sacrā susannā eiusdem regionis validum oppidū, Cui ambrosius delorus praefectus erat; Dura obsi-

Cenomanum capitur.

dio fuit, quippe q̄ & anglorū continua oppugnatione & francorū virili defensione vulnerū & mortis plena exti tit. Habebat anglus tormēta nouē quas bombordas di cunt quib⁹ oppidi muros cōtinēter quatiebat, ita vt pau cis dieb⁹ tm̄ muri deiecerit quātū arcu emitti sagitta pōt Igitur cōpulsus necessitate delor⁹ deditionē fecit, duob⁹ scutorū milib⁹ pro sua suorūq; libertate hosti persolutis: Cepit p̄terea salseberiēsis arcē menā cui inhes nomē inco læ dicūt, cepit & feritatē bernardi quarto mense postq̄ eā circūsedisset. ¶ Liberatus eodē tēpore ex anglorū pote state arturus richemōtus comes britonū ducis frater, ad carolū qui andegauis agebat ex anglia venit, & salutandi regis & ei obsequēdi causa. Quē perbenigne carolus ha buit, eūq; conestabilatus dignitate affecit mortuo in ver noliana pugna boucano qui eundē magistratū gesserat. Paucis post diebus exactis anglicū sanctā iamā dirutum olim oppidū & critonibus finitimū instaurassent/posito illic robustissimo ex suis præsidio, artur⁹ conestabilis col lectis viginti hominū milibus, sanctam iamā circūsidere pergit. Dum aūt quattuor totas horas in oppugnatione consumit, Angli p̱ posticum quod ad lacū oppido ꝓxi mum est eruptione facta ei⁹ partis insultores partim pel lunt partim interrimūt, alios, in ipso lacu mersos extin guunt. Igit̄ omissa oppugnatione cū in castra frāci reuer tissent, exorto media nocte tumultu, omnes desertis ca stris tormentisq; reclamāte arturo in sua quisq; remeant: In andegauiā tm̄ nō multo post ducēs guellerandū cepit Cōtra vero angli remefortum arcē cœnomanēsibus ab stulerūt. Quam paucis post diebus sableyus præfect⁹ & belmanorius adiutore ambrosio deloro vi receperūt & deinde malicornum. Hos inter euētus guyon⁹ cū cētum equitibus francis ex sableyo ꝓfectus via militari q̄ a cœ nomānia alēconiū ducit guillermū hodebalū viginti eq tibus anglis stipatū obuiū forte habet, in quos dū ꝓten⁹ irruere guyonus festinat angli ex æquis desilientes ad

Artur⁹ ri chemont⁹ ex anglia liberat⁹ co nestaqi lis acaro lo consti tuitur.

uersus hostē virili se audacia instruūt. atq; ita tuent, vt ser uato ordine & loco p̄liantes, cōplures ex frācis confode rint/& aliquot captiuos/recipiētib⁹ se cœnomanis fran- cis abduxerit. Ad hūc modū cōposita & sibi cōstās virt⁹ gloriabūdā stultāq; interdū temeritatē exuperat. ¶ Quo tpe gyac⁹ inter regis cōciliarios primari⁹ delat⁹ q̄ regis fiscū thesaurosq; ad suos vsus magis q̄ reipublicę vtilita tem dispēsaret, arturi iussu capit & in ꝓfluēto demergit. ¶ Obsidētibus p eos dies mōtisargū anglis, oppidūq; p- seuerāti oppugnatione p̄mētib⁹, mittit artur⁹ ad obsidio nem soluēdā equites armatos grauillā & gaucurtum ste- phanūq; vignolū hyrū. Hi accepta forti militū manu, dū ad mōtisargū ꝑuenere, effractis mūitionib⁹ quibus se ho stis circūsepserat plurimis occisis Anglos fugāt. Nō dissi mili fortuna apud ambrietas pugna vir ambrosius delo rus aduersus hēricū blancū anglū. ducētis supra mille ar- matis stipatū cū ipse delor⁹ cētū tm̄ & sexaginta equites haberet. ¶ Eadē tēpestate alēconij dux qui apud Verno- lium capt⁹ fuerat ex anglia liberat⁹ est solutis ob redem- ptionē ei⁹ ducētis aureorū milib⁹ q̄ partim p̄sto impēdit, datis ꝓ his q̄ dissoluēda restarēt obsidib⁹. Inter hæc cœno manēses anglorū principatū perosi, aliquot p̄fectis frācis accitis eos in ciuitatē clam admittūt comite dorualłlo atq; albreto negociū gerētibus. Hostes cognito francorū in- gressu in turrē (cui orbē dellæ nomē est) iuxta sancti vin- cētij portā ꝓpere se recipiūt, mittētes festinanter ad Ta- bellotū qui Alēconiū tenebat, vt suppetias illis ferebat: dum spes extabat recuperandę ciuitatis. Tallebot⁹ cui pa ratæ in armis copiæ erāt audito suorū periculo magnis itineribus cœnomānos petit. At franci quasi securi rerū suarum, in diuersorijs delicatę se curātes quid hostis moli retur parū aduertebāt. Itaq; veniens tallebot⁹ & a suis re- ceptus p eam quā ipsi occupabāt portā ciuitatē inuadit recepitq;, exturbatis francis & ijs qui deditionis causa fue rant ciuibus supplicio affectis. Nec diu moratus Tallebo

Gyacus thesaura- ri⁹ demer gitur.

Alēconij dux de ca ptiuitate redit.

Frāci ne- gligentes

tus põtorsonẽ a Richemõto instauratã & valido presidio munitã obsidet atq; expugnat. ¶ Aurelianũ quoq; salsebriensis comes & cũ eo Tallebotus & comes suffoc⁹ cõtracto ingẽti exercitu angustissime circũcingit, aedificatis p Gyrum quattuor firmissimis ꝓpugnaculis quibus importari quicq̃ in ciuitatẽ facile ꝓhibebãt. Nam quę ad ligerim amnẽ supra aurelianum infraq; oppida sunt anglo parebãt. Fuit tñ aurelianẽsibus animus semp erectus & anglicae dñationis impatiẽs. Quibus praeterea Carol⁹ rex q̃ poterat maxime erat sine intermissione subsidio. Et aureliani ducis nothus Ioannes homo apprime militaris egregiã nauabat operam tuẽde ciuitati. Boussacus quoq; franciae marescallus, cum stephano hyro ciuitatẽ cõtinenter tutabat. Erant ea parte qua in Belsiam via est grandia suburbia & cõplures aedes sacrae. Quae omnia frãci ne hosti cõmodũ afferrẽt diruerunt. Angli vero ad alteram ligeris ripã suburbiũ cum ꝓpugnaculo põtis occupabãt. Non tñ ita oĩa cõplectebant, quin inter ꝓpugnaculũ grãde cui Londoniae nomen hostis indiderat, & id quod ad sanctũ Lupum erat, multũ spacij intercederet qua ad obsessos via patebat. Igit vt laborãti ciuitati subueniretur, dux borboni⁹ & cum eo struatus conestabilis scot⁹. Dor uallus pterea & Stephanus hyrus collecto iusto exercitu, dum aurelianis suppetiari cõstituũt, nunciũ accipiũt Ioannẽ fastolũ anglum equitẽ cõmeatum ex parisij copiosum desumpsisse, & ad eos qui in obsidione agebãt deducere, adiutore Symone morhiero parisiorũ praetore. Spe aũt intercipiẽdi cõmeatus adducti frãci in ioannẽ fastolũ iter cõuertũt. Ea re cognita fastolus ex tpe cõsiliũ sumẽs, curribus atq; vehiculis se suosq; nõ ꝓcul ab leuilla belsiae oppidulo circũsepit, & relictis ęquis pedes pugnat. Idem struatus & doruallus cũ bona francorũ parte faciũt. Cessit fastolo victoria struato doruallo q; cum ducẽtis suorũ occisis. Borbonius vero aurelianũ cõtẽdit. Per eum obsidionẽ Salsebriẽsis comes (ex ꝓpugnaculi fenestra quod

Aurelianũ ab anglis obsessum.

Mors salseberiẽsis comitis.

ad extremū pontē est)ciuitatis sitū cōtemplat⁹, agitabat aīo quonā pacto vrbē expugnaret. Cui vn⁹ ex copiarū pręfectis ei assentās cū dixisset(Tuā here ciuitatē nūc libe re cōspicere potes)lapis ex tormēto a ciuitate incerto au ctore emissus labrum fenestrae cōcutit. Cui⁹ fragmēta in salsberiēsis faciē dissipata mortē homini post insequens biduū intulere Haud tn̄ segni⁹ angli in obsidione perste terūt, curāte oīa diligēter guillermo glassida genere quidē nō sublimi sed prudētia & rerū gerendarū peritia inter suos illustri. Lōga obsidione vexati aurelianēses cōcilium capiūt, qua se via ab hoste liberarēt, suadētibus quibusdā nulla deditione facta, pecuniā anglis dare. Alijs vero deditionē vtilē fore, si burgūdo duci ciuitas permitteretur, qui franco genere ortus sperarēt ab anglis aliquando discessurus. Potior haec snīa visa est ad burgundū potonus santraliensis cū certis cōditionibus. Legatione accepta burgūdus quidē(si bethfortus nō cōtraueniat) ciuitatem aequis se legibus recepturū rn̄dit. Mittitq; ad bethfortiū de re ipsa nūcios. Audita legatione bethfortus nō ego inquit dumos sentesq; discussi, vt alter auibus potiatur. Aurelianēses ꝑ mea voluntate subiugatos recipiam & quas ꝑ totā obsidionē impēsas feci eas cōpensabūt. Id vbi ad burgūdū perlatū est potonus re infecta aurelianū reuertit. Et ab hinc cepit Burgūdus aīm ab anglis aliquādo discedēdi, quia eos videret gloriae ei⁹ inuidere. ¶ Erat illis diebus apud vallicorem annos viginti nata ioanna quae patre Iacobo darco, matre ysabella in vico dampremo genita ob corporis perpetuam integritatem puellae appellationem obtinuit Ea rerum praesentium aduersitatibus deo autore compatiens robertum baudricurtum oppidi praefectum, aliosq; cōplures praesidij equites duce auunculo suo crebro adibat, eos admonens vt ad carolum eam deducerent allaturam rebus desperatis non minimā opē. Mulierē baudricurtus parui a se aestimatā iterū atq; iterū aspernatus/perseuerātē demum exaudiuit, da-

Ioannae puellae ad carolū aduentus.

tisq; puellæ corpis custodibus eã ad regẽ duci debet. Ad carolũ veniẽs puella tã & si nullo illũ tpe vidisset, ipseq; cęteris aulicis veste min⁹ ornat⁹ data opera esset, reueren ter tñ atq; vrbane regẽ intuita, salue inquit generosissime rex/detq; vitã tibi ꝓsperã deus. Cui cũ se regẽ esse carolus pnegasset, ah inquit puella, tuipse rex es frãcorũ nobilissimus. Ad hæc verba spẽ cœpit rex cuiuspiã fortũe melioris. Itaq; se lectis prudentibus aliquot viris qui eã diligẽtius ꝓbarent illa se ideo venisse constanter affirmat vt carolum in regnũ restituat, deum ita decreuisse, vt se duce Aurelianẽses obsidiõe liberẽtur, & angli francia tandẽ extrudãtur, pducturã se carolũ ad remos, vbi more maiorũ sacra vnctione liniat. de quib⁹ oĩbus oracula diuinitus accepisset. Tm̃ copijs op⁹ esse quas illi ducẽdas carol⁹ cõmittat. Et dũ de alijs arduis & ad religionẽ christianam pertinẽtib⁹ multa accurate rogaret, supra fœminæ sensũ respõdebat, siue em̃ de diuinitate siue de bello q̃reret, nõ muliebriter sed scite & quasi pita loq̃bat, ita vt mulier ad mirationi esset multis. Perpẽso igitur cõsilio visũ est optimum factu esse, si auspicio eius carolus ad bellũ vteretur. De importãdo aureliã cõmeatu primũ mãdatũ puella ac cepit quã Rayus & Delorus aureę militię equites valida armatorum manu stipati comitabãtur. Profectis blesam obuij aduenuint Reginaldus chartus remorum pontifex franciæ cancellarius, Aurelianensis nothus, Stephanus hyrus/alijsq; non pauci electi milites. Commeatu curribus imposito & milite instructo, ex Blesis per solonam Ioanna mouet, atq; postridie aurelianũ versus ꝓgredit. Vtebat puella in expeditionibus gladio quẽ hoc modo nacta erat. Est tẽplũ in agro turonẽsi diuę Katherinę dicatũ gẽti regionis illius plurimũ venerabile, vbi donaria pluria atq; vetustissima visunt. In eo tẽplo antiquũ ensẽ inter sacras oblatiões vtraq; pte lilijs insculptũ extare carolo Ioanna patefacit, petens vt misso ad tẽplum armoꝝ fabro gladiũ illi dono perferat. Admirat⁹ carolus si tẽplũ illud

Ioannę gladius.

aliquãdo Ioãna inuisisset, percũctatur mulierẽ qualiter id norit. Neq; inquit puella locũ noui neq; humano ad hoc auctore vsa sum. Deus est qui reuelauit. Mittit rex opificẽ qui inuẽtũ ad se gladiũ ferat. Profectus ad tẽplũ faber ensem inter squalentia alia arma rubiginosum ad Carolum perfert. Quo mox Ioannem rex donauit. Sed de anglis orationẽ persequamur. Angli qui ad ꝓpugnaculũ sancti Ioãnis blanci erãt francos venire audiẽtes loco deserto ad fratrũ augustinensium ędes quę ad extremũ põtem diui laurẽtij suburbio spectãt se receperũt. Puella vero per medios hostes flumine traiecto quem vehebat cõmeatũ in vrbẽ importauit. At quãdoquidẽ victualia tenuia erãt rayus & delor⁹ cũ suis blesã remeantes ciuitatis ꝑiculũ cãcellario narrãt, cui nisi succurrat vẽturã esse ĩ hostiũ potestatẽ. Et Ioãnes aureliañ. nothus magnopẽ orabat laborãtibus ciuibus suppetiatũ iri. Stetit oĩm sentẽtia copiosissimũ cõmeatũ ad obsessos ferre & iter facere per belsiã qua ꝑte obsidio ciuitatẽ magis vrgebat. Copijs igitur vecturisq; rite ad iter ordinatis frãci (dimidia q̃ est inter Blesam, aurelianũq; via cõsecta) castra ponẽtes restiterũt, se suaq; corpora curãtes, Crastino diluculo insequentis diei cum ad duo passuũ milia ciuitati successissent, Ioanna assũptis aliquot cũ valida manu ꝑfectis vrbe egressa veniẽtibus obuiã pergit, atq; ita exercitib⁹ cõiũctis cũ frãci inferiores hoste nõ essent, ĩ cõspectu anglorũ ꝑtereũtes in ciuitatẽ recepti sunt. Victualibus ciuitate cõfortata Ioãna armis egregiæ instructa ad ꝓpugnaculũ quod sancti lupi appellabatur mouẽs anglos qui in eo erãt potenter oppugnat atq; vincit, nemine superstite qui vel occisus vel captus nõ fuerit. Hæc cũ in cõspectu maioris propugnaculi gererẽtur tẽtauere hostes eruptionẽ facere & suis auxiliari, sed mox in ꝓpugnaculũ se receperũt. Frãci minore ꝓpugnaculo dissoluto, postq̃ in vrbẽ rediere multis coitiõib⁹ clã habitis an lõdõias ꝓpugnaculũ oppugnatũ irẽt, cõicato tãdẽ cũ Ioanna cõsilio illa succẽsens nihil

Aurelianensis obsidio.

me inquit ꝓceres celaueritis, potis sum hęc & maiora aīo condita meo silere. Tacuerant siquidē ꝓceres ne muliebri leuitate res in vulgū ꝓdiret, q̄ ꝓpugnaculū oppugnandum simularent, vt anglos qui salonā versus in obsidione erant in alterā ligeris ripam allicerent dum suis auxilio venire festinarēt, quibus a sua sessione mouētibꝰ frāci eorū stationes occuparēt. Nec iram ioanna posuit, donec Ioannes aurelianus nothus id qdꝰ cōsilio definitū esset ille enarrauit. Cognito decreto sentētiā īquit puella laudo si opus reuera assit. Nā cū cordata esset & cōfidens deo mulier, multa q̄ a p̄fectis de bello cōsulebātur īprobabat, nihil obsidiōis tpe sinistræ aut īfœliciter gerēs. Aderat eī̄ pręliātibus suis armis īstructa, ęquo vsa potēti & aīoso, in quē expedite instar expediti militis conscendebat. igitur multa aīo cogitās, operepreciū cēset si hostē inuadat qui ad extremū pontē ad sancti laurentij suburbana sedebat. Erant in flumine naues non pauce muris ciuitatis deligate, in eis multo milite īposito ligerim trāsmittit. Copiasq̄ incōtinētē exponit insultū factura in hostē pugnatū illic est donec occumbēte fere sole receptui signum puella dat. Regredientes in naues francos anglus adoritur. Eam obrē puella suos cohortata hosti restitit, propulsatq̄ persequēs eū vsq̄ ad augustinensium ędes, quas licet anglus munitissimas fecisset, captas tn̄ fugato hoste frāci occupauerūt. Erat ad eū quē dixi pontē proxime augustinenses turris ex quadrato lapide cū ꝓpugnaculo & fossa, ī eo loco fugiens anglus se recepit. Vbi excubias cōtinua nocte habēs Ioanna cum illuxisset ꝓpugnaculum oppugnare iubet, asserēs tēpus ꝓxime adesse cū anglus vincēdꝰ atq̄ regno expellēdus erat. Dum hinc francus instat, illinc hostis acriter se tuetur. Ioāna in humero scorpiōe ex ꝓpugnaculo misso vulneratur, quo vulneratur neq̄ tristior/ neq̄ negligentior fuit, stans continenter ad fossę labrum & militem fortiter agere admonens. Cōtinuata obsidione cū ad vesperasceret, francus in fossā oībus partibus di-

lapsus in ꝓpugnaculū scandēs vi expugnat quadringen tis anglis interēptis cū ꝑfectis tribus mollino Ioanne pō maro, & guillermo glassida. Cæteri oēs capti in potesta tē venere frācorū. hęc a Ioāna gesta hostis qui belsiā ver sus grāde ꝓpugnaculū habebat ꝓspicere facile poterat. Casu igit̄ suorū pterriti hostes postq̄ ab vrbe cāpanas to to classico velut in cōi lęticia pulsari exaudiunt, mane fa cto magdunū (& deserta obsidione) cōfugiunt. Ad hunc modū dissoluta obsidio est, & ciuitas ab hostis ptāte erepta. Quod maximū momētū ad Caroli fortunā fuit. Tallebotus autē ęgre ferēs se aurelianēsi circūuallatione frustratū dānū cōpēsaturus laualliū aggreditur arcē oppi dū q̄ nocturno furto īuadēs. Cępit ibidē laualliū comitē quē donec quinq̧ & viginti scutorū milia illi exsoluisset ī vin culis habuit. Interī ioanna Carolū regē sollicitat maiores copias cogere, & sibi recupare q̄ ī agro aurelianēsi ab hoste occupabātur. Vocato ꝓpterea ad se alēconiꝫ duce Carolus gergeū petere imperat. Affuerūt mox Ioānes aurelianēsis nothus boussacus marescallus / grauilla / culauus admiraldus / ambrosi⁹ delorus / vignolus hyr⁹, & guillermus brussacus, qui tametsi stipēdio regio nō iuuarent̄, vi sendæ tn̄ Ioannę causa quā diuinit⁹ missam arbitrabātur, militare nō recusabant. Itaq̧ gergeū ꝓfecti oppidū post octauum obsidionis diem expugnant. Nec multis interpositis post diebus magdunū auctis copiis Carolo iubente mouentes pontē cum turri capiunt, positoq̧ præsidio bogentiū ꝓtenus contendere. Audito francorū aduentu angli relicto oppido in arcē quę est ad pōtē supra ligerim amnē confugiunt, quā (dimissis libere abire anglis) franci receperūt. Recepta arce rumor p francorū castra īcrebuit Tallebotū & ioannem fastolū cū quinq̧ angloꝝ milibus apud Iēuillā in belsia visos esse, qui magdunū proficiscerētur. Missis exploratorib⁹ postq̄ id verū esse frāci cognouerunt, cōposito agmine in hostē mouēt, & apud patayū ꝓpter qđ tēplū illic munitissimū erat castrametātur. Sta

bāt in excubijs belmanor⁹, Ambrosus delorus, Hyr⁹, po tonusq; hostis aduentū explorantes. Quos non longe cū iusto exercitu seq̄bātur alēconius dux / richemōtus conestabilis, vindocinēsis comes / Ioannes aurelianēsis, nothus & Ioanna puella. Angli vero dū viā pergūt, cōspectis frācis ad proximū nemus iter cōuertunt pugnandi locū sibi ydoneū captātes. At qui in excubijs erāt nullo se colligēdi spacio hosti dato prælīū cōmisere, ita vt equitatū omnē anglorū in fugā coegerint, pedites quidā visa equitū fuga in nemus & viculū qui iuxta erat dilapsi, nemoris bñficio vt quisq; poterat se tuebātur. Interim alenconij dux aciē instructa aduenit. Tria circiter milia hostiū in ea pugna cecidere, captis ex anglorū nobilitate cū tabelloto q̄plurimis. Tūc in Caroli potestatē venit iēuilla & alia q̄dā per belsiā loca. ¶ Mēse iunio insequētis anni qui fuit xpianæ grāæ quadringētesim⁹ vigesim⁹ nonus supra mille, ioāna puella Carolū cōueniēs, iā inquit serenissime rex hoste superior esse incipis. Multas vrbes atq; arces ex āglis ereptas tibi audiētes videmus nūc tuæ cōsecratiōis tēpus aduenit. Diuinæ dignatiōi placet ad remos pficiscaris, vbi more maiorū sacra vnctione delibutus dyadema suscipias. Qua re vna venerabili⁹ frāco populo tuū nomē erit, & hosti formidabile. Nihil te pterreat q campania & reliq̄ fere belgę oēs ab hoste tenētur, viā tibi propiciatore deo pabim⁹. Tm̄ copias cōtrahe & dei decretū exeq̄mur. Hęc Ioannę verba spē oībus magnā faciebāt, ppterea q vitę puritatę puella p̄ se ferebat sanctitatē & nihil muliebriter agebat aut loq̄bat. Enīuero sacerdotali cōfessione quaq; fere hebdomada cōsciētiā purgabat, & diuinā eucharistiā desumebat. Igitur collecto apud Gyē non mediocri exercitu Carolus remos per cāpaniā petere constituit, p̄missa cū aliquot pręfectis ioanna puella, qui obstātē forte hostē īpedirēt. Proxime antissiodorū Carolus cū venisset, pdiere illi obuiā aliquot ciues, sed in ciuitatē non admiserunt. Erat illis dieb⁹ trimol⁹ q multa apd̄ regē auctoritate ha-

Anglorū cędes.

Tabellot⁹ capitur.

Initiū cōsecratiōis Caroli septimi.

Antissiodorus.

bebatur. Hunc ab antissiodorensibus pecuniam accepisse cōstans fama fuit, vt illis liceret induciarū beneficio frui. Itaq; ciuitati nihil incōmodatū est, cibos exercitui ministrātibus incolis, dū preciū solueretur. Praeterita antissiodoro, Carolus sanctum florentinum recepit, oppidanis se libere dedentibus. Trecas inde profectus post sextū diē qua illic desperata deditione sedisset. Laboratū est in exercitu fame, ita vt plęriq; fabis & triticeis spicis tm̄ milites vescerentur. Rerum poenuria cognita Carolus primores exercitus ad contionem vocans petit quid ipsi faciendū esse censerent. Nemo omnium fuit qui reducendū exercitum esse non diceret, cū neq; cōmeatus neq; stipendiū militi sufficeret. Vnus tamen Robertus massonus q̄q̄ ab hac sententia non abhorreret, vellent inquit Ioannam de hac re audire, quae enim praesentis expeditionis auctor fuit, ipsa suis consilijs paratū forte auxilium feret. Igitur vocata Ioanna rogata sentētiā ad Carolū cōuersa. Si ego inquit quod verū teneo eloquar, an mihi rex credideris. Id cū secūda q̄reret. Tibi inquit rex, si quod ꝓfuturū sit dicas credā. Trecēses inquit puella tui sunt & intra ꝓximū biduū se ciuitatēq; tibi dedēt. Credulus foeminę rex stare loco copias iubet. At Ioāna cōfestim ęquū inscendēs quē q; militē cogit, ea quae ad oppugnationē necessaria erant ad muros importare. Qđ aīaduertētes trecēses loci antistitē cū ciuibus aliquot & militū quibusdam̄ pręfectis ad carolū legant, ciuitatē dedituros similes anglus īde abire cū ijs quos captiuos habebat libere ꝑmittatur Cōditione accepta rex postridie trecas ingreditur. Egredrētes vrbe hostes ioanna captiuos abducere vetat. Quoꝝ redēptionis preciū, ne fidei & posite cū hoste legi detraheret rex exsoluit. ¶ Ordiātis apud trecas magistratibꝰ/cathalaunos petit, q eū cōi oīm lętcia excipiētes mīstros reipublicę quos carolꝰ instituit admiserūt. Inde remos qui anglo parebāt adoritꝗs nulla vi recepit, lętis ꝓculdubio citibꝰ suū regē excipere. Eo venere dux barrēsis & lotharingiae

Sāctus florentinus.

Trecēses.

Nota ī rege fidem.

Cathalaunum.

Remi.

Cõmersiensis quoq; dñs:nõ pacuas copias ducentes, vt regi ĩseruient. Itaq; Carol⁹ & vnct⁹ & coronat⁹ est a Reginaldo chartrensi remorũ antistite assistẽte puella quæ militare vexillũ manu gerebat,nimiũ exultãs q̃ se vna hortãte Carol⁹ regni dyadema & sacrã vnctionẽ loco celebri atq; hmõi sacris multos per ãnos ad id mumeris designato recepisset. Sacratione absoluta,relictis remis vellium iter agens oppido libere potit⁹ est. ¶ Nec suessiones signum vllum rebellionis ostenderũt. Sil'ri quoq; modo p̃ briã nonnulla fortia loca facere deditionẽ. ¶ Priuino oppido cũ Carol⁹ ageret, bethfort⁹ cũ duodeci armatorũ milib⁹ ex parisiis ducens corboliũ accessit animo (vt ipse iactabat) pugnam cũ Carolo conserendi id vbi regi cognitũ est: priuino discedẽs an castellũ cui mota nomen est exercitũ duxit non ob aliam cãm q̃ vt anglo pugnãdi faceret potestatẽ. At bethforto mens fuit parisios repetendi. ¶ Cõstituerat Carol⁹ sequana amne traiecto brayũ proficisci promittentibus oppidanis transitum se concessuros Sed frãcis anglisq; concurrentib⁹ eodẽ tp̃e ad ripã vt tra͞icerẽt, leui cõmisso p̃lio Carol⁹ suos transire p̃hibuit. Exactis post non multis dieb⁹ castrũ thiericũ p̃fect⁹ mox per vallesiũ crespeiũq; preteriens castra in cãpo iuxta Dãmartinũ ponit, spe animoq; erect⁹ Parisiũ recuperandi. Cognito q̃ ad se Carol⁹ aduentaret bethfort⁹ ad vicũ mitriacũ copias eduxit, sex a dãmarto milib⁹ passuum distãtem. Vbi loco natura munitissimo militẽ continet. Præmissis aliquot equitib⁹ duce stephano hyro qui anglos adequitarent: vbi resciuit hostem loci munitionibus considere, Carolus suos vltra progredi vetat. Bethfort⁹ autem Parisium citissime reuers⁹ est. Miserat per hos dies Carolus ad cõpẽdiũ beluacensesq; nonnullo ex suis fidissimos exploratũ quo in se animo incolæ essent. Cognoueratq; illos cupe maxime ab anglorũ seruitute liberati: eiq; optẽperare qui ver⁹ rex esset. Proinde barronẽ siluanecteñ. agri vicum vt compendium peteret p̃fect⁹

Vellium

Suessio.

Priuinũ.

Brayum.

Castrum thiericũ.

cognoscit bethfortũ maiorib⁹ copijs auctũ in se ducere:
¶ Patruelis si quidẽ henrici anglorũ regis per supiores dies romanus cardinalis a põtifice romano legationẽ ad anglos receperat pecuniã militẽq; cogẽdi aduersus bohemos qui de xp̃i doctrina & fide non recte rederent. Qui milibus quatuor armatorum in galliam traductis se cum bethforto coniunxerat ĩ francos arma cõuertẽs: q̃ ĩ xp̃ianę religionis hostes simularat accepisse. Igit̃ vt de bethforti accessu certior Carol⁹ redderet̃, Ambrosiũ delorũ cũ vigiti tm̃ equitib⁹ exploratũ quid apd̃ hostẽ geratur mittit. Qui iter igressus videt ꝓcul dẽsissimũ puluerẽ in aerẽ ferri nec dubi⁹ fuit id ꝓgredientis agmis idiciũ esse: moxq; paulo vltra ꝑgẽs ãglos manifeste cõspicat̃, idq; ꝑ caduceatorẽ Carolo festinãter renũciat, Ea re cognita Carol⁹ acie ordĩata siluanectũ iter facere cõstituẽs apud mõtẽpiliolũ qui mõs cõtẽplationis aliqñ dict⁹ est cũ venisset redeũte Ambrosio deloro, accepit anglos barronẽ ducere per riuũ qui ex siluanecto ꝑfluit, sed eos magnopere ĩpediri vadi augustia per quod vix bini euadere possent In ea trãsciendi difficultate: rat⁹ Carol⁹ hostẽ intercepi posse: primã aciẽ incedere iubet. Sed iam magnam sui exercit⁹ ꝑtem anglus transmiserat: quamobrem Carol⁹ suas acies ĩ conspectu hostis habuit: moxq; leuib⁹ cõmissis digladiationib⁹: cũ sol cõdere se ĩciperet: ãgli ad ripã fluẽti castra posuere, aggere vallo subdibusq; se se muniẽtes. Habẽtes praeterea a tergo lacũ. Rex aũt in montepiliolo suos cõtinuit. Postridie cũ illusisset: Carol⁹ quaterna acie instruct⁹ ĩ anglos ducit. Primã alẽconij dux & vindocinẽsis comes admĩstrabãt. Scd̃ę praeerat dux barri. Tertiam ducebat rayr⁹ & boussac⁹ franci/ marescalli. Quartã quę ad excursiones instituta erat & cui frequẽter locum mutare necesse esset moderabant̃ Albert⁹ Ioãnes aurelianẽsis not⁹ Ioãna puella & Hyr⁹. Sagittariorũ balistariorũq; curã gerebãt grauilla & Ioãnes foucaud⁹ lemouicẽsis. Regis custodiã borboniorũ dux trimolusq; receperãt Acie

Improb⁹ sacerdos & sacrilegus.

bus ad hunc modũ istructis decretũ erat anglos adoriri Sed cognito q̃tũ illis loc⁹ adiumẽto esset, leuibus aliquot prælijs ante castra vtrinq; cõmissis: cũ neq; cõuitijs neque ꝓuocationib⁹ e castris excitari hostis posset, francus tandẽ atq; hostiũ castra ꝓxime ꝓfect⁹: manu tandiu conseruit, donec aduespascẽte & multo puluere cęlo caligante fuerit ꝑlio desistere coact⁹. Mane facto rex crespeyũ: bethfort⁹ parisiũ perijt. Biduo post recepit Carol⁹ compẽdiũ, vbi pręfectũ posuit guillermũ flauuiũ loci indigenam.

¶ Eo quoq; beluacenses cõuenere regis ꝑtati se permittẽtes. Idẽ fecere siluanectẽses qui misso ad Carolũ suo cum aliquot ciuib⁹ ãtistite ciuitatẽ dedidere q̃ rex paulopost se ipse cõtulit. Bethfort⁹ ꝓuidẽs aio q̃ benignior fortuna Caroli reb⁹ arrideret: parisio abire cõstituẽs Ludouicum luxẽburgũ morinoꝝ epm quẽ francię cancellariũ ãgloꝝ factio appellabat: & Ioãnẽ racherũ eqtẽ ãglũ vna cum symone morhyero parisianũ ꝑtorẽ ciuitati admĩstratorẽ pręposuit cũ duobus armatoꝝ milibus ad ꝑsidiũ relictis. Reliquũ vero exercitũ ad normãnos ꝓfectus cõpluribus suę factiõis locis dispartiuit: Igit cognito bethforti discessu Carolus ad sctm̃ dionysiũ ex siluanecto mouens oppidũ (excipiẽtibus eum ciuibus) ingressus est. Tertio post die frãci Caroli iussu ad vicũ cui capellę appellatio est castris cõstitutis: cũ ibi ꝑnoctassent: eruptiõe i eos a Parisiacis facta crebris ꝑlijs consertarunt: nõ secus ac si prælud ia quędã armoꝝ agitarẽt. Repetẽtib⁹ tãdẽ ciuitatẽ parisianis: franci duce alenconio ad sancti honorati portã copias ꝓmouere, expugnãtes cõfesti ꝓpugnaculũ qd⁹ ꝓ porta extructũ erat, q̃ spe adducta Ioãna: ciuitatẽ quoq; oppugnar̃ ꝑter oĩm opinionẽ cõstituit. Est ab ea ꝑte duplex fossa & iter vtrũq; ager: i priorẽ neq; aq̃ neq; luto impeditam cũ facile frãci descẽdissent Alterã fossã supare labor fuit ꝓpterea q꜄ latior & aq̃ affatĩ plena essent. Importatã vndiq; materiã cũ Ioãna i fossam opplẽdã iacit, e muro sagitta in cruce ꝑcutitur: nec eo tardius in ope perseuerat

Sanctus dionysius

pugna ad sancti honorati parisieñ. portam.

cōmilitones ꝑseuerare cohortās. Nec potuit ide reuocari donec alenconi⁹ negociosam mulierē ꝑ se reduxit. Signo receptui dato franci ad sanctū dionysiū iter conuerterūt. Quo tpe ex latiniaco ad Carolū nuncij conuenere qui oppidū tradere pollicent. Quare missus latiniacū ambrosi⁹ delor⁹ oppidū recepit. ¶ Carol⁹ aūt e scto dionysio digredi volēs: ducē borboniū admistratorē istituit earū ciuitatū quas a tempore suæ vnctionis i belgis receperat: relicto cū firmis copijs apud sctm dionysiū vidocinēsi comite & cullanto. Atq; inde latiniacū profectus: mox montemargi pteriēs: ligerī traiecit. ¶ Abeunte Carolo angli burgundiq; sanctum dionysium recuperāt: siluanectū petentib⁹ ijs qui ex Caroli instituto ad psidiū relicti erant. Mouit præterea hostis ad latiacū copias. Sed egressi⁹ oppido delorus cum Ioanne faucaudo: ita hostem distinuit: vt nulla illi fuerit potestas proxime oppidum castra admouendi. Quare admirati resistentiam hostes parisium remearūt. ¶ Cepere per id tps Laualliū tres normani equites homer⁹ bochet⁹ & ferreri⁹ adiutore multore quodam qui molendino præerat in amne marona qui ꝓxime oppidū pfluit. ¶ Et ambrosi⁹ delor⁹ foucaudusq; de capienda rothomago clam consultantes freti ope magni petri qui rothomagensis erat magna spe ducebant intercipiēdę ciuitatis. Sed definita die cū it noctu copię faciunt, tenebris falsi, alij rothomagū: alij alio errātes diuerterūt Fuitq; eorū iceptatio ad hūc modū irrita. Per eos dies miles franc⁹ qui in vrbib⁹ recēter i fide Caroli receptus erat mirū i modum vexare icolas & ciues cepit nemini parcens & i omnē rapinā dissolut⁹. Qua iniquitate factū est, vt diffugientib⁹ colonis agri cōplurib⁹ locis inculti remanerēt, & quę terræ frugū feracissimæ erāt sentibus ruscisq; squalerēt, i salt⁹ & siluas conuersę, igētes vici & ijdē populosissimi sine icolis dilabētibus structuris deserti vacuiq; mox ferarū lustra fuere, quæ aiaduertēs borboniorū dux domū se contulit relicto siluanecti vindocinensi

Margin notes: Latiniacū. — Lauallū. — Error militum. — Solitudo ꝑ agros & vicos.

comite Cui paulopost Carolus boussacum cui octingentis armatis misit pficiens illũ regioni quã borboni⁹ reliqrat. ¶Ioãna vero puella sub eisdẽ diebus sanctum Petrũ monesteriensem cepit, inde cum ad charitatem copias pmouisset, irritã obsidionem habuit amissis plerisq; tormẽtis machinisq; bellicis. Erat castellũ scti selerini ĩ principatu alenconij ducis ver⁹ & lõge desolatũ quod instaurare dux cum cœpisset, aduocato ad se ex latiniaco ambrosio delaro castellum illi cũ valido praesidio cõmendat. Recepto castello ambrosi⁹ mira admodũ diligẽtia locum munit: nihil omittens quod ad arcis custodiã ptinere arbitraretur. Verũ enimuero angli priusq̃ munitiones absoluerentur, castellũ circũsidẽt. Pressis obsidiõe francis delor⁹ pcibus suorũ vict⁹, simulata eruptiõe noctu cũ quinq; armatis chinonẽ pfect⁹ est, nũcians regi quae ad scti selerini arcẽ gerebãtur. Quibus cognitis, Carol⁹ copias per cœnomãniã aduers⁹ anglos ire iubet. Id vbi anglus accepit omnia ĩ celeritate ponens, arcẽ confestĩ acerrime oppugnat. Quod haud satis pcederet, altera die obsidionem soluit. Idẽ quod apud latiniacũ facere aggredit̃ ĩtentiõe sua frustrat⁹ est: oppidum egregie tuentib⁹ foucaudo marescallo & quẽnodo scoto equite. ¶His dieb⁹ puella cum latiniacũ accessisset, cognito q̃ quadringenti ex anglorum copijs non procul a latiniaco ĩ franciã contenderẽt: assumpto foucaudo & Ioãne de sancto albino & alijs ex latiniaci praesidio hostẽ adorit̃: oẽs ad vnum necãs. ¶Sed non multis post dieb⁹ dissimilis apud cõpendiũ fortũa illi fuit Nã anglis burgundionibusq; ĩ cõpẽdij obsidione sedentib⁹, Ioanna subsidiũ obsessis ferens, cũ oppidũ ingressa esset: & paulopost eruptione ĩ hostẽ facta res non prospere sibi succederet: dũ oppidũ repetit & militum pressura aditum praecluderet capitur a Ioanne luxẽburgo qui eã anglis venũdedit. A quibus hostiliter habita rothomagi cremata est odio videlicet nominis franci & q̃ virili veste fœmina vsa esset. Prius tñ q̃ sñiam diceret hostis fre-

Castellũ scti selerini.

Puelle Ioannę fortũa mala apd⁹ cõpẽdium.

quẽti foro & crebris cõsultationib⁹ puellã tẽtat:de fide at
q; religione xpi multa scrutatus. Arbitrabatur eñ mulie
rem magia aliqua edoctã a Carolo rege assumptam esse:
& ꝓpterea a catholica veritate Carolũ aberrasse:idignũ
q; esse cui regnũ deberet. Sed supra fœminę vires fuit:plu
ribus cum hoste(vt est nõnulloꝝ mos) ꝑ assentationem
sentientib⁹ præuallere, q̃q̃ se & quecũq; gessisset apostoli
ce sedis examini ꝑmitteret. Apud tyrãnos semꝑ fuere in
iqui consultores qui effectione mala vel assentatiõe ceci i
sontes ꝓ nocẽtib⁹ vt pricipib⁹ gratiã inirent dãnare ma
gis quã absoluere curarẽt. In eã eñ ptẽ ꝓpẽsiores sunt q̃
principis animum ꝓcliuẽ videt. Obijt puella dominice
pietatis anno.M.ccc.xxx.mense mayo. ¶Sexto ab obsi-
dione mense: laborantibus compendianis victualium
pænuaria iamet⁹ tyllay⁹ cum cẽtũ equitib⁹ oppidũ latur⁹
suppetias ingredit. Ei⁹ locti guillerm⁹ flauius custodiam
gerebat:& ei assistebat philipp⁹ gemache⁹sancti pharonis
meldensis abbas:homo genere illustri:qui obsessis & ani
mos faciebat & spem adijciebat victorię. ¶Interim vin-
docinensis comes & boussacus quingentis supra mille ar
matis contractis mouentes:turrem ligneã grandem i q̃
se angli obsidionis tempore recipiebant expugnant.

Q pẽdiũ recuperat

Dumq; eam angli oppugnant: iametus eruptione facta
alterã turrẽ quæ siluã versus extructa erat & burgundio
nũ præsidio tenebat:inuadit:qui cũ quadrigẽti essent vni
uersi interempti sunt. Hostis tanto danno affect⁹ :nocte i
sequenti desertis castris atq; obsidione dissoluta:alter nor
manniã,picardiã alter remigrauit. ¶Eodem ferme tem
pore meldunenses occasionẽ libertatis nacti:ab hoste di-
scessere. Qui eñ in præsidio apud illos erant angli atque
burgũdiones:oppido aduers⁹ francos cũ excessissent pau
cis i pręsidio relictis oppidani leuis cõtentionis causa ad
uers⁹ ꝓ̃sidiũ suscepta arma capiũt. Erat tũ melduni tubicẽ
quidã vetul⁹ qui Carolo aliquando seruierat. Hic rixę ca
sum intelligẽs ciuib⁹ signũ tuba dat rẽ gerẽdi. Itaq; fuga
tus oppido hostis in arcẽ se recepit. Meldunenses vero id

quod apud eos gereret festinãter renũciãt geresmo rhodij ordinis cõmẽdatario, & dionysio challio q eo tpe imbria erant cohortes aliquot militũ hñtes. Hi nihil morati meldunũ pficiscẽtes, arcẽ post duodecimũ circũseptionis diẽ recipiũt. Neq; pigritãtes priuignũ cũ arce p diẽ tẽpus vi ab anglis extorquẽt. Recuperãt p̃terea p briã regionẽ oppida atq; arces cum corbolio & vicẽnis. ¶ Et apud cathalaunẽses ingẽs de hoste cædis facta est. Itaq; ducẽtibus anglis burgũdionibusq; octo milia armatorũ vt p cãpaniam grassarent, & prædas agerẽt, Barbasanus cathalauni tũc agẽs cognito q hostis apud diuã mariam despina castra haberet, accersitis vicinarũ arciũ p̃fectis cũ se iustum exercitũ habere cõsideret, hostẽ adoriri festinat, misso ad burgũ vigniolũ hyri fratrẽ nũcio, q apud castellũ serreyũ erat, vt pugnæ adesset. Quo veniẽte acrior pugna cõmissa est, & hostis superatus. ¶ Nondũ sub illis dieb⁹ hẽricus angliæ rex, p̃re hẽrico defuncto in frãciã traiecerat. Anno aũt salutis millesimo quadringentesimo.xxxi. cũ annorũ esset duodecim multa nobiliũ caterua, copijsq; stipatus parisiũ aduenit, vbi magnis honorib⁹ exceptus in diuæ mariæ tẽplo regni dyadema cardinalis vicestrensis ministerio suscepit. Hic eñi cardinalis cum hẽrico ei⁹ grã aduenerat. ¶ Dum hæc parisijs agunt princeps auraycensis a gaucurto q dalphinatib⁹ p̃ẽerat fugat multis Burgũdionib⁹ occisis. ¶ At in bellouacis alia fortunæ conditio fuit. Darõdellus eñi comes angl⁹ cõstitutis nõ lõge a ciuitate duorũ miliũ armatorũ insidijs præmissisq; expeditis quibusdã militib⁹ qui beluacẽses ad eruptionẽ pruocarẽt Boussicaudũ & santrallũ vasconẽ qui in p̃sidio erãt ciuitate egressos adorit, multosq; occidit eorũ præsertim q pedites ex bellouacis cõcurrissent, quibus cũ ipse santrallus interijt. ¶ Fuit & iniqua renato barri duci fortuna barbasano quoq; q cũ eo militabat, nã apud barrũ in obsidione sedẽtib⁹ cũ accepissent valdemõtẽsiũ comitẽ & burgundionũ mareschallũ cum valida anglorũ manu in eos ad

Cædes anglorum apud cathalaunũ.

Rex hẽricus hẽrici fili⁹ parisiũ ex anglia venit

Renati ducis barẽsis dira fortuna.

uentare relicta obsidione hostē vallo carrisq; circumuallārū impetūt. Capit eo praelio renat⁹, & barbasan⁹ cū alijs plurimis necat. Renat⁹ philippo burgūdo duci traditur a quo ꝓ ipsius renati liberatiōe casleti vallē imperpetuū ditionē dux accepit, & adhunc vsq; diem possidēt eius in flandria successores. ¶ Per eā tēpestatē vilbyus nothus salseberiēsis & matogot⁹ angli coacta suorū ingēti multitudine sancti selerini arcē appetētes, locū circūcludunt, vbi ambrosij delori vicarius erat ioānes armēgnus, qui obsidionē magno aīo tulit, arcē potēter tutat⁹. Cognito obsidionis ꝑiculo, delor⁹ qui illis diebus apud regē erat obsessis subsidiū mittit solicite ꝓcurabat. Igit Bueillus & ipse a Carolo praemittunt. qui belmōtē vicontū ꝓfecti illic tātisper morati sunt donec reliquę copię cōuenissent. Tertio die postq̄ in eo loco restitissent, venere interim alię frācorū cohortes q̄ in vico cui nomē est binaiugus trib⁹ passuum milibus a belmōte distanti cōsedere. Inter francorū cohortes quae ducētorū supra mille armatorū erant fluebat saterra amnis, q pōte vno nō ꝓcul a belmonte trāsiri poterat. Angli vero qui in obsidione sancti selerini agebāt, de frācorū cōuētu certiores facti pars intermissa obsidione ad frācos q castra habebāt noctu ducūt, nec morati praeliant. Excito mox ex re insperata clamore, buell⁹ & qui cū eo apud belmōtē armari excubabāt pōte transmisso laborātibus frācis dū opē ferre cōtēdit, iā angli victores militaria signa extra vicū emiserāt parsq; obligandis captiuis pars recipiēdis aequis & sarcinis cōuehēdis distinebat. Hostē sic impeditū frāci inuadūt. Fit atrox ꝓliū vt deiectis vtriq; militaribus signis, diu sit dubitatū quorū melior cōditio esset. Deniq; victor frācus extitit sexcētis anglis interfectis q̄plurimis insuꝑ, cū matagotho in captiuitatem abductis. Ex frācis triginta desiderati sunt, & paulominus capti. Inter quos fuit delorus diro vulnere perculsus, paulo post tn̄ instaurātibus bellū francis recuperatus est. Huius cladis nuncio accepto vilbius cum re-

Sc̄ti selerini castellū ab anglis obsessum

liquis sancti scelerini obsessorib⁹ alenconiũ fugiẽtes petiuerũt. ¶ Apud carnotũ res quoq; ꝓspe frãcis cessit. Nã positis trib⁹ locis insidijs, aurelianẽsis nothus florẽtinum dilleriũ iuxta sancti michaelis portã in primis insidijs locat, secũda paulo a porta lõgius cõstituit. Ipse & Hyr⁹ cũ quingẽtis equitib⁹. sexcẽtis fere passuũ milibus a ciuitate tertias insidias agit. Ordinatos aũt, & ad hoc a se edoctos aurigas cum curribus q pisces allosas vehebãt sub lucem ad vrbẽ mittit, quos nõ secus/ac victualiũ vectores in ciuitatẽ admittere ciues simile vero erat. Aurigæ vero cũ quibusdã sibi nothis ianitoribus pridie in colloquiũ venerant, & se illis allosas daturos ꝓmiserãt. Si diluculo venientibus patefacerent ingressum. Igitur ianitores vt appropinquãtes aurigas cõspexere, socios adhortati vt festinanter aperta porta piscib⁹ potirent̃ portam reserãt, quã ex ꝓximis insidijs dillerius ꝓdiẽs occupat subsequẽtibus ijs qui in secũdis insidijs erãt, atq; ita ante diue mariæ templũ ꝓgressi regiũ vexillũ statuũt. ioãnẽ nothum expectãtes. Cõcursantibus vero per vrbẽ armatis. loci antistes qui Burgũdus natione erat occidit̃ Laubespinus aũt ciuitatis p̃fectus muros vrbis transgressus aufugit. Ad hũc modũ carnotũ receptũ est. ¶ Obsessum est rursus a bethforto Latiniacũ, & magnis viribus frustra oppugnatũ/ Foucaudo/Quẽnedoq;/& tenaldo de sancto ioãne oppidum defendẽtibus. Extruxerat eñ bethfortus ad pontis initiũ ligneam turrim/ & ad alterã oppidi partem muniones latissimas ad statiõnẽ militum. Addiderat quoq; sublicium pontem qui a turre ad municiones paruius esset, atq; ita circũseptum exiguum oppidum paucis dieb⁹ expugnare sperabat. quatiens crebris tormentis muros. Sed franci ducibus Aurelianensi notho Ioanne rayo / Ioanne gaucurto/& Roderico vallendrano hyspano sequana transmisso/cum per matronam commeatum nauib⁹ important obsessis, eruptione facta oppidani anglos qui ad ligneam turrim in pontis capite stabant adoriuntur.

Carnotes

Latiniacũ

Pars vero frācorū q̄ in alterā matronę ripam nauigabat turrim oppugnare festinat. Expugnato ꝓpugnaculo hostis partim capit / partim trucidat. Et veniēs bethfortus suppetias latur⁹ suis haud ꝓfuit, sed repulsus in munitiones se recepit. Franci quidē cōmeatu in oppidū importato, Gaucurtū ad oppidi custodiā deputant. Reliqui ꝑ frāciam incedētes aliquot arces captas solotenus deijciunt. Francorū discessu cognito, bethfortus verit⁹ ne in parisios duceret dissoluta cōfestim obsidione castrisq; desertis, parisium ire accelerat. Fuit ꝑ hos dies apud argentorū agri sagiensis p̄liū pertinax atq; admirabile, frācis triginta aduersus totidē anglos pugnātibus. Nemo em̄ nō vulneratus p̄lio excessit, tādē nouē ex hostiū numero cū argentonij marescallo interēptis reliqui angli fugæ se commiserūt. Ex francis cecidere Ambrosius frolaus, Galter⁹ lapostus / & Dorus rossaus, reliquis omnib⁹ grauiter vulneratis. Fuere prȩterea diuersis per andegauiā locis singularia quædā certamina, de quib⁹ scribere supuacaneū iudicaui. ¶ Excursionē subijciā quā in normānia ambrosi⁹ delorus ꝓspere consinauit. Est apud cadomenses annuus mercat⁹ quo normāni & ex finitimis locis q̄plurimi vēdendi emendiq; cā in diui Michaelis festo in cāpo añ beati stephani cœnobiū cōueniūt. Id cū nō nesciret delor⁹, accersitis finitimis militū p̄fectis Petro ialleto / & ferrebonto / copias ex sancto selerino mouens orna anne superato copiarū partē ad diripiēdas nūdinas mittit, ipse cū equitibus quinquaginta & sagittarijs cētū in subsidijs stabat aduersus anglos qui Cadomum tenebant ne oppido erumpentes reliquos interciperent. Itaque direptis mercibus cum magno captiuorum numero se recipientes franci postq̄ fluentum ornā traiecere ad lapidem crucē stare copias delor⁹ iubet. Ibi recēsitis captiuis oēs sacerdotes senesq; cum mulieribus & pueris: & paupes insuꝑ agricolas domū dimittit: cȩteros q̄ alicui⁹ pēsi erāt octīgētos abduxit. ¶ Addā deinceps rem inter seria risu non indignā

Argentorū in diocesi sagiēsi

Prosꝑ incursus in normanniam a frācis.

Ridiculū.

Venerat ad feugerã cenomãniæ vicum Guillermus de sancto albino cũ octoginta equitibus frãcis, vbi dũ diuersatur/angli in eũ irruentes nõ modice francos terruerũt, ita vt nothus quidã bosapstus eques ꝑtern⁹ fugiẽs in rubo se occuluit. Fit nihilomin⁹ apud feugerã atrox pugna, & angli superãtur. Quorũ duo ꝓfugi ad rubũ quo bosapstus se abdiderat euadũt. Ratus bosapstus ꝑsecutores esse qui eũ peterẽt qui inquit estis. Respõdẽtib⁹ anglis q̃ nõ min⁹ primescerẽt se anglos esse eiusq; potestati sese ꝑmittere, itellexit rẽ ꝓspe a frãcis esse gestã. Vñ ab anglis fide accepta Bosapstus tãq̃ egregiã operã ꝑlio nauasset, eos ad guillermũ de sancto albino captiuos perduxit. At ille cu sus ignauia nota esset irrisus est & captiuis priuatus. Est apud francos peruetusta cõsuetudo, grandẽ aliquem ramũ vel procerũ arbusculũ frondosum ad mayas Kalendas ludi causa ꝓ portis amicorũ defigere. Id vt obseruarẽt angli qui frenũuicõtẽ occupabãt, assũptũ de more ramũ in cõspectu arcis sancti selerini vbi delorus in ꝑsidio erat ĩ terra defigũt ꝑtern⁹ abeũtes. Quot mox delor⁹ ĩsequẽs, euulso quẽ hostis detulerat ramo, eũdẽ ꝓxie ꝓpugnaculũ freniuicõtis ꝑ leuis armaturę milites plãtare iubet. Pręmisso Ioãne armegno cũ octoginta peditib⁹, qui singulos virẽtes ramos manibus gestarẽt ad fallẽdũ hostẽ. Delor⁹ vero in ĩsidijs nõ longe delituit. Postq̃ pedites nõ ꝓcul ab arce pone dẽsissimã sepẽ cũ ramis se collocassent, angli vbi frondosum stipitẽ pro portis arcis defixũ cõspiciunt, ꝑtenus arce egressi eos qui ramum humo defixerãt acriter persequũtur donec ad delori insidias puenere, ꝓdit confestim in hostem Delorus & prælio cũ hoste contendit. Qui vero pedites ad sepem stabãt se inter arcẽ anglosq; medios locãt, atq; hoc pacto interceptũ hostem fundunt, occiduntq; cõpluribus captis. ¶ Eadẽ fortunæ benignitate vsus est apud sillum Guillermi delorus Anglos enim ex arce sanctæ Susannæ in sillum Guillermi mouentes, cum prædas fecissent superueniens Delo-

Anglorũ cędes.

rus ducentos ex hostibus interemit / ablatis spolijs captiuisq; receptis. Neq; deteriorē fortunā expertus est aduersus comitē darōdellū in pratis annis satrēsibus secus vicū quem gratalū incolæ vocant. Nā cū sexaginta supra centū equitibus aduersus tria anglorū milia præliari audet, pdas ex hoste reportauit. Cōtra accidit apd' Louuerium Hyro. Qui ab anglis obsessus dū qrēdi subsidij causa loco egreditur, a Ioanne marsio dordani pfecto capt' est, & Louuerium ab anglis subiugatū. Sancti præterea scelerini castellum interemptis ioanne armēgno / & guillermo de sancto albino, Darōdellus post trimestrē obsidionem cœpit. Inde ad sillum guillermi ducēs obsides de oppido dedendo accepit, ea lege vt eos si intra quadragesimū diē francorum subsidio obsessi iuuarentur saluos dimitteret. Alioquin deditione facta oppido ipse potiret. Erāt ad id tēporis frācorū copię in armis paratę quas ambrosi' delorus ad sāctū scelerinū ducere spauerat, qbus pērāt alenconius & andegau' duces, & cū illis richemōt' conestabilis. Hi cū suis ad lomellū (sicut inter silenses anglosq; conuenerat) pficiscūtur. Stabat vterq; exercitus in alterutrius cōspectu. Vnde & cōgressus & pręlia cōmissa sunt nō quidē integra acie / sed cohortibus hinc atq; hinc in se cōcursantibus & interdū occidētibus. Nā qnquidē angli loco se munitissimo cōtinebāt, visū nō fuit frācis eos totis copijs impetere. Sed misso ad illos caduceatore petūt aut pugnādi potestatē faciāt, aut obsides reddāt silēsibus. Obsides anglus restituit, & franci domū rediere, rati hostem idē facturū. Sed vix obliuiscit perfidiæ qui fraudulēt' est Itaq; abeūtibus francis, hostis ad sillū se contulit arcē summis viribus oppugnās, nec multū affuit quin expugnaret, discedens inde darōdellus p cœnomāniā andegauiāq; excursiones faciēs arces duas cœpit, mellayū & sanctū Laurentiū de mortarijs. Vbi præsidijs ipositis in normāniā reuertitur paucis post dieb' moriturus. ¶ Est in bellouacis octauo ab vrbe miliario distans gerberoyum in col

Hyrus capitur.

Perfidus Anglus.

Gerberoyum.

le mediocriter edito. Ea arx supra multos annos diruta desertaq; cum fuisset Hyrus Potonusq; mille circiter assumptis militibus, ex beluacensibus profectus arcē instaurare constituunt. In quo opere nihil pigre agētes, muros munitionesq; diligentissime extruebant. Qua re cognita darondellus festinanter cū copijs ex normannia adueniens locū circūcingere ꝓperat. id postq̄ Hyrus conspexit/ suos in cōtionē vocās, vos inquit cōmilitones in hāc collapsam arcē perduxi, vt eā instauratā habētes, ea quasi ꝓ pugnaculo vteremur aduersus hostē. Sed dū muniendæ arci animū intēdim⁹/anglus nos p̄pedit. Itaq; nō arx nobis curāda est, sed vita protegenda. Hostiū multitudinē per agros ad nos hoc loco velut in pedica cōcludēdos ꝓperare conspicitis. Si viri estis res in promptu gerēda est, priusq̄ stationē sibi hostis in obsidione perfecerit itaq; cēseo infesto agmine erūpendum esse, & hostem adhuc venientem & partim occupatū adoriri Hyri approbato cōsilio, miles ad rē gerēdā accingitur. Fit eruptio & acerrime darōdellus inuadit, qui tametsi viriliter restiterit sauciat⁹ tñ capt⁹ est, & sui fusi. Ex eo vulnere paulopost darōdellus iterijt. Superato hoste frāci Gerberoyū reuerterūt opus cœptū exequētes. ¶ Sub his dieb⁹ cū Trimolus apd̄ Carolū plus cæteris aulicis posset, inuidiā in se multorū excitauit. Caroli p̄sertim andegaueñ. bueili caluimōtis atq; coytiui. Hi tres quos posterius dixi in arcē chinonē ꝑ posticū ab Oliuerio fretarto noctu admissi, Trimolū in cubiculo deprehensum, in castellum montesaurū traduxerūt, inscio rege qui cū chinone erat. Ad quē ex nocturno tumultu pauentē bueilus coytiuusq; accedentes, nihil est inquiūt serenissime rex qđ expauescas. Captus est trimolus tibi reiq; publicæ apprime nocēs. Abducto trimolo Carolus andegauensis apud regem continenter cōuersatus est, in eius beniuolētiam se solerter insinuans, ita vt consilio apud turonos aduocato, rex trimoli deprehēsionē laudauerit, comprehensoresq; inter primores aulicos

Darōdellus morit̄

Trimol⁹ cōphēdit̄

habuerit. Qui tñ nõ lõgo tẽpore in gratia pmãsere, a curiæ negociis semoti. Trimolus autẽ quatuor muttonũ aureorũ milibus bueilo psolutis carcere liberatus est. ¶ Et normãni agri cõstantiẽsis qui mare accolũt cũ ab anglis arma aduersus carolũ regẽ ferre cogerẽtur, ipsi hortante quantepio multis hoĩm milibus ex plębe & aliquot nobilibus collectis in anglos se conuerterunt, atq; Cadomum ducẽtes ab insidiãtibus anglis intercepti partim occubuere, reliquis fugientibus. Quorũ reliquias misso ambrosio deloro alẽconius dux ad arma reuocauit. Ipseq; mox abricas cũ plębeia multitudĩe pfect⁹ cũ nihil pficeret, assumpta quãtula inualidi exercitus parte in cœnomãniã se cõtulit. Nec durauit in armis plębs, sed sensim dilapsa domũ repetiuit. Caleti quoq; armis aduersus anglos desumptis Carnierũ ductorẽ sequẽtes illi obtẽperabãt. Quo tpe Petrus de rupeforti frãcię marescallus, Galterus brusacus & Carlotus maresius, Dieppã anglis noctu sustulerunt. Qua occupata cũ caletis iũcto exercitu Fiscanũ, Harfleũ, Montiuilliarium, Tancaruillã & insulã bonã in caroli ditionem reduxere. Sed dissoluta militari disciplina milites Petro marescallo non audiebant. Petulce illiberaliterq; viuentes, pręda non mitius francis q̃ ab hoste faciẽtes, mulieribus iniurii, monasteriorũ violatores, & contemptores religionis. Hęc militum impietas agros spoliauit cultoribus & domos effecit desertas. Præter arces & munitas vrbes nihil habitabatur. Igitur nihil parturientibus agris miles annona destitutus alius alio diuertebat, quidã carolũ cõuenerũt opem ab eo vitæq; alimoniã flagitãtes, quãdoquidẽ fortunas suas oẽs eius causa detriuissẽt. Prouidit illis pius rex, & cui bene antea seruitũ fuisset, deinceps quoq; illi miles obedientior fuit. Itaq; venablo anglo ducentorũ supra mille armatorũ pfecto, sancti Eligii cœnobio qđ in inferiore normãnia munitũ est occupante, Andreas lavalli comes, & Loheac⁹ cũ ãbrosio deloro anglos noctu petunt, & cœnobii parte intercepta, ducem

Plębis in cõstantiã.

Dieppa a francis capta.

Militũ insolentia.

Sancti eligii cœnobiũ capit.

tos ex hostibus iterimūt. Mox cū venablus idē suos eduxisset, Loheacus delorusq; lazayū vsq; ꝓgressi post atrocissimū ꝑliū hostē superarūt, mortē oppetētibus ducētis praeter eos qui in frācorū potestatē viui ꝑuenere. Venablus aūt cū aufugisset paulopost i suspitionē veniēs a suarū partiū anglis capitis supplicio afflict⁹ est. ¶ Per eā tēpestatē borbonius dux corboliū & vicēnas data ꝑfectis locorū pecunia recepit. Et potonus in picardiā excurrēs abactis multis pecoribus, aduersante maxime comite lucēburgo praedā incolumis abduxit. Sanctū quoq; dionysiū nocturnis insidijs ceperūt Ioannes nothus aurelianensis/ & Petrus de rupeforti anglis inde extrusis. Vbi conseruādi oppidi causa petrus cū ꝑsidio māsit, abeūte ioāne notho qui aduersus anglos copias cōpararet. Moleste em̄ hostis ferebat in cōspectu fere Parisiorū hr̄e loco munitissimo militē francū. Propterea cōtracto validissimo exercitu ex Parisio mouēs sanctū dionysiū circūuallat. Cōuenerat ex finitimis agris in oppidū ingēs rusticoꝝ turba qui vna cū praesidio muros tuebatur sperās vēturū eis a Ioāne notho subsidiū. Atq; equidē ioānes ipe milite stipatus ad pontē meulanū iā venerat cū certus fact⁹ est quasdam anglorū turmas ex gisortio iter ad sanctū Dionysiū facere, easq; ducere mathagonē & Thomā kyrielū. Eā ob rē ipse assumptis loheaco bueiloq; & ambrosio deloro, hostis obuiā ꝓgēs anglos ptī cędit, partīq; capit, & mox ad pōtē vñ venerat cū ꝑda reuertit. Eius autē pōtis atq; arcis ad caroli ditionē conuersio recens erat ꝓcurata quidē a rābocllo, & petro iallardo viris nobilibus, Erat a muro ꝓminēs ad amnē sequanā latrina in quā cōscendētes locamus ferrandusq; piscatores viam francis fecere, seducto pecunia custode anglo qui pontis tutelae erat ꝑposit⁹. Fallēdi angli auctor extitit frācus quidā cui nomen erat imperator. Pōte recepto ij q in arce erāt deditiōe facta liberi abierūt. Interim dū Ioānes nothus aureliañ. apud pōtē meulanū moratur, durior indies erat sancti Dionysij ob-

sidio, ita vt desperãtibus auxiliũ obsessis, cũ nec esset vn de militi stipendiũ solueretur, nec multorũ dierũ cõmeatus adesset. Petrus de rupeforti viginti dierũ inducias cũ hoste constituit, vt si intra eosdem dies suppetiæ a carolo non venirent oppidũ hosti permitteret. Per has obsidionis angustias viri cœnobitę monasterij diui Dionysij miserti fortunæ obsessorũ in stipendium militi argenti marcas quadringentas libere contulerũt. Interea dũ subsidiũ expectatur angli non ignorantes quid aurelianensis nothus de suppetiando obsessis appararet, fossam sibi circũdãt in quã flueto qđ extra oppidũ est tãtã diuersis riuulis aquã deriuant, vt ad castelletũ qđ maiori ecclesiæ vicinũ est redũdaret, extructis quatuor firmissimis ꝓpugnaculis quibus adorientes se arcere posset. Exactis inducijs cũ subsidij spe destitutũ se petrus intellexit deditionem fecit militeq; vita fortunisq; saluis eduxit. Recepto oppido anglus muros munitionesq; deiecit, prę ter eas q̃ ad monasterij tutamen pertinebant. ¶ Parisiani vero anglo parẽtes, cum crebris incursionibus se a francis præmi grauiter ferrẽt, vilbium anglũ qui apud Pontisarã in pręsidio erat orant ciuitatis custodiã recipiat. Qui põtisaræ cõstituto sibi vicario Parisiũ cum bona anglorũ manu se contulit. ¶ Nec multis post diebus ꝑ vilbij absentiã Põtisarenses anglos exosi ad Caroli partes cõsideratione suã cõuerterũt, Igitur die vna egrediẽte ꝑ̃sidio quod apud eos erat, siue vt frumentationẽ faceret, siue vt ex hoste spolia prædasq; reportaret, cũ paucissimos in oppido cũ suo ꝑ̃fecto Ioannę ripello relictos esse aiaduertissent, ipsi sumptis armis portas oẽs oppidi obfirmãtes anglos sine vlla tumultuatione cõpræhendunt. Præter tris qui cũ ripello in proximã portã euaserãt. Vnde tegulis lapidibusq; iactis / postq̃ frustra se tueri cõsiderant, in pontisarẽtiũ potestatẽ trãsiere. Qui cõfestim accito Ioanne insulæ ade dño hominem orant, oppidũ burgundi ducis nomine custodiendum recipiat. Consulto duce Ioannes pontisaram in

Libertas religiosorũ in obsessos.

custodiã,accepit.Iã eñ intercesserant collocutiones com ponendæ pacis:cõueneratq; vt ad diẽ prædefinitũ legati attrebatũ mitterẽtur reconsiliationis faciẽdæ ptãtẽ habẽ tes.Quãobrẽ anno salutis Millesimo quadringentesimo trigesimoquinto Attrebati pacis tractatores consedere. Imprimis affuit cardinalis sanctę crucis romanus legat⁹ ordine cartusiensis Nicolaus nomine cardinalis ciprius, quos episcopi sex comitabant̃,& abbas veselaus Caroli oratores fuere borboniorũ dux comes richemõt⁹ cone- stabilis remorꝝ archipsul cãcellari⁹:vindocinensis comes regij hospitij primari⁹ magister,Christoforus haricurtus Adã decambray parlamentei senatus primarius præses. Guillermus quadrigari⁹ ꝑlamente⁹ consul ecclesiæ pari- siensis decanus & alij permulti ex francorꝝ nobilitate nõ obscuri.Nec defuere britonũ ducis alenconijq; barri ora tores.Anglorũ legationis hi principes conuenerũt.Car dinalis vicestrensis.Eboracensis archieps Comites.Hon titonus & suffortus,& nonnulli ex dignitate ecclesiastica viri cũ permultis angliæ nobilib⁹.Burgũdionũ ducis hi primores fuisse traduntur.Leodius cameracensium & at trebatẽsiũ ãtistites,Nicolaus raulin⁹ ducis cãcellari⁹,ghel drẽsis,stãpẽsis:sancti pauli,vãdemõtẽsis, niuernẽsisq; co- mites,& alij inferioris nominis ꝓceres quorꝝ frequẽs nu mer⁹ erat,p̃ter flãdrẽsiũ oratores.Cõsidẽtib⁹ pacis gra- tia cuiusq; partis legatis tãetsi sctẽ crucis cardialis:pluri- mum eniteretur irritatos præteritis bellis animos ad con cordiã paceq; ducere nulla ratione anglorũ ptinaciã fle- ctere potuit,vt cũ Carolo francorꝝ rege paciscerentur. Sed concilio abierunt re ĩfecta,ꝓmittentes se alia aliqua die cõuenturos.Absentib⁹ anglis cardinalis non ꝓpterea cœptũ p̃termisit:de burgundi cum Carolo reconciliatio ne mox afferẽs mẽtionẽ.Quæ res sicut grata oratorib⁹ fuit ita finẽ habuit optatũ.Nã postq̃ nicola⁹ raulin⁹ bur gũd⁹ cãcellarius sui pricipis noĩe longã orõnẽ habuisset, multa edisserẽs q̃ a carolo rege dari cõcediq; duci philip-

Cõuẽtio apud attrebatũ vbi leges pacis cũ burgũdo positę sũt

po merito deberent(q̄q̄ oia i rē ducis essent)nihil de pe
titis detractū est.Itaq; pleraq; loca burgundiæ finitima q̄
regis cāpaniā versus erāt a ducis ditionē peruenere. Ar-
thesio quoq; adiūctæ sunt Ambianis ciuitas/corbia/mō
desideri⁹/Perona/sanct⁹ Quintin⁹/& abbatisuilla cū pō
tiuiaco & bolonię comitatib⁹.Quas terras sub Caroli im
pio plamēteiq; senat⁹ ditione dux possideret.Eas aūt ci-
uitates qua posteri⁹ nominauim⁹ quæ ad amnē sommo-
nobriā sitę sunt redimere Carol⁹ poterat quadrigētis au
reorū milib⁹.Fuere aliæ ad pacē cōditiones q̄ q̄nquidem
absolutæ hacten⁹ nō sunt,nec eas pficiēdi spes vlla manet
mortuis pricipib⁹:silētio a me p̄tereūt.Per multa siquidē
cōcordię gr̄a frāci oratores admisere q̄ si cōpleta oia fue-
rint queādmodū Carolo oneri erāt,ita honori atq; maie
stati ei⁹ forēt indecora.Sed reuera rer̄ oim ea turbatio
& calamitas per id tēp⁹ fuit,vt iuri regio aliquid admuē
dū esset .Si em̄ ab anglis burgūdus non discessisset: longe
difficillimū Carolo erat vtrūq; hostem p̄uincere. Et phi
lipp⁹burgūd⁹ āglor̄ sup̄biā verit⁹ q̄s sibi aliq̄n dn̄ari for
midabat libens ab eis secessit.Reb⁹ fœliciter cōpositis ora
tores i legati romani cōspectu iurāt illibata seruare q̄ de
pace dicta diffinitaq; extitissent,atq; ita pax p̄ caduceato
res magna oim exultatiōe vulgata est.¶Morit eodē tpe
Ysabella Caroli sexti vxor fortūis(se reginā cōsideres)te
nuis & paup̄.Quippe quæ sub anglorū pricipatu degēs
eorū arbitratu vitā agebat priuatæ fœmiæ nō absimilis
patientissima quidem & ad tp̄is q̄litatē se accommodās.
Nulla re magis irritata q̄ q̄ Carolū regē ei⁹ filiū incesto
cōcubitu natū āgl⁹ diffamabat.Cadauer nobilissime mu
lieris q̄tuor tātū comitib⁹ naui aduectū apud sanctū dio-
nysiū sine vlla pōpa sepelit.¶Liberat eiusdem dieb⁹ rena
tus dux barri qui apud diuionē burgūdiæ primariū op
pidū ab Philippo in custodia habebatur. Ex eo tempore
solus hostis anglus erat aduersus quem frāci belli gerarēt
Igit apud pontisarā agente conestabili & cum eo aurelia

Mors Ysabellę Caroli mr̄is.

nensi notho, illo se cōtulere cū quīgentis equitib⁹ (Philippi iussu) dñs de ternādo, & symō lalan⁹ strēnu⁹ auratę militię eques: quib⁹ pontisarę relictis conestabilis ad sanctū dionysium ab anglis desertā ꝓficisci constituit: oppidi instaurandi causa. Qua re cōperta: angl⁹ ex pisijs obuiā pergens, a conestabili (francis a pontisara mouētib⁹) duriter excipit ad lapideū pōtē qui nō ꝓcul a sancto dionysio ad sequanā pertinet vbi quadringenti angli periere, multis cū thoma belmōte militū pręfecto captis. Pręlio fœliciter gesto conestabilis sctm̄ dionysiū occupat. Et turri quę veneni nomē habet in quem aliquot ex fuga angli se receperāt circūsepit. Ibiq; relictis qui obsidionē cōtinuarēt: cū certū haberet q̄sdā pisianos ciues ꝑtesos eē āglorꝫ dñationis: atq; cupere Carolū sibi regē asciscere: assumpto aurelianeñ. notho, alijsq; militū ductorib⁹, ꝑ possiacū noctu sequanā trāsmittēs ad carturienses qui extra diui michaelis portā sunt / castra posuit. De cui⁹ aduētu clā ꝓdocti michael lailerius, Ioannes fontanus & aliquot alij ciues cum illuxisset: populū in hostē cōcitāt: ad q̄s cōfestī conueniētes thomas pigache⁹ Ioānes de sctō bn̄dicto: nicolaus louuerius, & Iacob⁹ bergeri⁹ magni īter suos nōis, anglos ꝑtīcedūt, ꝑtim fugant capiuntq;. Quorꝫ pleriq; sancti dionysij portā occupare frustra nisi sunt. Nā ferreę cathenæ q̄ per omnia fere viarū vrbis cōpita erant ꝓten⁹ transuersum tensę sunt, & iter hosti præreptū. Ad hoc ex fenestris & tectis ędiū nemo non in diffugiētes anglos saxa & oīs generis materiā demittebat. Alij per viā inuentū hostē armis adoriebātur. Morinorꝫ aūt ep̄s qui anglorum se cācellariū gerebat, cum vilbio & mohyero mercatorū pręposito populi seditionem declinātes / in sancti ātohnij ꝓpugnaculū se citissime receperunt. Fugientē pręposītum dum pistor quidam amicus illi & perfamiliaris si vt eum populo reconciliaret reducere conatur: a preposito vibrata in eum hasta occisus est. ¶ Exaudito qui in vrbe erat clamore conestabilis, et qui cum eo franci erant

Ceduntangli.

Parisiani frācos ad mittunt.

alij porta sctī Iacobi refracta alij supatis muris,plerique na uibus quas in flumine sequana repererunt in vrbem per uadūt,nulla caede facta:sed propugnaculū q̄ se hostis tue batᷓ obsessum est.Ex q̄ iamiā mohierꝰ delapsꝰ apud pōtē charentonum diffugerat vbi a suis ꝓditus in potestatem venit dionysij de chailli equitis franci,a quo non multo post praecio redemptionis accepto liberatus est. ¶Erat huius mohierij nepos bricantheus qui turrim veneni a pud sanctum dionysium a francis obsessam tuebatur,an glorum partes ptinacissime secutꝰ.Huic vt fidem facerēt franci parisioꝝ deditiōis auūculi mulā illi repraesentant. Qua cōspecta brichanteꝰ spem euadēdi capiēs:e turris pi na in subiectam se fossam praecipitat. vbi ab ijs qui rure in oppidū conuenerāt sine mora trucidatur:atque ita tur ris recepta est:& qui in ea erant vel occisi vel capti.¶Pa cato Parisioꝝ tumultu,angli qui ꝓpugnaculū obtiebāt salutē desperātes de deditione colloquiū habuere.Itaque loco cedentes abire liberi pmissi sunt:irridētes eos plebe quod nō p ciuitatē,sed foras muro facerēt iter. Confirmatis in Caroli fide Parisijs:conestabilis ad creoliū mouēs post q̄ quidecī dieꝝ obsidionē frustra fecisset:ide abijt & san cti germani ī laya arcē recepit:data praefecto vt illam di mitteret pecunia.Eodē anno qui erat xpianae gratiae qua dringentissimꝰ.xxxvi.supra mille Ludouicꝰ Caroli filiꝰ viennēsis dalphinꝰ Margaretā scotoꝝ regis filiā vxorē turonis accepit.¶Neque post dies multos angli pontisarā cepere:francis extrusis.Erat eñ tū hyēs horrida:& oppi di fossae glassiate:& altissima niue terra albicabat. Igitᷓ an gli niuis bñficio admoniti litheis candidis se amicientes in ipsa niue cum decubuissent:fallentes oppidanos in fos sas gelu cōcretas demissi:inde ī muros atque oppidū repen te inuaserunt:negligenter excubantibꝰ francis,qui tāetsi venturos in se anglos accepissent/tñ neque vigilias facere: neque fossarum glaciē effrīgere curauerūt. E pontisara se vix saluum ꝓripuit Ioānes villerius:& varēbonꝰ bur

Pōtisara ab anglis capitur.

gundæ cohortis ductor. Fratres autē duo genere non obscuri Ludouicꝰ atq; yndetꝰ cognomento guitri portam quæ daucri nominatur cū aliquot ex suis occupātes postꝙ diu viriliterq; āglorꝝ oppugnationē ꝑtulissent: subsidij spe defecti, salui ꝑmittēte hoste abeūtes: portā reliq̄rē duobꝰ tātū anglorū potestati ꝑmissis: quos graui nescio quo crimine delatos capitis amputatione affecerūt. ¶ Cepere præterea montemargi & castella quędam, quæ omnia paucis interactis diebꝰ franci (ære præfectis imparti-to) receperūt. Missusq; a Carolo conestabilis ad castrum laudunū locum expugnauit. Cepit deinceps nemorsum & deinde monsterolū ad amnē yonā obsedit: ad quā obsidionē veniente Carolo confesti oppidū vi receptū est, & mox arx in quam thomas guerardꝰ anglꝰ confugerat Caroli se potestati summisit: data ꝓfecto facultate abeūdi. ¶ Philippus itē burgūdionū dux anglos callisiū occupare ꝑmoleste ferēs: ꝙ & sibi iimici essent: & ad aliquid a finitimis surripiendū ꝓpitissimi: grādi ex flandria pręsertim exercitu cōtracto: calisium obsidere maturauit. Vbi postquā mēses duos cōcedisset, ꝓlijs cōpluribꝰ militariter ꝑpetratis tumultuante flamingo exercitu: vix a suo duce flandrenses temperauerunt indignati ꝙ tanto tēpore domo abessent, ꝓsertim ī quotidiano ꝑiculo agētes. Itaq; occiso Ioanne horno nobilissimo equite: quē Philippꝰ peramabat: ipsi dimissa obsidione, & philippo cū paucis relicto nullo ordine flandriā petiuerūt. Laboris siquidem īpatiens flandrus est, & crapulę assuetꝰ in armis non durat. Dux nihilominꝰ strennue agens: cū in se ꝓdeūtes anglos sustinuisset repulissetq;: cū ea quā habebat militum manu domum profectus est. ¶ Porro anglis receptis ex anglia maioribus copijs, in arthesium flandriāq; incursantes mirum īmodū grassati sunt, icendia prędasq; faciētes. Quos tandem burgundꝰ miles adorsus calisiū repetere coegit. Tētauit quoq; philippus crotoyū arcē ab anglis recipere lignea turre ad oppugnationem fabricata, cuius præfe-

Calisiū a burgūdo obsidet.

est⁹ fuit Ioãnes de croyo. Sed mouẽtib⁹ i eũ ex normannia anglis: relicta obsidione copias reduxit. ¶ Eadẽ tẽpestate & fames & pestilẽtia ꝑisios vexauit. Frumẽtaria enĩ mensura quę est apud illos sextari⁹/libris turonoꝝ nouẽ veniebat. Et ꝑ agros tanta erat armatoꝝ i agricolas ĩpietas: vt vicis villisq; desertis/i ciuitatẽ cõfugerẽt: nec erat illis angloꝝ quã frãcoꝝ melior cõditio. Itaq; i hospitali domo ꝑisieñ. quae dei nomẽ habet non pauciores fame q̃ pestilentia periere. Eam obrem ciuitatis primores & i primis richemõt⁹ alij alio se cõtulere (trib⁹ tñ ad ciuitatis custodiã relictis: adã cãbracẽsi ꝑlamẽti primo praesidẽte ambrosio deloro p̃tore/& symone Carolo rationũ regiarũ p̃fecto quẽ cõputorũ p̃sidentẽ appellant: viri quidem auctoritate prudentia atq; i regẽ fide p̃stantib⁹. Quib⁹ iter caetera aduersa illud molestissimũ maxime fuit: q̧ milites franci qui i p̃sidijs ꝑ munitissima territorij ꝑisien. & finitimaꝝ arciũ loca erãt pecora sibi abigebãt ex agri colonis p̃das nõ min⁹ q̃ hostis faciẽtes. Neq; huic frequenti malo aliter quã p̃cio raptorib⁹ soluto occurrere poterãt: p̃sidio videlicet militũ destituti qui pestilẽtẽ ciuitatem non icolebãt. Itaq; & agri colonis/& ciuib⁹ ciuitas ꝓpe deserta erat. Accedebant tot malis luporum crebrę i vrbem incursiones qui super octogīta homines cum ꝑ agros deuorassent: i vrbanos quoq; sęuiebant. Aduers⁹ hanc beluam legae definitũ pręmium est: vt ꝓ singulis captis lupis solidi vigīti ex fisco captori solueret: p̃ter publicã erogationẽ quã plebs sua sponte venatorib⁹ ĩpendisset. ¶ Nec defuit ꝑ id tẽp⁹ Philippo burgundo duci a brugensib⁹ aduersitas quem ad se receptũ clausis portis brugẽses persecuti sunt: multis ex ei⁹ aulicis trucidatis iter quos adam villeri⁹ isulę adę dñs dum oppidi portã effrīgere cõtẽdit occidit. Quã temerariã seditionẽ ducẽtis rideoꝝ aureoꝝ milib⁹ apud ducem postea brugenses purgauerunt, p̃ter munera q̃ ei⁹ vxori ysabellę portugallensi vt virum placaret contulere. ¶ Hęc cum brugis gerũtur Carol⁹ apud

Frãcorũ militũ inhũanitas.

Misera parisioꝝ cõditio.

Luporũ icurs⁹.

brugẽsiũ seditio.

biturriges cōuētu habito pragmaticā sanctionem ad insequētē modū Basiliēsis cōsiliꝫ ductus auctoritate condixit.

¶ Apud basileā eugenij quarti romani pōtificis assensu cōgregato cōsilio, ij quib⁹ ecclesiasticā tueri dignitatem mandatū erat leges communi oīm sentētia rite digestas sanxerunt, quas a carolo admitti, missis eius rei causa oratoribus petierunt. Legum haec capita fuere.

Pragmaticae sanctionis capita.

¶ Romanus pontifex quoqꝫ decēnio generalē synodum loco quem volet posthac cōgregato. Si negligēs erit, potestas esto patribus id designandi. Conuocati consiliꝫ locū nisi necessum erit, pontifex non mutato.

¶ Basiliēsis cōtionis autoritas, & ipsius cōstātia decretorū perpetua esto, quae nemo vnq̄, nec ipse romanus pontifex tollere, infirmare, aut trāsferre praesumito.

¶ Romanus pontifex maiores ecclesias metropoles scilicet atqꝫ epales collegiatasqꝫ, aut eas quibus abbates praesiciunt, & ecclesiasticas dignitates, q̄ per electionē sibi delire rectorē cōsueuerūt nemini reseruato. Praeter eas quę iure scripto, vel romani principatus cā sibi ꝑmittunt. Huic decreto nō cōtrauenito. Si intercedet cā pręter legē faciēdi, ad apostolicis rescriptis exprimito. Idqꝫ dum ad pontificatum quippiam assumetur se seruaturum iurato.

¶ Ecclesia pastore destituta, ij penes quos est, eligēdi potestas die & loco definito cōueniūto. pctōrum suorū cōfessionē agūto. & eucharistiā sumūto. Mox cōsidētes, ꝓmisso iurerando, nō negligēter, nō dolose, nō timide, eū qui gerendae dignitati sit ydoneus eligunto. Principibus fas nō esto pro quopiam cōmēdādo molestis praecibus, aut violenta comminatione praemere aut cogere electores.

¶ Electionis formā & electi merita cōfirmatores praelati inquirunto. Scribae notarij moderatū salariū accipiunto.

¶ Romanus pontifex quē sanctitatis normā prae se ferre oportet, huic sanctioni nequaquam derogato. Si cōtemnet, & inde scandalum exurgat, ad subsequens vniuersale cōsilium deferatur.

¶Electiones tametsi pro canonũ autoritate legitime esse videbunt̃, si inde aut ecclesia aut patria vel respublicá turbari formidabit̃, cum huiusmodi electio ad romanũ pontificem forte refertur, & ea diligẽter examinata nulla dici merebitur, alterã electionẽ ijs quorũ refert indicito. Electum vero confirmari aut bñdici ab alio q̃ ab eo / qui sine medio electo supior est fas nõ esto. Si in pontificis curia pñs electus erit, a pontifice bñdictionem si volet recipito iuramentũ postea suo praestato. Secus qui faciet, centum aureorum mulcta eum castigato.

¶Vniuersali synodo / eiusq; definitiõib⁹ & decretis oĩs catholic⁹ / etiã roman⁹ põtifex / ea tenus obedito quaten⁹ fides & scismatum explodenda seditio postulat.

¶Quae synodus / sancto spiritu autore vocata consedit eam / sicuti constantianae cõtionis patres diffiniere a christo deo autoritatem protenus obtinere credito.

¶Ecclesijs dei eos sacerdotes & pastores praeficito q̃ doctrina sint & vita illustres vt creditũ sibi populũ sollicite instituant. & deo obedientẽ gratũq; reddant.

¶Expectatiuis ꝓpterea gratijs / vnde plurima oriri mala constat locum esse non sinito.

¶Bñficia (viuo eorũ rectore) nemini reseruato. Cũ autẽ administratore vacabũt, eorum quib⁹ cõferre oportebit mores & merita / graduati ne sint an secus cognoscito.

¶Decretũ de theologo p̃ q̃sq; metropoles p̃bẽdãdo ad ep̃ales quoq; eccl'ias extẽdito vt in illis p̃bẽda theologo cõferat̃ q in aliqui gñali academia decẽnẽ lr̃is operã nauauit. Bñficio donat⁹ verbũ dei p̃dicato. & p quasq; hebdomadas semel atq; iterũ sacras lr̃as audire volẽtibus explanato. Negligẽti quotidiana ecclesiae stipendia sustrahito.

¶Porro de ijs qui gradu alicuius disciplinae ꝓuecti sunt hunc ordinẽ obseruato. Primũ post hanc sanctionem vacuũ possessore beneficiũ doctori vel liceñiato vel baccalario cõferto. Duo deinceps quae rectore carebunt bene merentibus clericis cõcedito. Quod his duobus successi-

tum erit/illud graduatus obtineto.

Igit scholastici gradu insignes sua noia bnficioru collatorib⁹ du qdragesima agit scripta quotannis tradunto.

Bnficioru pter hoc decretu collatio facta inanis esto.

E locis q ab vrbe quattuor dieru itinere distant in ius vocandi roma/nisi in maioribus causis fas non esto.

Qui dano aut iniuria grauabit/eu q pxim⁹ est supior appellato,si tale est danu quod per eius sniam restitui possit. Alioquin si ad romana ecclesia iudex p exeptionem pertinebit/cam definienda ad eu qui eiusde regionis est iudicem(si metus abest)pontifex committito.

A grauamine/aut interlocutione iudicis secudo no puocato. Eu qui frustra atq; inaniter an lata sniam appellat qndecim florenis,pter caeteras litis impesas mulctato.

Trienne alicui⁹ bnficij & quietu possessore no turbato nisi hostilitate,metu.vel graui impedimeto tardat⁹ eris, ne per triennium impetere potueris possidentem.

Cardinales vigintiquattuor tm diuia & humana scietia eruditos,annorum triginta boni nominis & generis legitimi qui reipublicae christiane consulere possint,pontifex de suorum fratrum consilio praeficito.

De dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis quibusuis collatis aut coferendis.nihil prorsus,sed neq; annatam,neq; fructuum primitias,neq; vt vulgo dicitur deportum pontifex exigito.Notarijs & scribis mercedem qui beneficium recipit soluito. Huius decreti praeuaricatori poenam symoniacis debitam infligito. Nihil praeterea iuris aut tituli in beneficijs contra hanc prohibitionem impetratis sibi acquisitum intelligat.

Clerici qui ecclesiarum & diuini cultus obsequijs deputantur rem omnem diuinam & dei laudes sancte,distincte & grauiter celebrato. At Iesu nomen caput reuerenter demittunto.Decanos & reliquos per ecclesias praefectos huius statuti praeuaricatores castigato.

Cosuetudine qua inductu est, eu qui in aliqua horaru

choro affuerit omnium distributionum participem esse tollito. Idq; ad decanos & praepositos qui suarũ praetextu dignitatum rei diuinae non assunt extendito.

Quos noueris dum res diuina agitur per ecclesiã, aut iuxta illam deambulare/ aut confabulari totius dei quo hoc fecerint distributionibus priuato.

Iterum vero in hoc ipso delinquẽtes, vnius mensis sti pendijs mulctato.

Tabulam vbi designentur ij qui definitis hebdomadi bus sua officia exequi debebũt in choro appendito. Negligenti totius diei stipem denegato. Fidei symbolũ non truncato, sed ad verbum absolute decantato.

Camoenas vulgi in ecclesia canere laycos prohibeto.

Rem diuinã quã missam appellamus sine ministro nũ q̃ celebrato. Dum eam facis vocẽ exaltato, q̃ a circũstantibus exaudiri possit. Secus agentem corripito.

Canonicos qui se creditoribus obnoxios ita cõstituũt vt si statuto die debito se nõ absoluerint interdicto rei diuinae cohibeñt/a stipendijs ecclesiae toto trimestri abstinẽto. Nec quicq̃ inde q̃diu diuinis abstinebũt percipiunto.

Solennibus diebus dũ maior missa fieri debet/capitulum non cogito. per integram alioquin hebdomadã trãsgressores quotidiana stipe priuato.

Spectacula, ludos, comessationes, choreas, nundinationes, ludibria, & laruatas psonas incedere, ab ecclesia & sacris locis arceto. Cõtemptorẽ clerũ trimestri puẽtu abstinere iubeto. Reliquos cẽsura ecclesiastica cohibeto.

Clerico cuiusuis status cõcubinã fouenti, a secunda hu9 sanctionis promulgatione non resipiscenti, beneficiorũ suorum perceptione menses tres interdicto, & eos fructus in ecclesiarum vnde percipiuntur vtilitatem impendito. Hanc autem constitutionem in synodis & capitulis promulgari quotannis imperato. Nec minus laycos admoneto nullam praeter legitimam vxorem turpi copula contingere. Excommunicatos ante latam

sententiam & reuera denunciatam non vitato / nisi tam notoria excommunicatio erit, quae non valeat ignorari.

Nulli omnino gēti cōmunitati vel loco sacris interdicito, nisi per semet, aut per priuatos, aut officiales id est p suos magistratus culpam admisit, Iniquum siquidem est ob vnius cuiusq; priuati homīs delictum ferire insontes.

Nullius literis quibus quempiam beneficio aut suo iure se abdicasse narratur, nisi testibus aut fideli documento id factum esse constet credito. Haec cum Carolus satis enucleata digestaq; esse comperisset, Indicto apud bituriges consilio pragmaticā quam vocant sanctionē tulit. Eamq; in parlamenti senatu promulgari mandat anno xpianae pietatis.ccccxxxviii. supra mille, nonis iulii. Quam regiam (auctoritate basilieñ. synodi) factā constitutionem qui deinceps fuere romani pontifices nō secus ac perniciosam hęresim execrati sunt, q eam nemo pontifi cum dissoluto basilieñ. conuentu ꝓbauerit. Vetustissima enim cōtentio de vniuersali cōsiliario, & romano pōtifice vtrū maius sit hactenus inter ecclesiasticos perseuerat: Quo mea sentētia factū est, vt gñales synodos cogere pōtifices detractent formidantes suā tā late patentē (ne dicā vsurpatā) auctoritatē cōsiliorū decretis cohiberi, itaq; ea est hodie illorū sublimitas & āplitudo vt pui habitis regibus licere eis oīa glorient. Neq; qppiā ad pōtificatū mea aetate venit, qui dignitate adepta nō statim suos nepotes magnis opibus & principatu donauerit. ¶Eodem anno richemontus Meldim ciuitatē post quindecimū obsidionis diem multis anglis interemptis expugnat. Mercatū aūt in quo validū p̄sidiū hostis fortissime tutatus est. Ad uenietibus pręsidio dorceto comite atq; talleboto, qui nacta in flumine matrōa naui in mercatū nouū p̄sidiū induxerūt post biduū inde abeūtes. Cęterū diligēti oppugnatione attriti angli, suis fortunis saluis deditionem fecere. Mercato a francis recepto cū rex Parisii esset accito richemōto eū cū ingēti exercitu ī normāniā mittit, quē mox

Meldis capitur.

secuti sunt alēconij dux ioannes & andreas lauallius mare
Abrincę. scallus multis armatis stipati. Hi oēs abrincas petētes ciui
tatem obsident. Est autē vrbs incole mediocriter edito
ad occeanū britannicū sita normannorū ditionis. Ibi cū
dies circiter viginti consedissent dorcetus comes, dn̄s de
scalis / & tallebotus anglorū praefecti frequentibus copijs
cōtractis, ad vicū sancti leonardi duob⁹ tm̄ passuū milib⁹
a francorū castris distantē sua castra admouere, non ꝓcul
a gilberti ponte qui supra sceam amnē inter vtrūq; exer
citū erat. Vbi nō pauca leuia vtrinq; praelia cōmissa sunt
alijs sceā trāsmittere conātibus / alijs transitū prohibētibus
Tandē cōspiciētib⁹ frācis amne superato anglus in abrin
cas euasit. Qui mox eruptionē in francos facta acerrime
pugnauerūt. Frāci aūt mutato loco Pōtorsonē versus ca
stra reduxerūt. Sub his diebus sanctā susannā buellus / ꝓ
dente eam anglo noctu cępit, quae cum ad alēconiū ducē
pertineret, buellus tn̄ sibi inuito duce obtinuit. Non satis
carolo fortuna fuerat inimica, nisi a filio quoq; pientissi-
Ludouici in patrē cōiuratio. m⁹ offenderet pater, tot p̄ supiora tp̄a turbationibus ve
xatus. Ludouicus erat ei filius dalphinus viēnēsis / q̄ tra-
ditus a patre marchiae comiti liberaliter imbuēdus postq̄
adoleuit / praeceptoris eruditionē aspernatus nyortū se re
cepit, Accersitoq; ioanne borbonio / & ioanne alenconij
duce, abiecta tutela, libere se post hac viuere professus est,
quippe qui & aetate & rerū cognitione idone⁹ esse sibi vi
deretur negociorū regni administrationē gerere. Adde-
bant ludouico aīos ipse dux / atq; anthonius chabannus,
Ioannes de rupe pictauiae senescallus, Petrus de ambasia /
& alij cōplures nouarū rerū ꝓcupidi, qui aliquot iā ciuita
tes ad defectionē sollicitare coeperunt. Nam ij oēs coniu-
ratione pictauis facta. Ludouicū a patris cōmunione ma
xime auertebāt. Quorū cōspiratio praguería dicta est. Ea
re p̄ marchię comitē carolo delata confestim ad ciuitates
scribit, ne dalphino eiusq; sectatoribus audiant, neue eos
ad se admittant. Interim dalphini factionis auctores ex

nyorto ad sanctū maxentium ꝓgredientes arcē (iaqueto quodam ꝓditore) excipiunt, atq; in oppidū cœnobiūq; conuersi, loci dominā fortunis oībus spoliauerūt, idē cœnobio facere festinantes. Verum ioannes sachetus oppidi municeps cum tribus & viginti suarum partiū studiosis vestibulū quod crucis appellatur, tādiu aduersus dalphinates desēsauit, donec ex pictauis vbi carolus agebat subsidium impetraret. Abbas quoq; & cœnobitæ obseratis ecclesiæ portis fornicem conscendentes testitudine effracta in hostes saxa deiiciebant. Qui audientes regem ad se cum copiis ꝓficisci, prædis ab actis diffugere. Carolus autem hora noctis septima cum venisset, laudata ablatis diligentia/ monasterium ꝓuentibus atq; priuilegiis donauit. Qui in arce inuenti fuere paucis exceptis vltimū supplicium subierunt. His ita gestis carolus nyortum adoritur. Vnde mox ad borboniū ducē se ꝓripuerūt dalphinates. Quapropter nyortenses nulla rebellione adhibita carolo se dedere. Captus in arce est iaquetus ille ꝓditor & in partes quatuor membratim dissectus. ❡ Cognito q̄ dalphinū cū suis dux borboniorū recepisset cōsiliorū particeps factus copias in borboniēses carolus ducēs cōplura loca cœpit, multis regionē dānis afficiens. ❡ Hæc agēte carolo dalphinus sanctū Porsanū occupat belli fortunā experturus. Rex vero nunc rionē / nūc Claromōtem incolebat, borboniū agrum incursantibus suis. Hæc ciuilis pestis sexto postq̄ cœperat mense intercessore comite Deu quieuit, dalphino in pr̄is gratiā redeunte, qui postea apud regē vixit. Cōspiratiōis autē auctores venia a carolo īpetrata/ & regio diplomate firmata, quiq; in suas domos abierūt. ❡ Per hos dies obsidentibus harfleū anglis, franci duce notho aurelian̄. valida manu mouētes, cum anglorū munitiones penetrare nō potuissent/ harfleū tādē p̄sidio saluo, & mōtiuilliariū hosti ꝑmisere. Atq; codē anno Carolus aurelianorꝝ dux qui post blāchianā pugnā in angliā duct⁹ quiq; & viginti annos in custodia angliæ

Harfleū ab anglis capitur.
Liberatᵉ dux aurelianensis.

regis fuerat solutus est, quatercentũ aureorũ millib⁹ ꝑ ipsius liberatione numeratis. Hic cum in sancto audomaro reuersus ageret, philippi ducis burgundiæ neptẽ mariam cleuensis comitis filiã despõsauit multis a duce donis honoratus. Eodẽ tẽpore egidius de raya frãciç marescallus, sortibus vsus plęrosq; infãtes peremerat, quorꝫ sanguine futura auspicabatur principatũ affectans. Qui britonum ducis iussu cõprehẽditur, & mox veritate maleficiorũ ꝑ petrũ hospitalẽ ducis cãcellariũ cõperta, duplici cruciatu eodẽ fere momẽto afficitur. Extabat ad tormenta furca, ad quã egidius illaqueatur scabello supposito / cui pedib⁹ adniteretur. Circũ quẽ accẽso igni & scabello deiecto, cõfestim strãgulatur & vritur. ¶ Est rupes in inferiore normãnia instar insulæ in mare ꝓminẽs, interdiu bis atq; noctu ęstuarijs maris trib⁹ ꝑib⁹ alluta, quã grauillã ĩcolę vocant, eã girardi villã primo dictã fuisse accepi, eã cũ alternis expugnatiõibus frãci angliq; diuersis tẽporib⁹ possedissent, angli tandem instaurãt valide illã munientes, vt pote quæ inexpugnabilis esse fortificatione facta videretur, & quã deinceps validissimo præsidio tenuerunt. Et franci quoq; eodẽ exemplo Louuerium diu desolatum a normãnis oppidũ, auctoribus potono, salzardo, & anthonio chabano muniũt, nõ gẽtis militibus pręsidio adhibitis. Extruxerunt pręterea ad sequanę ripã ligneum ꝓpugnaculum quo rothomagũ nauigio adire eos qui supra aduersum amnẽ incolebãt impedirẽt. Cõchas itẽ petrus bressay⁹, & floq̃t⁹ dedẽtib⁹ se anglis cœpe. Et Katheriã caroli septẽnis filia Philippi ducis primogenito desponsata est, vt quæ inter principes beniuolentia cõuenerat, sacro nuptiarũ fœdere perduraret. ¶ Est in vasconia oppidum tartas nõ ignobile ad dñm de albreto spectãs, id cũ franci tenerẽt / burdegallus senescall⁹ cũ caprabusso & quibusdã anglis circũuallauit. Cõtritis tandem in obsidiõe mẽsibus fere septẽ interueniente alberto ad insequentẽ modũ cõuẽtũ est (Oppidũ in frãcorũ potestate ꝑmaneret, carolus

Egidius de raya.

Tartas.

albreti fili⁹ in eo pfecturã gereret, fidẽ tñ daturus burdegallo senescallo, nullã se vim aut bellũ ex oppido aduersus anglos illaturũ. liberũ anglis in oppidũ ire redireq; negociãdi causa. Frãcis quoq; permissum esse burdegalę aliisq; locis anglicæ deditionis cum anglis mercatorũ more conuersari. Has conditiones si carolus aliqñ obseruare nolet, licere illum tertio ante pręteritas conditiones mense id marescallo prædicere, infra quod tempus si frãci pręlio superarẽtur locũ dederent. Sin cõtra, oppidũ sibi possiderent. Carolo interim qui minori ætate essęt aliquot ex francis anglisq; consultores designarentur, Re vt scripsi confecta quisq; quo voluit digressus est. ¶ In campania nõnullæ francorũ cohortes cum per summam iniquitatẽ p agros palantes oẽs passim spoliarẽt. Carolus rex trecas petit, & imprimis borboniũ nothũ crudeliter armis abutẽtẽ in amne alba extinguere iubet. Plærisq; militum præfectis par faciẽtibus officio amotis decernens milites post hac vicis relictis vrbes vel arces incolere, & eis stipẽdiũ ex publico dari, quo sine iniuria quietissime alerẽtur. Ordinatis apud cãpanos rebus, cũ per picardiã simile carolus effecisset, creolium mittit coytiuiũ marescallũ & hyriũ qui arcẽ oppidũq; ad eã partẽ q̃ bellouacos spectat obsiderẽt, ipse vero per siluanectũ viam carpẽs. ad alteram fluminis ysaræ ripam castra admouit, reliquam oppidi partẽ obsidens. Fuit illic oppugnatio frequens & aliquot locis tormentorum iactu muri deiecti, quo interdũ franci conscendentes manu cũ hoste conferebant, conspiciente eos rege. Quapropter colloquio cũ francis de deditione habito, Guillermus poytus oppidi pręfectus libere cũ suis abire permissus / arcem oppidumq; reliquit. ¶ Creolio recepto ad sanctum dionysium veniens Carolus inde pontisaram copias oẽs admouet, in cœnobio maubussono quod mille ab oppido passibus distat diuersatus. Reliquo exercitu veteres macerias q̃ e regione oppidi pascua versus sunt occupãte. Qd' ij qui in psidio erãt aduerten-

Stipendiũ militib⁹ assignatum vt vicis relictis arces incolerẽt.

Creoliũ capitur. Pontisara obsidet.

tes, statim oppido erũpunt, cœnobiũ vbi carolus agebat impetẽtes. Fit igitur vtrinq; atrox ꝑliũ, sed cedẽtibus anglis franci ad pontẽ vsq; & ꝓpugnaculũ qđ in eo hostis extruxerat anglũ ꝑsequũtur. Ibiq; subactis fossis & palis humo defixis nocte illa se cõtinuerũt donec ex Parisiis deductis nauibus, ãnẽ ysarã q oppidi muros ꝑterfluit transmiserũt eatenus qua diui martini cœnobiũ extitit, quod Ioachinus roaldus/thealdusq; valẽpargnꝰ cũ aliis quibusdã festinanter occupãt. Fossis per gyrũ cœnobij ꝑductis cũ oppidũ fere hoc modo circũsessum esset franci propugnaculũ põtis anglis eiectis capiũt. Libera erat porta quę Rothomagum ducit qua ingredi hostis egrediq; poterat ita vt per eã tallebotus sępe & deinde eboraceñ. dux cõmeatũ suis importarent, francos nõnũq̃ ad pugnã ꝓuocãtes. Sed loco se mouere ordinẽq; deserere temerariũ esse ducebant franci, quorũ maxime sollicitus carolus erat diligẽtissime oĩa ꝓuidẽs quæ obsessoribus cõuenirẽt. Nã ꝑ ambrosiũ delorũ Parisiorũ ꝑtorẽ igẽtẽ cõmeatũ ad suos per ãnẽ sequanã ysarãq; importare fecit, hoste maxime iuito atq; summope repugnãte. Qđ cũ ꝓhibere dux eboraceñ. Tallebotusq; non possent, ꝑ Possiacũ vbi regẽ cõprehẽdere Tallebotus sperabat/iter faciẽs, cũ oppidũ pœnitus populatus est, vna cũ eboraceñ. duce in normãniã se cõtulit, relicto apud Põtisarã cliptono equite anglo cũ fere mille armatis, quibus eboraceñ. fidẽ abiẽs dedit de subsidio obsessis statuto die cõferendo. Digresso duce carolus accersitis ꝑfectis qui ꝑ vicos finitimos i statiõe erãt tormẽtis muros quatere cœpit. & tẽpliũ diuæ Marię quo ad ꝓpugnaculũ hostis vtebat (quia ꝓpe muros extrinsecus erat) expugnat. Et tertio post die oppidũ circũquaq; oppugnare iubẽs magno oĩm militũ aĩo nixuq; occupat occisis quingẽtis anglis captoq; cũ aliis multis præfecto: Ex frãcis quinq; ad summũ desiderati sunt. Laudatus est imprimis coytiuus admiraldus qui ad obsidionẽ atq; expugnationẽ singularẽ operã nauasset, nomen quoq; sibi

cōparauit Ioānes bure⁹ qui tormētis & belli machinis p eos dies præfectus erat obscur⁹ antea & mox idustria atq; diligentia regi recept⁹. Ea victoria bene fortunat⁹ Carolus parisium veniens a ciuib⁹ magna celebritate exceptus est. ¶ Eadē tempestate Ioannes floquetus quorundā ciuium ope adiutus ebroicas cepit: perforato ab aliquot incolis muro: per quē floquetus est admissus. Et licet in mercatum confugiētes angli se turrib⁹ tignisq; circūfulsissent: mox tamē parti iterēpti: partiq; capti aut clā (reserata ciuitatis porta) elapsi sunt. ¶ Subijciam vnū quod militē cautū reddere possit. Ex pontisara cū nō pauci captiui in arce quę coruilla dicit̄ nō longe a carnoto i vicu lis haberent: vnus ex eis vt reliquorū redēptionē pcuraret dimissus, franciscū aragonēsem qui anglorū ptiū erat cōueniēs, narrat q̄ negligēter castellū a francis seruaretur facile factu esse arcē occuparet: pdari quæ in ea essent & inde victos eximere. Recognita frācisc⁹ cohortē nō pcul a loco i isidijs noctu locat: ide cū illuxisset q̄tuor ex suis habitu rustico idutos pomorū saccos raporūq; oppletos humeris tāq̄ venales iportare i castellū mādat: qui nullo phibēte arcē igressi (pars em̄ psidij loco hērat, ps adhuc somno tenebat̄) i cubiculū pfecti euadūt, eūq; dormiētē comprehendunt & mox ex insidijs pripiens se hostis arcē & quæ in ea cōperta habuit occupat. Atq; ita solutis captiuis reliquā prędā Rothomagum traduxit. Ignauiæ poena digne luit qui inimico proxim⁹ sibi diligenter nō cauet. Enimuero periere aliqn̄ toti exercit⁹ sibi nimium indulgentes / & non attendentes quid hostis moliat̄. Anno insequente qui fuit xpianæ gratiæ. cccxlij. supra mille Tallebotus mille quingētorū delectorum anglorum ductor non procul a Dieppa maritimo oppido quod a francis tenebatur castra ponēs i colle qui polletus ab incolis dicit̄ cōsedit. Extructa ibi linea grādi admodū turrę quam multis tormētis & machinis bellicis cōmūiuit: vt inde oppidi muros crebris iactibus concureret. Erat

Nota.

Dieppę obsidio.

ad oppidi tutelā Carlot⁹ maresius trecētos secū egregia virtute milites habēs. Ad quē paucis post dieb⁹ Ioannes aurelianeñ. nothus cum circiter mille armatis veniens: postquā locū militēq; recēsuit arturū de lōgauilla & thomā droynū sexcētorū manu militū stipatos ad vetus prȩsidium adiungens dieppa egressus est. Misit praeterea Carolus rex alterū subsidiū obsessis. Cui praefecit thedoalū burgensium: assignato illi guillermo richaruillo centum equitū prȩfecto. Firmata tanto p̄sidio dieppa frāci Tallēboto cum potenter resisterēt: ipse paulopost abijt relictis ad obsidionem pagenda sexcētis anglis quib⁹ prȩerant guillerm⁹ poyt⁹ & Ioānes ripellaus Procedente tp̄e post q̄ hostis ad dieppā ptinaciter seder: Ludouicus Caroli filius viennensis dalphinas patris iussu ingenti collecta militum manu ex pictauis dieppam petit dissoluendȩ obsidionis gratia. Qui secundum amnem summonobriam iter faciens: obuios sibi excepit sexcentos supra milites qui ei in ea expeditione obsequerentur. Eorum primi ductores extitisse referunt̄ sancti pauli comes: domicell⁹ de cōmerci (Gaucurtus) Castillionis lauali comitis frater & eius castillioni dn̄s qui ad amnē matronā est. Accessione huiusmodi ꝓcerum instructior fact⁹ dalphin⁹ abbatis uillā se cōtulit: quo thedoalū burgeñ. ad se venire iubet. Is vbi aduenit: consilio de re gerēda capto: thedoaldum cum trecentis militibus prȩmittit, qui ad anglorū castra cōmeatū inuehi ꝓhibeat, ip̄e paulopost reliquas copias. Dieppam ducit vbi postq̄ militē ex labore paulisper recreatū habuit, occidente iam ꝓpe sole sexcentum ꝓpe armatos ad collē vbi hostis cōsidebat ꝓficisci ı̄perat. Fuit mox illa continuo fere ymbre madēs nec ꝓpterea erūpere in francos destitit hostis, quāquā acri pugna ı̄ munitiones suas regredi a frācis cogeret. Postridie dalphin⁹ dieppam mouens in collē polectū in conspectu hostium copias sistit. Habebat em̄ fabricatos ligneos pōtes ad transmittendas fossas quibus se anglus per ambitum lignȩ ter-

ris circūsepserat. Igitur secūdo die postquā ad collē successit pōtes rotis ꝓuectos ad fossas admouēs: mox signo dato oppugnare turri festinat. Nec segniter hostis obstitit & īsilientibus in eū francis summa vi confligitur, hos saxis opprimēs: alios telis sagittisq; vulnerans. Ad primū congressum octoginta franci caesi sunt: trecētis & supra grauissime sauciatis. Quibus integri hortante Ludouico succedentes oppugnationē neq̄quā deserebāt, dalphini praesentia: anglorū quoq; odio vehemēter animati. Nec defuere dieppenses qui balistarios sexaginta educētes crebris scorpionibus hostē ne e turris muro tuto propugnaret, prohibebant. Eapropter instante atrociter franco milite, expugnata est turris, trecentis anglis interemptis reliquis captis cum guillermo poyrto: Ioanne rupallo & Tallebotti notho qui in dieppēsiū potestatē venere. Qui aūt frācae originis erāt oēs suspendio affecti sunt cū aliq̄t anglis qui ante oppugnatā turri dalphino cōuiciati fuissent. Tā firmo ꝓpugnaculo dissipato tormenta quae ī eo erāt ī oppidū dalphin⁹ trāstulit. Laudatis militib⁹ ciuibusq; quorū diligēti opera parta de hoste victoria erat. Dedit item oppidanis munera ad sartienda damna quae obsidionis tp̄e ꝑpessos esse cognoscebat. ¶ In sequenti anno M.cccc. quadragesimoquarto de duorum & viginti mēsium inducijs īter franciae angliaeq; reges conuenit, permissa vtriq; libertate merces commutādi atq; īter se negociandi. Per quod īduciarum tempus ne miles ocio torpesceret siciliae regi Carol⁹ suppetias tulit aduers⁹ mettēses, & quosdam lotharigię īcolas qui ei non parebāt. Ad mōitis mettēsib⁹ obedire cū dicto audiētes nō essent, eos Carol⁹ circūsedit multis copijs & dalphini p̄ntia potens. Firmata obsidiōe/roman⁹ īparor de heluetijs q̄st⁹ q̄ ī pio rebellarēt: Carolū p̄ bourgalemoniū germanū īsignē eq̄tē orat p̄tē militū sibi cōtra desciscētē a se heluetiū cōicet. Ea res cum īgrata regi nō esset dalphinū basileam cū copijs mittit, assistente illi bourgalemonio foederici mili-

Expeditio ī mettenses.

tis pfecto dñ aũt viã pergit heluetiorũ nõ cõtẽnẽdã, manũ non longe a basilea offendit, i quos cũ i hortos quosdam se recepissent arma conuertẽs: bourgalemoniũ ante alios amisit cũ aliquot alijs iteremptũ. Fudit nihilominꝰ hostẽ & ad vnũ occidit. Inde ad sanctũ hippolitũ mouẽs spe oppidi confestĩ oppugnandi: id frustra conatꝰ fuisset habuit tñ sibi obtẽperãtes oppidanos. Sed francus miles suo more ex agris prædas agens furentẽ gentem in se excitauit, ita vt diuersis locis consociati heluetiorũ manipuli non paruã copiarum ptẽ occiderũt. Igitur burgalemonio mortuo suisq; ptĩ occisis dalphinus regionis asperitate cognita ad patrem qui apud nãtiũ lotharigiȩ primariũ oppidũ erat reuersus est. Quo se contulit comes suffortꝰ anglꝰ ab hẽrico ad Carolũ missus qui Caroli filiã regi suo vxorẽ peteret. Neq; id comiti denegatũ est. ¶ Prȩerat mettẽsibꝰ Ioãnes vitotꝰ barbatꝰ & feris moribꝰ hõ Hic equo isigni vtebat, i cuiꝰ cauda assutũ erat tintinabulũ vt igrediẽs egrediẽsq; sæuus iperator audiret: atq; cognosceret. Adeo quidẽ ĩhũanꝰ vt ex suis aut ex hostibꝰ captũ neminẽ prȩtio redimi sustineret Si aũt cõpertũ haberet fœminas vrbe egressas de virorꝫ liberatione ptractasse, eas nece afficiebat. Sed barbari crudelitatẽ vicit ciuiũ ꝓuidẽtior modestia. Fatigati itaq; diuturna obsidione mettenses: regẽ muneribꝰ placãt: ducẽtis scutorꝫ milibus belli impensas compensantes. Rebus ad hunc modũ ordinatis. Carolus cathalaunũ profectus est. ¶ Sub idem tẽpus cũ ecclesiæ synodus basileæ haberetur, eugeniꝰ põtifex romanus cognito φ patres qui consilio aderant eũ a pontificatu amouere studeret synodũ ferrarium & inde florentiam transferre laborauit. ¶ Vnde basiliensis synodus amedeum sabaudum qui solitariam vitam apud rapaliã viuebat in pontificem quȩ fœlicẽ noĩauit assumpsit. Interĩ mortuo eugenio cũ romani cardinales Thomã de susanna eugenio substinuissent Nicolaum quintũ eum appellãtes: orto in ecclesia scismate Caroli maxime

In heluetios.

Ductor mettẽsiũ crudelis.

Felis sabaudꝰ papa.

opa cōtētio sopita est: cōcessa foelici p sabaudiā amplissima legati potestate. ¶ Per eosdē dies tāetsi iter reges francorū atq; angliæ iduciç pcederēt, francisc⁹ tñ surien⁹ cognomēto aragonensis tumultuaria armatorū manu feugeras quæ normānniæ finitimç sunt ad brittāniā ptinentes circumuentas capit atq; populat⁹ est. Qua de re britonum dux apud Carolū p nūcios q̄st⁹ ostendit hanc ī illū contumeliā ab hoste illatā esse: īducias illibate conseruātē decere ab anglo repetere quod p nefas abstulisset. Querela ducis accepta: Carol⁹ ad angliç regē & sumbressetum ducē Ioānē hauartū & guillermū cousinetū ex suis aulicis mittit, qui res ex feugeris iduciarum tpe a francisco surreptas repeterēt. His rn̄sum est frācisc ū aragonensem id nō ī snīa regis cōmisisse, factū neq; regi neq; sombressēto placere. Quod ex Carolo sombresset⁹ psuasum facere t, per nūcios idē significat petēs vt ob eā rem nihil de inducijs nouarēt. De accepta aūt īiuria si oratores louuerium mitteret/eodē vēturos sombresseti legatos, qui cōtrouersiam pariter componerent. Id carolo cū gratū fuisset dies cōuētioni apud louueriū dict⁹ est. Ibi dū oratores consultant: iteri de tollenda anglis pōtisarcha fortissimo ad sequanam ī normānia oppido Floquet⁹ ebroicensis p̄tor vir bello strēnu⁹ consiliū capit. Vector quidā quadrigari⁹ solit⁹ per id oppidum iter crebro facere, & eam ob causam anglis iam not⁹ pciderat animo ei⁹ loci p̄sidium negligent er agere: neq; satis oppidi custodiæ attentū esse. Igit̄ rē a se frequēter animaduersam ad Floquetum Iacobūq; de claromōte & dn̄m de maulgnio belli peritos defert. Petitq; sibi aliquot delectos milites attribui qui illū ad id negociū iuuent. Designant̄ īprimis duo: qui singulis securib⁹ desumptis lignarios se fabros simulantes vectorem comitant̄. Quos singulatī alij longo īteruallo ne multitudo suspicionem faceret subsequuntur. Qui oēs de finito inter eos die ad cauponam quæ suburbio est hospitij prætextu conuenere. Hui⁹ autem caupone hospes

iniuriā supra paucos dies ab anglo acceperat. Quod non ignorās q̄drigari⁹ ab indignante ob iniuriā hospite cubiculū seorsum petit vbi ipse cū suis secreto diuerset: simulq; rem conceptam illi patefacit. Let⁹ rei indicio hospes opē quoq; suam illis pollicet. ¶ Insequente nocte dn̄s de Bressy cū militū cohorte q̄ ꝓxime oppidum pōt vers⁹ sancti Audoeni portum se ad insidias componit. Floquetus ad alteram pontis regionem quae Louuerium spectat cum Iacobo claremontano & quīgētis equitib⁹ ī vicio nemore se collocat. Vector quadrigari⁹ sub lucē īsequētis diei cum vehiculo ad primā vsq; pōtis portā cū simulatorib⁹ fabris tantum ꝓgress⁹: ianitorē nomine appellat. orans ianuam sibi reserari: q̄ festin⁹ esset merces iportare q̄ eas vehendis receperat: simulq; p̄mium bn̄ficio policet: fidē dans ꝓ eis qui secures ferebant. Ianitor qui vectorē notum haberet: adhibito secum anglo portam recludit, quā mox vector igress⁹ vehiculum ibi fistit simulāsq; ex marsupio nūmos ī mercedem anglo depromere: vnū qui ex britonum moneta erat labi ī terram ex īdustria permittit: quē nūmum vt humo leuaret dū ianitor ꝓcūbit: vector exerto pugione confodit: ꝗ vero qui fabri putabant ad secundā portā īterī cum ꝓcessissent, anglum īterimūt moxq; ex īsidiis Floquet⁹ aliiq; milites ꝓperantes oppidum arcēq; hostiliter vociferantes īuadunt, omni praesidio vel ceso vel capto, cum ad eam horam non aliter q̄ securi⁹ quisq; obdormisset. Inter captiuos cōpraehensus est comes fauquēburg⁹ diues angl⁹. Ea res anglos mirum ī modum cōtristauit. Quib⁹ ne paci praecluderet via: Carol⁹ quae capta erant reddenda censuit: si feugeras restituerent. Id ad sombressetum referentib⁹ anglis vtriq; legati ad coenobium quod bonum portum vocant postea coiere. Interī gerberoyū ī bellouacis a dn̄o de mouy: & ī burdegalis conac⁹: malgrinusq; a verdrio vascōe & a floqueto in normannia Cōche capte sunt. De quib⁹ locis recuperandis misso a Sombreseto Ioanne infante/Carolus

rūdet si feugeras britonū duci reddāt, ea quæ recēter capta frāci tenerēt se restiturū. De feugeris in mandatis nihil habere cū ioānes infans respōdisset, re infecta discessit Nec ab his qui ad bonū portū cōuenerant aliud gestum est. Reuersis ad carolū oratoribus, ipse de belli rōne consilium cū suis cōicat. quippe qui hostis suffugia dolosq; nulla modestia puincere posset. Ad britonū ducē missis nūcijs bellū cōmuni beniuolētia gerendū suscipit. Per præcedentiū tēpus induciarū nō destiterāt angli qui mantam Vernoliūq; & Latiniacum occuparāt vias publicas insidere, quosq; passim vel spoliantes vel iugulantes, & vt a crimine patrociniū sumerent, eos qui ab eis talia paterentur armigniacos appellabant. Facies tamen suas ne agnoscerentur laruis obtegebant & psonati quidē incedentes, laruatos se appellari gloriabantur, eosq; pseudo faciatos vulgus vocitabat. Aduersus tot mala coeuntibus vndiq; copijs ausus hostis ex feugeris in britones eruptionem facere viginti supra centū anglis occisis in suas munitiones redire coactus est. ¶ In normānia apud Vernolium multor cui⁹ molēdin⁹ oppidi muris pximū erat nocturnis excubijs designat⁹ cū forte obdormisset, ab anglo excitatus iniuriā accepat. Quā ægre admodū ferēs multor, de prodēdo francis oppido rationē cū Floqueto init. Cōmoditate facinoris accepta floquet⁹ mercedē homini pollicitus, Petrū blesseyum & iacobū claromontanū rei conscios facit. Quos ad constitutū dīē cōuenietes multor per molendinū cui ipse præerat scalis ad muros oppidi admotis in Vernoliū admittit. Erat em̄ dies ille dn̄icus ad rem diuinā audiēdā xp̄ianis maxime celebris hinc occasione accepta multor q eo quoq; die excubuerat collegas sub lucē admonet ad ecclesiā rei diuinæ gr̄a pperare, vt dei religione expleta, mox cibo matutino reficerent. Igitur collegijs abeūtib⁹ gratū frācis facinus multor ppetrauit suā iniuriā vlciscēs. ¶ In minima siquidē fera interdū animus inest, se ad vindicandū pro tēpore cōponens. Capto

Vernoliū capitur.

Nota.

oppido qui euadere potuerũt angli in arcẽ se receperunt atq; eã quae in media arce est turrim muro fossisq; apprime munitã occupãt. Ex qua ne hostis dilaberet Ioãnes dunensis comes quẽ Aurelianũ nothũ supra nominauim⁹, Caroli militiae per eos dies princeps ꝓten⁹ adueniẽs turrim circũsedit. Nec multis interiectis dieb⁹ accepit Tallebotum cũ copijs, Bretoliũ aduẽtasse nõ aliã ob rem q̃ vt obsidionẽ dissiparet, importaretq; cõmeatũ obsessis. Eaꝓpter dunẽsis comes nõ diu Vernolij morat⁹ relicto in obsidiõe florẽtio dilliers carnotẽsi in tallebotũ ducens eũ nõ ꝓcul ab haricuria est assecutus, loco quidẽ munitissimo se cõtinentẽ. In quo a frãcis die illa tota ad pugnã prouocatus nullã pugnandi ptãtem fecit. Sed insequẽte eius diei nocte in Auricuriae arcẽ se cõtulit. Franci aũt relicto talleboto, ebroicos ꝓfecti sunt. ℭ Dum haec in normannia gerunt, Carolus ligeri ꝑ ambasiam transmisso, Vernoliũ petere cõstituit opẽ laturus obsidẽtibus turrim. Et per eos dies comites deu & sancti pauli cũ quattuor equitum milib⁹ nogẽtũ ducẽtes oppidũ arcẽq; capiunt praefecto ioãni fabro cũ ijs qui in praesidio erãt data libertate abeũdi. arcẽ vẽro iniecto igne desolatã frãci reliquere. Inde ꝓgrediẽtes sequana traiecto ad põtẽ audomari vocãte eos ab ebroicis dunẽsis comite iter carpũt. Illis igit̃ ad rillũ amnẽ qui p̃ter muros fluit se cõferẽtibus dunẽsis comes cũ reliqua copiarũ parte in regione q̃ ad rothomagũ vergit castra ponẽs, postq̃ oia q̃ ad oppugnationẽ necessaria erant parata nunciant̃ dato signo quisq; certatim in muros euadere cõtẽdit. Itaq; magnis animis anglus obsistit. Sed in oppidũ irruentes picardi, moxq; altera parte dunẽses, hostẽ ꝓpulere. Qui in aedes publicas quae in mercato sunt cõfugientes paulopost comitum dunẽsis & sancti pauli potestati se permisere. Qui eñ capti sunt fuere viginti supra quadrigẽtos, inter quos oppidi praefectus mõtesaurus normãni fisci moderator fuit, & Fouquetus hetonus anglus. ℭ Re bene ad põtem audomari gesta do-

Pons audomarus capitur.

minus de mouy ad loci p̄sidiū statuit. Sub idē tp̄s aliç quç dam arces a francis duce Ioheaco receptç sunt. Et Vernoliana turris rege carnoti agente deditionē fecit modico redēptionis p̄cio ab ijs q in praesidio fuissent psoluto. Secuti sunt lexouij, ad quod dunēsis comes cū ijs qui ad pōtē audomari militauerāt mouēs eos nulla vi adhibita receptos suis legibus viuere pmisit. Māta plus laboris vt se dederet attulit, deditionē recusantib⁹ anglis q eā tuēdā receperāt. Sed deficiēte ab eis plebe & porta q̄ sancti nomē habet cū bona oppidi parte armis occupata ciues ad frācos egressi de deditione cōditiones acceperūt. Quod anglis cōptū eos humiliores fecit. Nā accepta discedēdi cū suis fortunis libertate oppidū reliquere. Caeteris qiu cum hoste alio se cōferre duxissent idē pmissum est. Manentibus nihil nocitū oīno fuit. Rebus cōpositis petrū bresęyū comes dunensis oppido p̄posuit. ¶ Carolus eodē tpe ex carnotēsib⁹ Vernoliū venit ab incolis magna animi alacritate & beniuolētia exceptus. Atq interim pictauensis senescallus petrus bresseyus memorabile facinus adortus est. Est castellū apud normānos lōgnium cui praeextenditur atrium patens (quod bassam curtā frāci dicunt) fossa muroq circūseptū. Ei castello p̄erat sanctimarianus francisci aragonēsis gener/habens ad loci p̄sidium milites ducentos, quos in atrio cōtinebat. Cum hoc bresseyus colloquio habito impetrat castelli deditionem oportuno tēpore a se faciendā. Adueniente conuentorū die bresseyus armatos longnyum mittit, quos sanctimarianus soceri amicitiā eiusq vxoris p̄ntiam puiducens in castello clam p posticū introducit. Qui aūt in atrio stationē habebant francis in castello conspectis obsistere quidem conati facile quasi & nūero & robore inferiores coepto distituerūt qui oēs capti & bonis spoliati sunt p̄ter francisci vxorē quae cū fortunis (in generum multum prius oblocuta) libera discessit. ¶ Sub idem tempus caduceator a floqueto ad vernonenses qui sequanam in normannis accolunt

Lexouiū. Manta. Lōgnyū. Vernonēses.

missus vt in Caroli ditionē fidemq; se cōuerterent a ioanne doremōto loci pfecto irrisus est, dicēte se quidē eū loci incolis oppidi claues perq̄ libēter præbiturū. Nec moratus ad clauiū artifices pgēs doremōtus, multas rugibine vetustateq; semesas claues caduceatori colligatas tradit. Cui rn̄dēs caduceator, hæ inquit obsoletiores sunt q̄ tam celebris oppidi portis cōueniāt. moxq; ad comitē dunensem qui interim pxime Vernonē copias admouerat accessit, referēs ea q̄ a doremōto gesta cognouisset. Illusiōe accepta comes ad oppidi regionē q̄ ad Rothomagos spectat cōsedit, dn̄o de Moury / & Guillermo canuto alteram partē obsidentibus, quib' erat francorū sagittariorū frequens manus attributa, q ad belli necessitatē recenter fuerant ex ruricolis delecti, & a vectigaliū oīm cōtributiōe sine controuersia liberi, Enimvero ex aedibus sexaginta, vnus assumptis armis ab ijs qui domū restāt instruct' & aureo tm̄ nūmo dū domo egredit donat', in militiā pergit, & horū quidē egregia opera Carolus multis locis pspere vsus est, Ex eorū numero hi qui sub dn̄o de moury & canuto militabant, insula quæ in Vernonis conspectu est occupata, cōfestim pōtem qua in oppidū via est intercipiunt. Qua re pterriti oppidani ex suis ad comitē legāt Ioannē a barronē anglū / & guillermū daguenetum / cum aliquot loci bonę opinionis incolis. Quib' ad comitē admissis daguenetus ita locut' esse peribet. Ad vernonenses (illustris comes) caduceatorē misisti q eos regis tui nomine admoneret, se atq; oppidum eius potestati permittant. Igitur ad te venimus vt nobis dicas q̄obrem admonendos nos esse ducas / & quid a nobis tibi faciendum putes. Comes vt modestus erat rn̄dēs, nō ignoratis inquit viri oratores Vernonē cum arce & circūiacenti agro ad carolum regem paterno iure pertinere. Quę cum vel vi vel dolo ablata hostis occupet, nunc patri ad regnum succedens carolus, ea sibi restitui iure optimo petit. Fuisse nanq; per superiores annos multa gesta bella quibus va-

Institutio frācorum sagittariorum.

Orō comitis dunensis ad vernonēsiū oratores.

statū regnum attritusq; populus diu multūq; misere elā. guit, demū inducias inter principes intercessisse, vt interī cōcordiae via pararetur. Sed parū in fide stātibus anglis medio induciarū tēpore feugeras occupasse & expilasse quā adhuc tenerēt tametsi cōpluribus cōuentionibus de redintegrando damno fuisset tractatum. Tam multis iniurijs acceptis, carolum ex procerū cōsilio constituisse iustissimis repetere armis quae a patre atq; a se anglorū pfidia sustulisset. Eā causā esse qobrē vos de deditione faciēda admonere precepimus. Postq̄ haec a comite dicta sunt qui missi fuerāt seorsum a contione secedentes, recusantibus anglis deditionē oppidani Caroli se partes sequi omnino constituerunt. Relictis propterea apud comitē obsidibus, vernonem repentes, vernonetū imprimis (id eñ arci nomen est) restituere. Verum q a Rothomagēsibus non plurimum vernonenses absunt, & inde subsidiū affuturum sperarent oppidum dedere ea lege pollicētur, si anglus suppetias illis infra pximum sabbatum nō ferret Constituto die quia se destitutos ope intelligerent, emissis libere ex praesidio anglis, dunēsem comitem in oppidum vernonenses admittunt, qui loci atq; arcis custodiā rigaldo de fontanis assignauit. ¶ Dum haec vernone geruntur Carolus ebroycas/deinde Louuerium petens, ab incolis incredibili laeticia exceptus est. Quo tēpore Guillermus canutus arcem quae dangu appellatur ex praefecto portugallo volūtaria deditione recepit. Et sancti pauli comes gorneyum in fide admittens oppido atq; arce a Carolo donatus est. Comes item dunensis post quindecimū obsidionis diem haricuria potitus est. ¶ Interim mouentes ex vernone pceres ad Carolū louuerij agentē cū ingētibus copijs cōuenerūt, per quos dies rupis guidonis dñs eius nominis arcē quae ad eū pertiebat dedēte se praefecto recuperat. Cōtractis ad louueriū oībus copijs Carolus matur at ea persequi quae ad reliquam normanniam subiugandā opus erant. Carolū igitur arthesium comitē

Copię ad carolū cō ueniunt.

Deu, sancti quoq; pauli comitem & Ioannē saueusum cū quatuor armatorū milibus ad nouū castrū cui praefectus erat adā billotonus anglus in presidio habēs quadraginta supra centum milites ꝓficisci iubet. Captū est oppidū vi arxq; recepta, cōcessa anglis facultate suas inde fortunas exportādi. Dunēsem preterea comitē carolus alteras copias ducere cābrasiū mandat, quē cōplures franci ꝓceres vno exercitu comitati sunt. Inter quos fuere comites claromōtensis & niuernēsis, dorualIus & ialōnus franciae marescallus, carolus culautus, petrus bresceyus, gaucurt⁹, buellus peditum equitumq; milia quatuor educētes. Castris ad cambrasiū admotis post diē octauū, Guillermus ernitus anglus arcis ꝓfectus (lege cū frācis libere discedēdi cōposita) loco cessit. Erat dessayū in alenconij ditione castellū quod anglus multis annis tenuerat, ab eoq; lacus nō lōgo multum interuallo distans. Hunc lacum cum hi qui ad dessayū erant expiscandū per eos dies accepissent, pleriq; lacū petunt pisciū cōcupiscētia illecti. Ea re per nūcios cognita alenconij dux cōtractis ex tēpore copijs, ad lacū occultis itineribus cōtendēs anglos illic palantes oēs intercipit. Captosq; in dessay cōspectu sistens, eos neci destinat nisi arcē dedant. Deditum oppidum est & castellū.

Cābrasiū.

Dessayū.

Foecanū.

❡ Ex dieppa quoq; qui in presidio erāt partim foecanum coenobiū quod ad occeanū est petentes noctu expugnāt. Nec lōga mora interposita ecce ab anglia nauis quae circiter cētum milites ad foecani praesidium ferebat, ad portū appellit. Quos foecanae oppugnatiōis ignaros, & ideo in cōtinētē egressos frāci cōprehēdūt. ❡ Ad hec britānia dux francorum suorūq; robore stipatus ex britannia cōstātiā ꝓfectus ciuitatē scđo sui aduētus die (abeūtib⁹ inde anglis) coepit. Eadē fortuna nulloq; negocio sanctum laudum & vicinas arces non paucas occupat vbi ex francis presidiū cōstituit. ❡ Sub id tēpus alēconiēses ad ducē suū missis clā nuncijs, patere illi aditum in oppidū ꝓmittunt. Quo nuncio dux spem recuperandae hereditatis capiens,

Cōstātia.

Sanctus laudus.

Alēconiū.

protinus copijs ad oppidũ collatis ab incolis intromittitur, anglis in arcẽ fugiẽtibus quã fractis animis defensantes paulopost ducis se arbitrio dedidere. Auxiliat⁹ est duci ad hanc rem ludouicus bellomõtus qui ex cenomãnia ad eum sexaginta equites ducens cõuenerat. ¶ Fuit eodẽ anno. M.ccccxlix. apud vascones francis fortuna (sicuti cœperat) cãdidior gastone fuxi comite maulissonem obsidente qui a carolo vasconiæ regionis ad pyreneũ vsq; administrationẽ receperat. Erãt gastoni in obsidione tria equitum & decem sagittariorum milia. Quorũ repentino cõspectu permoti oppidani ad gastonẽ nũcios de deditione misere. Angli vero vbi id cognouerũt, in arcem quæ in ædita rupe est ꝓfugerũt. Itaq; maulissone recepta comes fuxi cum accepisset in arce pœnuriam frumẽti & cõmeatus esse, rupẽ ex omĩ pte circũuallat. Cui aĩo obsistendi rex nauarrus (cuius filiã gasto habebat vxorẽ) sex varij gñis hoĩm milibus cõtractis, cum gastonis militum ordinem roburq; explorasset, suis paulo retrocedere iussit ad comitis se colloquiũ admitti impetrat. Coiere paruo militũ numero principes, mille a castris francorũ passibus. Vbi rex nauarrus comitẽ allocut⁹. Miror te inquit carissime gener neglecta veteri nostra amicitia maulissonẽ quã tuẽdã mihi anglus cõmiserat vĩdicasse, & nũc arcẽ quoq; capere conari, cui meus conestabilis suo & anglorũ noĩe presideret. Ad regis verba gasto ad sequentẽ modũ respõdit. Affinitatẽ recte rex illustris cõmemoras, q̃obrẽ tibi & beniuol⁹ & obsequẽs esse debeo, si alio me nõ duceret parendi necessitas & honestas officij Carolo regi subiectione & fide cũ sim imprimis obnoxius, tũ ob id maxime ꝙ vasconiã meę tutelę supposuit, iussus ab eo maulissonẽ cœpi, neq; hic abscedã donec aut alter me fortior extrudat, aut arcẽ ad caroli ditionem redire compulero. Comitis voluntate cognita nauarrus copias ad se reduxit. Obsessi vero impetrata discedendi securitate arcẽ dedidere. ¶ Eodẽ tẽporis tractu quędã in normannia arces

Gasto fuxi comes.

Maulissõ.

Nauarr⁹ rex ãglos secutus.

Gastonis respõsio.

captę sunt a dño de blãuilla/ touqua/ in rupe ꝓxie occea num extructa, a dunensi comite argentonum, vbi simulato metu de muro de deditione ꝓlocutus hostis arma cõpararet qdã in populo primores diuersa qua angl⁹ parte

Dol⁹ dolo superat̃

dolos agit, frãcos affati fraudem manifestãt, orãtes signũ qd̃ prae se ferrẽt sibi ꝓten⁹ dari. Oppidanos cõstituisse carolo regi parere anglis expulsis. Signo recepto frãcos admonent eo accedere quo signũ in muro erectũ cernerent se quidẽ illos in oppidũ accepturos. Admissis per muros bono numero francis/angli suo cõmẽto frustrati, in arcẽ ꝑpropere cõfugerũt. Quã nõ multo post dedidere ex suis fortunis oĩbus p̃ter baculũ vnũ nihil inde exportantes, nec fuit oliuerio de carsalio p̃sidi p̃fecto melior cõditio. Per eos dies castellũ gaillardi loco edito ad sequanae ripã cõstitutũ (carolo in obsidiõe agẽte) captũ est. Frenei quoq; arx ab alẽçonij duce (dedẽtibus se libere anglis) recepta Gisortiũ p̃terea richard⁹ merbur⁹ angl⁹ Carolo restituit. Donat⁹ ꝓpterea a carolo sancti germani in laya di

Ioannes gaucurt⁹.

tiõe atq; prefectura, duos insuper liberos Ioannẽ atq; hemonẽ qui apud pontẽ audomari capti in custodia tenebãtur recepit. Gisortio p̃posit⁹ est gaucurt⁹ veteran⁹ auratae militiae eques, rerũ gerẽdarũ lõga experiẽtia & fide in

Rothomag⁹ obsidetur.

regem spectatus. Tot ꝑ normãniam locis potitus rex, cũ & ꝓcerũ p̃sentia, & robustissimo exercitu instructus esset contractis ad nouiburgi planiciem copijs/dunensem comitẽ sequanã (rothomagũ versus) trãsmittere iubet, praemissis ad ciues caduceatoribus qui ciuitatẽ ad caroli ius repeterent. Quos hostis cõminata illis morte audire recusauit. Tenebatur em̃ ciuitas firmissimo anglorum presidio Caduceatorũ relatiõe ꝑcepta Carolus copias ad ciuitatẽ ꝓmouere mãdat. Admotis in vrbis cõspectu militib⁹, atq; per caduceatorẽ de dedẽda ciuitate ciuib⁹ iterũ admonitis, postq̃ triduo toto quo illic acies constitit, nemo in colloquium ꝓdiret, ingruerẽtq; cõtinui imbres (erat em̃ hyemis principiũ) dunẽsis comes ad pontẽ arcis se recepit

diuersātibus p circūiacētes vicos ad hibernādū militibus Dū hæc ita rothomagi agērur, aliquot ciues quibus grauis esset anglorū principatus, duas turres cū muro intermedio per speciē custodiæ occupāt, aīo quidē frācos oppugnatiōis tēpore in ciuitatē admittēdi. Ea spe erect⁹ Carolus dunēsem comitem cū oībus copiis rothomagenses adoriri iubet. Posito in conspectu ciuitatis toto exercitu/ duas acies dunensis instituit, vnā cui ipse p̄erat ad portā (q̄ bellouaca dicit̄) sistit. Altera quā claremōtensis comes Carolus ducebat inter furcas & ciuitatem se locat. Expectātibus in eo ordine francis si quod a ciuitate signū ꝓdiret, venit ad eos hora post meridiē ferme secunda homo eques renūciās duas turres a quibusdā ciuibus nō alia causa teneri q̄ vt opē accedētibus frācis afferrent. Quo nuncio admonitus dunēsis sagittarios ad eā partē qua turres erant mittit. ipse vero pedes (reliquo comitāte exercitu) subsequitur. Iā scalis erectis quadraginta armati in ciuitatē euaserāt, cū Tallebotus cū trecētis egregie īstructis peditib⁹ ꝓperās, militare vexillū i sūmo muro sistit. Moxq̄ in eos qui murū fugauerāt, & qui turres tuebātur debacchatus, sexaginta trucidat p̄ter aliquot quos seruādos delegit captiuos. Qui vero p̄cipiti lapsu e muro in fossā volētes se demittebāt, vel crure vel brachio (paucis īcolumibus) fuēre mutilati. Post scdam oppugnatiōis diē rothomagēses indignati aliquot ex suis nō mediocres ciues a tallleboto occisos esse, neq̄ parū formidātes ne altera oppugnatiōe expugnati p̄da fierēt frācis, primores ciuitatis assumpto suo archiepō cū ppl̄i turba ꝓdeūtes sōbrecetū forte ducē q̄ rex anglus normāniæ p̄fecerat p viā offendūt, atq̄ ad īsequētē modū pōtifex alloqt̄. Nosti clarissime dux q̄ ꝓxime nos circūsedit frācorū exercit⁹, neq̄ miserā ciuitatis cōditionē ignoras. scds nūc atq̄ quadragesim⁹ dies agit̄ quo nec frumēti/ neq̄ vini/ neq̄ lignorū qcq̄ ad nos īportatū est oīm rerū & maxie ānone caritas apd̄ nos ē, p necessariū ē si salui eē volum⁹ rē cū frācorꝫ rege cōpōere

Tallebot⁹

Pontifex sōbrecetū alloquit̄.

Liceat igitur tua cũ venia reipublicę & tuæ saluti cõsulere. Mittere legatos qui icto cũ frãcis qualicũq; foedere ciuitatẽ quiete aliqua leuent. Hæc pontificis oratio q̃uis duci non conueniret, circũ tamẽ aspiciẽs cũ paucis satellitibus inter populi turbam se stipatũ intellexit/ferocitate celata humilitatẽ præ se tulit, se inquiens boni cõsulturũ quod ciues optimũ factu arbitrarẽtur. Moxq; ad publicas ciuitatis aedes se cõferentem, põtifex & populi melior pars secuta est. Ibi cõmuni assensu põtificẽ cũ aliquot ciuibus atq; equitibus anglis oratores cõstituunt. Quibus mandata dant francũ regẽ cõuenire, & cũ eo pacis q̃ optimas cõditiones possent impetrare. Igitur præmissio ad pontisarcẽ põtificis officiali qui ꝓficiscẽdi ad carolũ securitatẽ legatis obtineret securitate habita ad sancti audoeni portũ tribus passuũ milibus ab ipsa põtisarce distãtẽ oratores conuenere. Affuere caroli noĩe dunensis comes, cancellarius. Petrus bresseyus, & Guillermus cousinotus, & nonnulli alij ex regio cõsilio literati homines. Cõsidentibus vtrinq; legatis, rothomagensis põtifex orat rothomagensibus imprimis remitti si quod ab illis in carolũ regẽ perperam gestũ esset. Id quicquid esset nõ incolatũ malicia neq; frãci nominis odio, sed ꝙ anglorũ potentatui inuiti subijcerentur fuisse perpetratũ. Nũc regis potestati se ciuitatẽq; permissuros si cuiq; liberũ foret/ vel abire quo suus animus inclinaret, vel in ciuitate saluis fortunis incolere, si tamẽ ad discedendũ pateret anglis sine offensione ad suos cõmilitones via. His tantum a põtifice postulatis nihil detractũ est, modo iuramento firmarent ciuitatem in caroli ditionem posituros. Adiurati, cũ in vrbẽ noctu reuertissent, gestorũ a se rationẽ donec illuxisset ponere nõ valuerũt. Coacta postera die cõsilio cui sombrecetus assistẽtibus plerisq; anglis presidebat, postq̃ legationis seriẽ põtifex enarrasset/ciuibus cõuenta ꝓbantibus, indignantes angli consilio egressi, alij in palatium/alij in arcem raptis armis se receperũt. Quare cõmoti rothomagenses arma

quodq; desumpsere, cōstitutis passis aduersus hostiles isidias excubijs. Simulq; anglorum se discessionem per nunciū Carolo significāt: vt sine cunctatione subsidiū illis ferat vno oēs animo esse recipere illū i ciuitatē. Interim cum ij qui excubabnt: anglos q̄sdam p vias armatos incedere conspexissent septē ex illis trucidatis reliq̄s in suas muni tiones reppulerunt, murorq; pte cū aliq̄t turrib⁹ & portis occupatis. ¶ Nec lōga iteriecta mora dunensis comes cū ingentib⁹ copijs veniens: Sanctae katherinae coenobium quod i colle ciuitati adiacente situm est (anglis, qui in prae sidio erant se dedentib⁹) recepit. Quib⁹ ne per viam Hōfleum petentib⁹ praedandi occasio eēt: Carol⁹ pecuniam ad quotidianā ipēsam donare iubet. Mox vero coenobio ingreditur. Dunēsis aūt comes ad portā quā marchauillam dicunt castra fecit Anno xpianae salutis millesimo quadrigētesimo q̄dragesimonono. Ad quē ꝓpen⁹ accedentes ciuium primores ex ꝓpugnaculo quod ꝓ ianua erat ita sunt ꝓlocuti. Faust⁹ foelixq; regi & nobis tuus ad nos illustris comes aduēt⁹ sit: populi siquidem iussu tibi occurrim⁹: portarum claues repraesentantes: q̄ itelligas patescere franco militi i ciuitatem aditum: & quem voles ex totis copijs numerum ad nos introducere. Quib⁹ dunensis comiter respōdit. nō suo quidem sed eorum arbitratu se oīa gesturq;. Visum est mille equites cū suis sagittarijs qui i ciuitatē admitterent satis esse. Horq; ps ꝓxime palatium (quo sombrecetus atq; tallebot⁹ suū praesidium cōtiebāt) stationē habuit. Altera iter palatiū & arcē sedē accepit. Tertia duce Petro breseyo: i ipso arcis cōspectu cōstitit. Reliquus exercit⁹ ingens quidem & supra q̄ ante annos multos vis⁹ fuisse copios⁹ p agrū qui ad beluacos spectat diuersat⁹ est. His sicuti annotauim⁹ ordinatis: angli qui pontem ad sequanam amnem tenebant se dedidere. Sōbrecetus vero orat ad Carolum ire sibi liceat. Ad missus petit ad ratū haberi quod Rothomageñ. pōtifex de reddenda ciuitate apud sancti Audoeni portum ad

se veniens retulisset. Cui ad hunc modū Carol⁹ modeste rn̄dēs. Rē īquit Sōbrecete parum æquā efflagitare videris. Poteras æq̄ iure cum rothomagensib⁹ frui cū de ditiōe ageret. Sed tu aduers⁹ pacis legē pugnans quantū p̄te fieri potuit spem ī armis reposuisti: conat⁹ ciues a me auertere. Cōstitui ꝓpterea te e palatio nunq̄ dimissurum donec liberā ciuitatē vna cum Hōfleo & reliquis quæ tui occupant locis ī meam ditionem restituas. Postquā hæc Sombrecet⁹ accepit: valedicens regi ī palatiū remigrauit comitantib⁹ illū comitib⁹ Cleromōtana & Deu. Postridie palatiū arcēq; obsidere Carol⁹ iubet. Sōbrecet⁹ autem vbi ad oppugnatiōrē parari tā diligenter oīa a francis videt ī colloquium cum Carolo admitti petit. Ad regē cū venisset, eadē quę pri⁹ postulans: vt ea que fuerat. Rothomagensib⁹ inducta cōditio sibi suisq; ꝑmaneret. Respōsū accepit, id se frustra sperare qui apud sancti audoeni portū cōuenta recusarat. Atq; ita a Carolo sombrecet⁹ in palatium digressus est. ¶ At dunensis comes Caroli iussu palatium arcemq; fossis circunuallat, ne obsessis egrediēdi facultas vlla esset. Igitur machinis tormentisq; circūadmotis: Sōbrecet⁹ dunensem ad colloquium vocat. Data vtriq; fandi p̄tāte, & diurnis per vices īducijs cōfirmatis: postquā diu multūq; vltro citroq; itum atq; reditum est. Cōuenit Sōbrecetum cum vxore & fortunis suis atq; anglis liberū dimittere ea lege vt aureorꝫ quīquagita Carolo pacis tractorib⁹ milia sex persoluerent: ære quod a ciuib⁹ & incolis angli cōtraxerant īprimis dissoluto. Oppida p̄terea atq; arces ab anglis per normanniam occupatis restituerent. His iureiurando roboratis & obsidibus (inter q̄s Tallebot⁹ erat) datis Sōbrecetus dimissus est. Qui datę Carolo fidei non oblitus thomæ hou & fouq̄to ethoni mandat loca de quib⁹ cōuenerat ī Caroli potestate reponent. Reposita oīa p̄ter Harfleū sunt: quam arcem corson⁹ qui eam præsidio tenebat relinquere pernegauit. Quę causa fuit: vt vn⁹ obsidū Tallebot⁹ alijs abeū

tib' i custodia seruaretur. ¶ Emissis rothomago anglis Kalendis nouembris (oim sctõrum solẽnib' rite religiose q̃ absolutis) Carol' regio apparatu ciuitatẽ igress' mira admodum exultatiõe & oim laeticia except' est. ¶ Dum haec rothomagi gerunt britonũ dux feugeras dedente se francisco aragonẽsi recuperat qui ab anglis quoq; deficiens francorũ partium fuit. Mathagor' praeterea (qui belesinũ presidio anglorum tenebat) postquã nullo suorũ subsidio se adiutũ iri cognoscit. Locum duci alenconii liberũ dimitrit. Fusam itẽ per id tps fuisse inuenio ãglorum cohortem ad gaurayũ normãniae oppidũ cũ frumentatum pgerẽt. Hec dedes a militib' comitis sancti Pauli ducib' gaufrido courano & Ioachino roaldo facta esse tradit. ¶ Postquã tẽp' quod satis ad res rothomagi cõponẽdas erat/Carol' exegit: Caudebecum pfect' Harfleum exercitum duci iubet. Cui' obsidio difficultatem multam afferebat. Tum ppter maris aestuaria. Tũ ppter hyemis asperitatem quae & gelu & ymbrib' pl' solito ihorruerat. Neq; i agro vicino aedes aut tuguriola erãt ad militũ stationem sed vt quisq; meli' poterat scrobib' ad hoc effossis: sedẽ sibi pauerat, paleis atq; genestis eas obtegentes. Praeerant tormẽtis atq; ipedimẽtis Ioannes & Iasp bure au frẽs idustrii hoies. Hi vineis atq; aggerib' extructis: bombardas sexdecĩ ad quatiendũ Harflei muros in ipsi' aestuarii arenis stacuerãt: ita vt p fossas ad oppidi pxime muros tuto pueniri posset. Et Carol' quidẽ casside armatus & manu clipeum ferens/iterdũ ad op' visendũ accedebat. Ab occeano aũt quiq; & viginti nauiũ classis excubabat ne vel ab anglia obsessis suppetiae pdirent vel obsessis fuge adesset facultas. Hac tã arcta circũsessiõe coãgustat' hostis: dunẽsem comite ex muro secũ verba habere efflagitat. Huic nomẽ erat Thomas auringan' in praesidio habẽs anglorũ milia duo. Conueniente comite deu: cũ diu fuisset de deditione fabulatũ, tãdẽ natalis dñici die decretum est, hostẽ infra kalendas ianuarias loco exces-

Carol' rex rothomagũ ingredit.

Recupat feugere.

Harfleũ.

surũ: suis idē facultatib⁹ sine controuersia exportatis. Id decretũ sigillis sex francorũ ꝓcerũ firmatũ est: & ab hoste octo obsides dati, Kalēdarũ die harfleũ receptũ & obsides restituti. Quinto post die relicto firmo praesidio Carol⁹ Honfleũ copias mittit. ipse interi ĩ coenobio gemetē si diuersat⁹ est. Quo ad eum agnetem (quam ꝓpter egregiam speciem bellam appellabāt) venisse Ioānes charthери⁹ gestorũ Caroli scriptor tradit: eo animo vt regem admoneret ꝓditionis qua ĩ eum quidam cõiurauerant. De hac agnete cõstans mea ętate fama fuit eam a Carolo adamatam fuisse & puellā breuissimę vitae pepisse, q̄q̄ Carol⁹ ex se ꝓgnatā esse oĩno diffiteret. Decessit ĩ eo coenobio agnes cõdito sexagita miliũ aureorũ testamēto: vbi ex secta ei⁹ praecordia humo tradita sunt reliquũ cadauer lochias elatũ & ĩ diuae Mariae tēplo sepultũ. Fuit nāq; admodũ lepida & faceta, luxuq; & vestium cultũ supra mulieris modestiā gl'iabunda. Qui fact⁹ q̄nquidē nõ nisi grā di sumptu ducitur, ei⁹ põpę ipensam ad amorũ mercedē Carol⁹ facere credebat. Accessit ad stupri suspicionē ꝓpi q̄rũ agnetis ad dignitates ecclesiasticas repētina ꝓmotio.

Hõfleũ

Bella agnes.

¶ Per eos dies comes fuxi cõtracta igenti militum manu Lantretum fratrem & fuxēsem notum occidere guycē, validā ĩ agro Baionēsi arcē iubet. ¶ Id postquā nauarrus conestabilis cognouit, coactis āglorũ copiis vna cũ georgio soltinto baionensi prętore, nauibus per amnem qui baionam praeterfluit vt obsessis auxilio adesset ducens a francis (quib⁹ hostis aduēt⁹ praedict⁹ erat) interceptus est & anglorum ducenti supra mille occisi. Georgius autem vbi male suis fauentem fortunā intellexit Cuneo sexagita equitum facto, p mediā francorũ aciē irrũpens ĩ ꝓpugnaculũ arcis ꝑuenit. Vñ noctu egress⁹ cũ Baionā se recipere festinat a fuxēsi notho fugiēs capt⁹ est. ¶ Ad Hõfleũ redeo. Quo pręmissi franci sagittarij dũ reliquae copiae aduenirēt aliquot p̄liis cũ hoste decertauerunt. Quo postq̄ dunensis comes accessit: & tormēta admota sunt:

Guyces castellũ ꝓpe baionā

Courson⁹ æques angl⁹ Hõflei pfect⁹ ad.xiij. Calẽdas martias cædere arcē nisi ĩfra eũ diem subsidio suorum iuuaret̃ pmisit. Frustrat⁹ expectatione: arcem reliquit fortũas suas secum exportãs. Freneyũ itẽ receptũ est libere abeuntib⁹ anglis, qui illud præsidio tenebãt: recepto quoq; mõforto præfecto qui apud Pontem audomari capt⁹ extiterat, p cui⁹ redemptione salutiorũ milia decem soluerunt ¶ Eisdem dieb⁹ thomas cui quiriel⁹ cognomen fuit: cum trib⁹ hoim milib⁹ ex anglia normanniã appellãs, vanlõgnas ĩuadit quas post primum & vigesimum obsidionis diẽ (libere inde emisso a bello roaldo) capit. Nec diu illic morat⁹: ipse cũ suis & ijs qui ppinquioribus oppidis ĩ psidijs erant, Cadomũ baiocasq; mouẽs per vada clemẽtis iter facere cõstituit. Ea re cognita, Carol⁹ comiti claremõtano mandat, Thomã quirielum persequat̃. Igitur assumptis castrensi comite: & Petro breseyo, alijsq; insigni virtute pcerib⁹, sexcẽtos equites cum sagittarijs ducẽs Gaufridũ cẽuranũ, Et Ioachinũ roaldũ prçcedere cum suis cohortibus iubet, qui hostiũ iter explorent. Inuento tandẽ: hoste postremã aciẽ adoriunt̃. Occisis aliquot anglis tantilla fortuna cõtenti: paulo ab hoste seorsum se receperũt donec inuentum a se hostem comiti nunciassent. Nũcio accepto comes copias diligenter pmouet: & anglos assequi festinat, qui ad vicũ forminiacum qui carentum iter & baiocas est iam puenerant. & conspecto pcul franco exercitu ĩ acie stabant ĩstructi: adciscentes confestim sibi ex baiocis mathagotum. Erant illis a tergo pomaria & sepes quæ francum ĩ eos pgredi maxime phibebant. Quare ĩ conspectu hostium veniens comes leuib⁹ prælijs anglos lacessit. Verũ multitudie militum ĩferior richemontẽ ex sctõ laudo ad se venire p nunciũ orat. Qui impigre aduenit: Iacobo luxemburgo eũ comitãte, quos Lauallus dorualluslq; & ioeac⁹ seqbãtur: qui ducẽtes & q̃dragita eqtes pter sagittariorũ magnũ nũcrũ sil̃ efficiebãt. Iã em comes claremõtan⁹ diu pedes pugnam cõmiserat: & pau-

Pugna formigniana

Iulij cesserat loco:aliquot tormentis amissis cũ richemõ-
tius ex molẽdio cui de fossa appellatio ẽ:vbi castra posue
rat suos in hostem emittit.Quos postq̃ ad pontem quẽ
de barra incolæ vocant cõcessisse mathagot⁹ cõspexit,ip
se cum vero ĩsigni equite ãglo & mille satellitib⁹,desertis
socijs pars cadomũ:ps baiocas petit. Desert⁹ a mathago
tho quiriel⁹ ad inferiorem ꝓfluentem(q̃ vic⁹ alluit)cum
militones suos cõcedere iubet.Illic cõmisso acerrimo prę
lio,sagittarij anglos fundũt,& ꝑti iterimũt se cũ comite
claremõtano ꝑten⁹ coniungentes.Nec mora iussus a ri-
chemõte petr⁹ bresey⁹ superiorẽ anglorum alam iuadit:
quosq; obuios ꝓsternẽs q̃q̃ viriliter anglus decertaret.
Vtroq; cornu fuso,richemõt⁹ supato fluẽto hostẽ totis
copijs aggreditur.Decertatum est eo loco incredibili ꝑti
natia.Nec ꝓfuit anglo q̃ multitudine præstaret. Occu-
buere eñ septĩgẽti septuagita quatuor supra milia q̃tuor
& thomas quiriel⁹ cũ alijs mille ĩsigni nobilitate anglis ca
ptus,octo tñ ex francoꝝ exercitu desideratis.Præ cæte-
ris francis enituit eo prælio spectatissima monsgasconis
& scti seueri fortitudo.Nec caruit laude Petrus breseyus
plurimiq; habitus est dñs manneyus Floqueti militum
ductor.qui Floquet⁹ effracto a calcitrante æquo crure
apud Põtẽ arcis ęgrot⁹ decubabat. ¶Parta ĩsigni victo-
ria frãci viꝝ copias duxere:nõ sine cõtrouersia,conestabi
li ne an comiti claremõtano ei⁹ victoriæ gl̃ia deberetur.
Plerisq; affirmãtib⁹ i conestabilẽ victoriã esse referendã
qui magistratu supior esset. Alijs cõtra cẽsentib⁹ comitẽ
claremõtanũ ad id præliũ a rege delegatũ noĩe fuisse,cui⁹
q; ausp icijs partã victoriã.Diremit cõtentionẽ Carolus,
& rẽ sapienter fortiterq; gestam claremontano assignauit.
¶Parisiani de victoria formigniana acertiores facti,duo
decim pueroꝝ ĩfra primam adolescentiam milib⁹ ad san
ctũ ĩnocẽtẽ contractis:supplicationẽ ad diuę Marię tẽplũ
decreuerũt,singulis eorũ lucernã cereã accẽsam manu ge
stãtib⁹. Viro quo se franci contulerant recepto: claremõ

tanus baiocas cōtēdit richemōtus ad britonū ducē profe fectus est qui delecto exercitu abrincas circūsedere statue rat. Circūuallata ciuitate & crebris per dies viginti oppu gnationibus vexata, Lanyer⁹ loci praefect⁹ cū praesidio li bertate abeūdi impetrata ciuitatē reliquit. Tōbellenā prę terea arcē nō lōge diui michaelis iugo distantem in rupe extructā britonū dux anglis (q̄q̄ frequētes essent) ꝑuo ne gocio exclusis, Caroli noīe recepit. Eodē anno q̄ fuit salu tis quadringētesim⁹ quinquagesim⁹ supra mille carolus in baiocēses dunēsem comitē cū exercitu legat. Qui nihil moratus ad suburbiū quod Cadomū versus spectat ca stra fecit. Claremōtanus comes & ipse castrensis cum suis copijs alterā q̄ ad carentoniū vergit occupant. Domino de mōtenayo copiarū ducis alēconij ductori & Roberto conigano scoto pars quae ad diui frācisci coenobiū est ces sit, atq; ita trib⁹ diuersis locis baiocēses obsessi, dies quin decim grauē obsidionē tolerauere egregie pugnātib⁹ an glis qui in praesidio erāt nogenti lōgo armorū vsu bella ces. Itaq; q̄q̄ crebro tormētorū iactu muri ꝑ ambitū ciui tatis deiecti essent, facileq; expugnationē fore milites frā ci existimarēt, inuitis principibus bis vno die oppugna tionem tētauere. Cupidi deturbare tota normannia an glos. Accepi regnobertū quē in sanctorū numerū relatū baiocēses magna religione venerant qui viuēs & baio cassinus comes primū, & deinde eps extitisset, visum fuis se ꝑ quietē dunēsi comiti, eiq; oppugnationis admonuis se, quā miles frāc⁹ reparabat, vetuisseq; ne id pateret, sed furētē exercitū reuocaret. Id si faciat, bñ quidē obsidionē sibi cessuram. si secus dispēdiū accepturū, atq; ea visione excitatum comitem mox ad milites properasse, eosq; ob oppugnandi pertinacia reduxisse. mathahotum vero post qnindecimam obsidiōis diem ad colloquium cum dunensi comite accessisse, conditionesqne suae & anglo rum ex ciuitate digressionis accepisset. Enimuero tan etsi multa sibi concedi peteret, illud tantum impetrat,

Virus capitur.
Abrince.
Baiocenses.

abiret cū suis cōmilitonib⁹ liber, armis relictis. Clariorib⁹ aūt foeminis singulos aequos qui eas veherēt habere equitibus aureos decē peditib⁹ quinq; exportare ꝑmissum In terdictum ne cadomū sed chereburgū se reciperēt. ¶ Sub idem tꝑs briquebecū valōgneq; a conestabili receptae, cū sancto saluatore vicōto. ¶ Deinde cadomum obsessum quod firmissimo praesidio anglus tenebat. Richemōthus ad diui stephani monasteriū stationē accepit, cui se confestim comes claremōtan⁹ cōiunxit. Erāt his militātes equites mille ducenti cū quattuor milibus & quingētis peditibus duobusq; milib⁹ frācorū sagittariorū. Dunēsis comes suburbiū vancellēse obtinuit, quingētos equites pedites quingētos supra milia duo, & totidē frācos architenētes ducēs. Affuere quarto post die niuernensis comes cū comite deu, & armatorum fortissima manu, qui orna amne per pontē ad idipsum a frācis cōstitutū transmisso ad trinitatis coenobiū cōsedere, cōuenientibus ad hūc modū copijs postera die ꝓpugnaculū quod ad diui stephani sedē vergebat expugnatū est. Venit deiceps carol⁹ & cū eo renatus siciliae rex mille equitib⁹, duobusq; sagittariorū milib⁹ aequo vectis & totidē frācorū architenēsiū milibus stipatus, diuersatusq; est apud ardaynū monasterium vbi ꝑ tꝑs obsidionis habitauit. Auxit militū aīos caroli pn̄tia, & circūductis ꝑ ambitū fossis, cuniculis ad oppidi moenia succedebāt. Et ꝓpugnacula q̄ ad vācellēse suburbanū ꝓ portis erecta erant, Dunēsis ante oēs oppugnare coepit, vicq; expugnauit Conestabilis vero nihilo segnior turrim quae ad anglorū oppidi ad sc̄tm̄ stephanū versus extabat suis ꝑ cuniculū missis deiecit. Ea ꝓlapsa hostē ita perterruit, vt de deditione mox colloquiū iniret. Rebus cōponēdis carolus dunēsem & cū eo petrū bresayū Ioannemq; bureū praefecit. Anglorū noīe richard⁹ herissonus cadomēsis praeses quā balliū vocāt, & robertus gargeus conuenerunt. Pro se eustaciū gauuetum & diui stephani abbatem cadomēses misere. Conuentionis dies postridie

Cadomēses.

festi diui baptistæ Ioãnis fuit. Pactum est anglos oppido excessuros, si infra iulias Kalẽdas ope subsidioq; suorum non iuuarent. Ad constitutũ diẽ cũ nemo illis suppetiaretur cõuentis paruerũt oppidũ arcemq; dedentes. Erat in arce dux sombressetus cũ vxore & liberis, magno vallatus militũ p̃sidio. Nam ad oppidi custodiã quattuor anglorũ milia fuisse memorant. Quibus ad sua in angliam cõuehẽda naues datę sunt. ❡ Liberato anglis cadomo dunensis comes cum ducẽtis equitib⁹ & sagittariorum frequẽtia p arcẽ in oppidum ingredit. Quinto post die Carolus a populo magnifice exceptus, postq̃ magistrat⁹ officiaq; distribuit, exercitum fallesiã ire mãdat. Dum cadomi Carol⁹ agit venere a philippo burgũdorum duce oratores dñs croyus & ioãnes croyus fratres, & darsius quoq; cãpanus æques aurat⁹. q caroli filiũ peterẽt, carolo philippi filio vxorẽ dari. ❡ Procedẽtibus fallesiã copijs. Fallesia. & ioãne bureo q impedimẽtis p̃erat multos sagittarios ducens lõgo interuallo subsequẽte angli eruptione facta impedimenta adoriunt. quos cum egrę bure⁹ sustineret, affuit cõfestim potonus cũ valida cohorte cuius virtute in suas munitiones hostis se retulit. Succedẽtibus deinde copijs, fallesia toto ambitu circũdat. Cui obsidioni cum multo plures q̃ negocio cõueniret assistere carol⁹ intelligit, richemõtẽ cũ parte copiarũ chereburgũ mittit. Qui ad fallẽsiam mãserunt multis subactis fossis tormentisq; muros quatiunt, obsessos nullo tpe quiescere pmittẽtes. Qua re veriti andreas tresbot⁹/& thomas ethonus quos eo loci tallebotus ad præsidiũ cum quingẽtis supra mille anglis reliquerat ne vi expuguarent, ea cõditione fallesiã in caroli ptãte reponendã datis obsidibus se astringunt. si tallebotũ dñm suum (qui apud druydas captus tenebatur) Carolus liberaret. Exactis vndecim dierum inducijs (nemine suppetias obsessis ferẽte) & talleboto recepto, angli qui fallesiam tenebant liberi abiere. Fallesiæ præfecturam potono Carolus cõtulit. ❡ Atq; inde exercitus par-

tem Carolo culauto duce danfrōtū legat. Ea arx & si for

Dāfrōtū.

tissima esset validoq̧ anglorū praesidio teneret, hostis nihi lominus fortunae pn̄tis iniquitatem cōsiderās, impetrata abeūdi ptāte oppidū cū arce frāco pmisit. ¶ Eadē tempe state xp̄ianae quidē salutis anno millesimo quadringētesi mo quinquagesimo frācifcus britonū dux q̄ caroli par- tes cōstanti fide secutus fuerat mortē obijt. Huic aduer- sus egidiū fratrē inexpiabile odiū fuit. Propterea q̄ angli cę factionis esset, neq̧ vlla rōne vt ab ea resipisceret addu ci poterat. Qua in custodia habitus francisci tandē iussu a duobus satellitibus mantilibus ad eius iugulum cōtorsis strangulat̄. Eius necis culpā in montabanū q̄ egidij custo diā a duce recepat britones referūt dicentes egidiū quidē bono in francos aīo fuisse, sed mōtabani pfidia secus ac il le sentiret francisco relatū extitisse/eiusq̧ rei testes postea fuisse collegas montabani, quorū pars vltimo supplicio affecta est, pars fuga vitae consuluit. ¶ In chereburgi obsi dione res an̄ illā aetatem inaudita gesta est, cuius auctorē fuisse ioānem bureū traditū est. Est chereburgum arx ad maris aestuariū sita loco arenoso & ad tormenta locanda solo instabili quo per dies singulos semel atq̧ iterū mare influit. In tam malefido loco ioānes bureus tormēta sta- biliuit, obtegens ea cōtra pelagi iniurias tegumentis co- riaceis quae multa pinguedine ipse deunxerat. Eo pacto puluis qui in tormentis erant defensus, nullo maris hūo- re viciari poterat, ita vt restagnāte pelago tormenta fa- cile ad iactum eriperent̄ & muros arcis concuterent. Rei nouitatē admiratus Thomas gonelus praesidij modera- tor, deinde arcis consilium capit. Erat illi filius ob es con tractum rothomagi obses; Hunc in praecium deditionis sibi restitui petit. Quo recuperato ip̄e cum toto cherebur gi praesidio in angliam liber dimissus est. Initio huius ob sidionis occisus ex muro est praefectus coytiuus fran- ciae admiraldus bello strennuus & fide erga carolum spectatus. Interemptus praeterea tedualus cormosia-

Egidi⁹ du cis britan niae frater strāgulat̄.

Nota.

nus trecensis pretor bello non illaudatus eques. Hec chereburgi arx vltima locorū fuit que anglis deuictis in normānia Carolus recuperauit. Post annū & dies sex q̄ bellū incoasset, parua quidē hominū cede atq; strage si hostium multitudinem atq; potentiā, variasq; per loca victorias putes. Est eñ terra normannia vna metropoli & sex vrbibus quatuor & nonaginta munitissimis oppidis atq; arcibus potēs, plerisq; vicis frequens ad ciuitatū speciē extructis quā sexto vix die expeditus pertrāseat, pecoris & piscium ferax, frumenti vberrima, pomorū atq; pirorū tā passim cōferta, vt hinc potū gēs sibi affatim exprimat & ad exteros copiose fructus exportet. Lanificij plebs studiosa est & bibax etiam pomacij quod siceram vocant. Gens omnis suapte natura callida, nullis exteris legibus obnoxia, moribus suis & consuetudine quā pertinacissime tuetur viuit, doli quidem & litis apprime gnara, quo fit vt cū illa societatē aut negociū sortiri exteri formident, alioquin doctrinæ & religioni dedita, bello insup idonea & fortis. Cuius egregia in exteros gesta plurima referūtur

Normannia & normanni.

¶ Post subactā normāniā quā armis tuēdā richemōtius accepit, carolus ad aquitanos aīm cōuertit, quibus quadragita supra cētū ānos anglus dn̄atus fuerat. primas eius belli ptes recepit lemouicēsis vice comes & cum eo carolus culautus marescallus, potonus santralianus / Petrus louuanius, ioachinus roaldus / & Gaufridus de sancto belano. Hi ad bergeracum agri petragoricorum ducentes oppidū circūuallant, admotisq; tormētis expugnant. Cui ad p̄sidiū p̄ficitur cū cētū equitibus Philippus culautus. Inde iosacū in dordonæ annis ripa sitū mouentes, occisis quinq; & viginti anglis castellum capiunt, dedentibus se mox aliquot finitimis locis. ¶ Cum ad aquitaniæ expeditionem pecunia ad militis stipendiū parum sufficeret, delatus est xāconius regij fisci primarius quæstor q̄ regiā pecuniā male administrasset, idcirco in vicula apud turonos cōiectus īgētē admodū pecuniā regio se erario detraxisse cōfessus est

Aquitania.

Igitur diuturno carcere castigatus, q̄q̄ grauior peculatori poena deberetur, tn̄ cētū & viginti milib⁹ aureorꝫ a benigno rege mulctat⁹ est. leue quidē ꝓ imēso furto supplicium. ¶ Per id tēp⁹ doruallus comes albreti fili⁹ anglos exosus, ex basaco ad medociū nō ꝓcul a burdegala insulā, prędę gratia iter faciēs cū sui curādi & reficiēdi causa in saltu qui secus viā erat restitisset, certus efficitur burdegalenses duce suo maiore (sic em̄ ciuitatis magistratū vocāt) in eū arma desūpsisse, atqꝫ in ꝓximo circiter nouē peditū milia adesse. Quo nūcio minime exterrit⁹ doruallus, tāetsi quīgētos tm̄, sed egregia virtute milites haberet aciē istruit moxqꝫ hostē adorsus, sexcētorū supra mille hoīm cędere fecit fugiēte burdegalā duce. Coepit praeterea ducētos & mille captiuos. Huius victoriae ptes sibi merito vendicauerūt stephanus vignolus / Robin⁹ petit⁹ qui scotorū cohortes ducebat, & alter militū ductor cui Lespinassus cognomen fuit militari fortitudie atqꝫ vsu excitati. ¶ Frācisco britonum duci cū petrus in principatu successisset / ad carolū se cōtulit qui eo tēpore mōbasonem incolebat. Veniēdi causa erat fides carolo ob ducatū ꝓstāda, vtqꝫ in regis v̄ba iuraret. Fidelitatis sacramētū soluētib⁹ mos est cingulū ensem clippeūqꝫ deponere, quae relicta ad primariū regis cubiculariū pertinent. Postquā fide Carolo praestita ea militiae insignia petr⁹ deposuit, Trenell⁹ cācellari⁹ Tu igitur inquit illustris dux regi liberā ꝓrsus fidē exhibes, eiqꝫ vt dn̄o pariturus te illi subiectū ostēdis. Cui ducis cācellari⁹ qui iuxta astabat respōdēs. Nō inquit vt locut⁹ es, francorū regi se subditū dux ꝓfitetur. Diuersa est & in hoc atqꝫ aliis frāciae principibus ratio fidei prestandae. De hoc verbo cum diu altercatum fuisset, & ego inquit Carolus o illustris dux, tuorū antecessorum more te admitto. Deinde petrus ob mōtissortis comitatū in Caroli verba iurauit, nullaqꝫ adiecta cōditione Carolo fide se abstrixit. ¶ In sequēti vere rex dunēsem comitē in aquitaniam legat adiectis illi copiis. Imperatqꝫ mōrēguyonem circū-

Comes doruallus

Altercatio de mō ꝓstādi fidē regi p britonū ducem.

sidere. Ad quem angolismorum dux nō lōge post cū iusta militū manu, ipseq; ioannes bureus accessit. Fuisse in eo exercitu quadringenti equites cum suis peditib⁹ & gesarijs, & tribus francorum sagittariorū milibus referūtur Eques em̄ apud francos is est qui vno gladiatore & duobus sagittarijs militat publico stipendio alitus. In p̄sidio mōtisguyonis erat Arnold⁹ de sancto iuliano, qui desparata salute cōfestim in colloquium cū dn̄o rochechoardi, & rochefoulandi, ioanneq; bureo venit. Deditionis cōditionibus firmatis, cū ad diē p̄finitū nemo anglorū nomie suppetiatum arnoldo venisset ipse libertate cum suis bonis abeūdi obtēta. mōtēguyonē Caroli potestati reliquit ¶ His quoq; dieb⁹ dunēsis comes blayā quę e regiōe medoci insulę i littore maris sita est duob⁹ locis obsedit, qui in portæ conspectu stationem sibi cōstituens, ad arcis regionē aliquas copias locat, quibus præfecti erāt Iacobus chaban⁹, & Ioachin⁹ roald⁹, a mari vero Ioānes bursarius classi imperitabat, armatos cōplures atq; cōmeatū vehēs. Qui ad portum succedētes, quinq; ingentes hostium naues ex burdegala obsessis subsidium frumentumq; laturas cōspiciūt. Quas intrepidi adoriūtur, & duro cōmisso praelio anglos in fugā agūt, eos ad stationē vsq; burdegalensem persequentes. Reuerso ex hostium fuga bursario blaya tormētis quatit̄. ita vt multis partib⁹ muri corruerint, & frāci aliquot sagittarij de Petri Iouuanij phalāgæ occidēte iā sole in muros p̄uaserint, sequētibusq; reliquis oppidū vi ceperint ducētis ex p̄sidio p̄tim occisis partim captis, cęteris in arcē se recipiētibus. Quib⁹ vita his cōditiōibus salua fuit. Oēs in regis potestatē iure captiuitatis venirēt. Vnde p̄cio dato se redimere postea possent bona sua oīa sub custodia deponerēt, nec inde quicq̄ exportarent. Liberati aliq̄n in francos arma nō caperēt. Nec captiuitate eximerētur nisi ea q̄ per aquitaniā occupabāt libera dimisissent, dimissis etiā quibusq; quos vel iure belli vel contracti æris obligatione ipsi haberent in vinculis.

Eques.

Mōsguyō

Blaya.

Erat cū anglis petrus de mōteferrato homo insigni nobilitate qui pręsenti libertate donatus est datis obsidibus filio & nepote donec decē aureorū milia persoluisset. Qui si intra quadragesimum diem fidelitatis iuramētum Carolo pręstaret, duosq; suę ditionis oppida dunensi comiti seruāda committeret pecunia absolueretur. Rebus apud Blayam ita constitutis franci oppidum arcemq; recipiūt

Burgus. seq; mox ad burgum cōferentes (vbi Berardus de mōte ferrato, cū quingētis bellacibus armatis in pręsidio erat) loco potiūtur, dedētib⁹ se anglis & sua īde libere ex cōposito exportātibus. Eodē ferme tēpore quatuor locis franci obsidionem posuere Albretus cum duobus suis liberis & robusta militum manu arquas. Armignyacus comes ryonē. Comes de pointieure castillionē in petragoricensium agro circūuallat. Dunensis comes fronsacum natura atq; arte munitissimā arcem petere iubet. Interim autē libournenses missis ad Dunēsem comitem oratoribus certis se legibus Caroli ditioni credidere. Obsessi vero quatuor locis angli cum accepissent Burdegalos de ditione cū francis verba facere acerrime quidem se defendebant, euentū cōuētionis pręstolātes/vt vna cū ciuitate cōmuni pacto vterētur, aut re infecta cōditioni tēporum se accōmodarēt. Sed qui frōsacū tuebātur, obsidione angustati ad. xiiij. Kalen. Iunij arcē francorū potestati pmittere pmiserūt nisi intra illā diē suarū partiū duces opē illis afferrent. Postq̄ frustra auxilium expectant, fronsacū vt cōuenerat relinquunt cum suis bonis abeuntes, receptis obsidibus quos ad promissi firmitatem dunēsis comes acceperat. Dum hæc in prædictis obsidionibus gerūtur bur

Burdegalenses. degalēses ad dunensem comitē suos nuncios mittunt cū mādatis se atq; ciuitatem cum prouincia vasconiæ caroli potestati diffinitis cōditionibus summittendi. At nos deditionis formulā nō subijcimus/ ppterea q burdegalēses in fide nō māserūt, q̄q̄ exacta die qua ex anglia opem pręstolātur, frācos in ciuitatē induxissent. ¶ Fuxensis co-

mes & captaubussus burdegalorũ exẽplũ secuti in caroli ditionẽ venere, quibusdã adiectis cõditiõibus quas dunensis comes fortunã nõ aspernatus regis nomine admisit. Pacata omni fere ꝓuincia magna pars exercitus domũ dimissa est quę viginti miliũ robustorũ virorũ & qui armis assueti essent numerũ efficere certo cognitũ est. Superat vltima vasconũ baiona, quã missis cũ expeditiõe comitibus fuxi & dunẽsi circũuallare carolus mãdat. Obsidio ꝓpter bina fluenta dorã & niuã quibus ciuitas poene omnis alluitur, duobus locis ita partita fuit, vt alter exercitus alteri suppetiari nõ posset. Paucis tamẽ intercedẽtibus diebus angli qui suburbiũ sancti leonis forti pręsidio tenebant (rebus suis diffisi) suburbiũ cũ sacris locis incendunt, ad suos se recipientes. Quos insecuti ꝓpere frãci parũ absuit quin vna cũ hoste in ciuitatẽ irrũperẽt, sed altissima fossa impediti impetu abstinuerũt. Postridie eius diei albretus & vicecomes Tartasus cũ ducentis equitibus & tribus sagittariorũ milibus sublicium pontũ qui ad sanctũ spiritũ ducit, per quẽ ad obsidentes hosti patebat accessus occuparunt, eumq; deficiunt. Erat ad mare ꝓpugnaculũ quo eruptionẽ facere hostis poterat. Igitur imperatos intercipere frãcos ratus cũ clam milites eduxisset, bernardus biernus fuxensis nothus in hostem ꝓgressus eum in ciuitatẽ egregia virtute retrusit. Nec longa interueniente mora templũ ciuitati ꝓpinquũ fossis atq; aggere diligentissime munitum partim dolo partim vi atq; armis capit, atq; ita circũquaq; ciuitate cõclusa obsessi metu ꝑcellũtur. Nec tardant nũcios ad comites mittere qui colloquium impetrent. Quo assecuto pax eis concessa est, si Ioannem de belmonte rhodium equitem pręsidij praefectum cum omni reliquo praesidio captiuum darent, reliquis ciuitatis incolis suis legibus relictis/ si quadragita aureorũ milia in rebellionis mulctã persoluerent. Ad hunc modũ Baiona caroli ditioni restituta est. ¶ Die vero insequẽti oriẽte sole sereno coelo crux cãdida in coelo visa ap

Crux candida.

paruit quã & frãcus anglusq; palã cõspexit. Quo cęlesti si gno arbitrati ciues se diuinit⁹ admonitos Carolo parere mox angli regis insignib⁹ abiectis cãdida se cruce (vt frã cis mos est) ornauerũt. Baiona recepta aliquot ex burdegala atq; baiona ciues ad Carolũ qui apd' taliburgũ agebat veniũt, fidẽ nõ secus q̃ suo regi exibente baionẽsibus aut Carolus ex miliũ quadraginta mulcta viginti remisit. Eadẽ tẽpestate gandenses a philippo burgũdionũ duce discessere ob salis tributũ quod illis annuũ iponere conabat. Hic bello excitato magna pars regionis cęde atq; incẽdio vastatur. Nec fuit Philippo incruẽta victoria. Rediere tãdẽ in ducis beniuolentiã gãdenses, rebellionis pœnas magno ære luentes. In anglia quoq; ob reipublicę administrationẽ dux eboraceñ. & sombresserus cõgregatis copijs manu cõserere festinabãt, nisi episcopoꝝ studio atq; moderatione destitissent. ¶ Per id tẽpus nicolao quito ecclesiã romanã ministrãte cũ turci capto bizãtio græciã oẽm fere occuparẽt, Guillerm⁹ detoteuill⁹ Rothomagẽsis cardinalis ad carolũ legat⁹ mittit ꝑ iter frãcos anglosq; pacis arbiter esset. Nã tã potẽtib⁹ regibus bello ꝑ odiũ occupatis, reliquos xp̃iani nois populos a turcis iuadi & facile vinci põtifex verisimiliter formidabat. Legato carolus respõdit, dolere sibi ea q̃ a turcis gręcia pateret. Neq; se adeo i anglos esse cõcitatũ qui positis armis ęquã honestatẽ paceq; admittat. Id semp nõ mõ optasse sed & hosti obtulisse. Ea si interueniat se armis milite atq; opibus afflictis xp̃ianorũ rebus vltro auxiliaturũ. ¶ Traiecerat in angliã ad hẽricũ regẽ eadẽ causa archieps rauennates. Cui ꝑ regis hẽrici ad id delectos cõsultores respõsum est. Cũ tm̃ terræ a frãcis angli sustulerit q̃tũ carolus ab eis abstulisset, tũ oportunũ fore vt de pace cõuẽtio haberetur. Tam superbæ verbum fecit hostis, cui de christianorum eminenti periculo nulla cura erat. Igitur legatiõis exitus inanis extitit, nisi q; scolæ Parisiensis deprauatos mores compositiores reddere legatus studuit, excommunicatio

Gãdenses

Cõstantinopolis a turcis capitur.

Reformatio scolæ Parisiẽsis.

nis mucrone feriens eos qui positarũ a se legũ preuaricato res forẽt: qui ve scolae rectoratũ id est primariũ magistratũ qui tertio quoq; mense finit: pecuniae largitiõe reciperet. Qua lege caeteri quiq; scolastici magistrat⁹ tenebant: ne solito strepitu atq; largitiõe officia venirent. ¶ Dũ haec a legato geruntur: Iacob⁹ cuer⁹ Caroli argentari⁹ cum turcis cõmerciũ habẽs: delat⁹ est q̃ ois generis arma cõtra ecclesiasticã phibitionẽ ad illos iportasset: opificesq; & fabros eiusmodi artis ad eos demisisset. Christianum insup e turcorum seruitute forte elapsum domino suo captiuum remisisset: & ingentẽ p figuam occitanã pecuniam exegisset. Eas ob res in carcerẽ Caroli iperio coniect⁹ est: deide grandi aere mulctat⁹ in exiliũ deportatus. Poenas q̃q; falsae delatiõis luit foemina isignis cui mauritaniensis nomẽ erat. ¶ Inuenio sabaudiae ducẽ p id tẽp⁹ in Caroliũ nonnihil cõmisisse: & ppterea regem irritatum expeditionem i sabaudũ duxisse. Delicti vero modũ scribere non possũ quẽ a scriptorib⁹ nõ accepi. In forestã Carol⁹ cũ venisset (vnde breuis in sabaudos est trãsit⁹) legatus destotcuillus ad nicolaum pontificem reuertens cognito Caroli aduẽtu: ad ducẽ primum cõuerso itiere: mox ad regẽ venit: atq; ita egit vt cõmissorũ poenitẽs dux oia satis Carolo factũ iureiurando pmitteret. Ea ducis poenitudie mitior fact⁹ rex domũ copias misit. Legat⁹ coeptũ iter psequitur. ¶ Interea burdegalẽses vetustae anglorũ consuetudis & cõtubernij non obliti aduersus francos coniuratione facta dñm lesparrũ cũ aliquot ciuitatis optimatibus per speciẽ alicui⁹ conueniẽtis negocij a se dimittũt. Cuius cõiurationis auctores fuisse referunt mõferrat⁹ & danglad⁹ fidei quã Carolo praestiterãt contemptores. Euecti in altũ qui bourdegala egressi erant in angliã ad henricum se cõferũt. Promittũtq; se ciuitatẽq; suã ei⁹ potestati pmissuros si exercitũ i aquitaniam mittat: frãcorũ apud eos nullas copias esse praeter eas quae in praesidijs erant constitutae min⁹ ad conferendũ praeliũ sufficientes. Legatur ad id

Iacobus cuerus.

Burdegalorũ a Carolo defectio.

bellū a hērico tallebot⁹ qui anglorꝫ milia quīqꝫ classe imponens ad medocū insulā.xv.Kalendas decēbris adnaui gant,cōfestiqꝫ aliq̄t cohortes late mittēs terrorē incolis icutit.Burdegalēses audito talleboti aduētu:alter ad alterꝫ sermone clam habito:francorꝫ praefectos liberos dimitti oportere consulebant.Hi erant coytiuus aquitaniȩ senescallus & Ioannes podiensis ꝓpraetor ciuitatis.Dum i dubio res agitur quidam secreto abeuntes portam anglis reserant.Nec mora vterqꝫ praefect⁹ cum omni praesidio & regijs magistratib⁹ ad hostiū man⁹ nulla cȩde commissa ꝓditi sunt.¶Cōiuratione ad Carolū ꝑlata, vtrūqꝫ marescallū cū doruallo comite & Ioachino roaldo ad Claremōtensem comitē qui aquitaniae praeerant mittit sexcentis equitib⁹ & eis adiunctis sagittarijs eos comitantibus. Sed diligens hostis pri⁹ aliq̄t arces cepit atque copiae conuenissent.Supuenerāt q̄que talleboto ex anglia quatuor milia armatorꝫ cū octogīta nauib⁹ cōmeatū affatim vehentib⁹.Et castillio quidē fronsacusque in potestatem talleboti ꝑuenerūt Carol⁹ autē postq̄ turoni hibernasset nouas copias educēs lisigniaci castra fecit:atque īde ad sctm̄ Ioānē ꝓgress⁹ accepit carlayū oppidū a Iacobo chabano vi captum esse multis āglis occisis,atque eos qui i turrim cōfugissent capite oēs punitos extitisse ꝓpterea ꝙ ꝑstitā Carolo fidē abiurassent hostē secuti.Nec multo post castillionem in agro petragoricen̄.copias ducere lohealcum iubet attributis ipi octigētis supra mille equitibus cum sagittarijs.Positis apud castillionem castris,Ioannes bureus & Iaspar eius frater impedimentorum prȩfecti septingentos quos continentes habebant fossores fossis circumdare castra imperant.Cognito quid ad castillionē gerebatur tallebotus eductis quinque anglorū milibus in francos ꝓgredit:qui ad ei⁹ aduentū i vallū se festināte recipiunt.Pedites vero sagittarios segni⁹ agētes tallebot⁹ circiter cētū intercipit.Qua fortuna elatus cū francos fugere ꝑsuasum haberet:nec suȩ adhuc copiae omnes conuenis-

Castillio.

sent paulo restitit: atque iteri se curare milites iubet. Haec mora fráco nõ ĩutilis fuit. Nã iterea vallũ mũitiorib⁹ tormentis munit, & se in hostem aĩose corroborat. Coacto omni exercitu tallebot⁹ ad francorꝫ munitiones ducẽs: in vallũ tumultuario ĩpetu irrumpere cõtendit. Quẽ cõstanti virtute franc⁹ exturbat. Vtebatur eo die tallebotus (q̄ veteran⁹ esset) paruo gradario ex quo suos in praeliũ aĩabat. Reliqui vero oẽs pedites dimicabãt, & incredibili animi feruore castra oppugnabãt: militaria signa longe plura ad ostentationẽ ferẽtes q̃ illorꝫ numero conuenirẽt. Pugnatũ est diu atque acerrime ita vt diu dubia victoria neutri spem ꝓmitteret. Donec accito montabano & prefecto henaudoo cui britonũ ducis phalãges audiebãt: frãci virib⁹ receptis hostem ꝓpellũt: aliquot eorũ signis occupatis. Quãobrẽ animo tabescẽtes angli, cum talleboti gradarium glãde ꝓstratũ & ipsum tallebotũ a sagittario franco occisum conspexissent in fugã conuertunt. Occubuere in eo praelio octingenti ãgli obscuri noĩs cũ q̃draginta viris illustribus in quibus fuit talleboti filius. Fugiẽtiũ vero atque eorũ qui se amni dordonę credidere par numerus fuisse refertur. Mõferrat⁹ aũt Dãglaut⁹ & caudali fili⁹ cũ quinqꝫ milib⁹ castillionẽ ꝓten⁹ petiuere. Lesp̃rus burdegalã. At castillionenses q̃q̃ firmo praesidio tenerẽtur deditionẽ tñ fecere. Caroli se omnino volũtati p̃mittẽtes. Quarꝫ cõsiliũ secuti melionẽses atqꝫ libournẽses dicto paruerũt. Quiqꝫ nouũ ĩ media ĩsula castellũ tenebãt post quitũdecimũ obsidionis diẽ a claremontensi comite recepti sunt. Idẽ fecere blãchafortẽ. cadillaci, sancti macherij incolę: lãgounij & villendrani. Nã ex angolismos Carolus liburnũ veniẽs hostẽ timore p̄terruit: ita vt paucis ĩtermissis dieb⁹ aliquot oppida atqꝫ arces ceperit: & burdegalẽ sagittarios miserit qui agrũ vastarẽt: extructo e regie ciuitatis ꝓpugnaculo ĩ loco quẽ lormõtũ incolae dicunt: vbi ad praesidiũ constituti fuere loheacus/ Ludouicus de bellomonte / Iacobus chabannus / Ioan-

Morit̃ tallebotus.

nes & Iaspar bureus fratres. Erat nõ lõge ĩ portu classis regia armis cibariisq; abunde ĩstructa ĩ cui⁹ cõspectu etiam angli ĩ nauib⁹ stabant qui ad nauiũ tutamen ꝓpugnaculum exedificauerãt vnde ĩ francos excursiões dieti faciebãt. Sed tãdẽ cõmeatu destituti: ꝑsslisq; cõtinuo frãcorꝫ in cursu: presertĩ cũ finitia loca oĩa sibi erepta eẽnt, nec quo se reciperent haberent Caroli clementiã popossere. Erat eñ Carolus natura perbenignus & iã pestilens aer exercitum offendebat: quãobrẽ recepta ĩ fide burdegala: anglis dedit abeũdi ptãtẽ. Durasum aũt & lesparrum aliosq; proditiõis prĩcipes vigĩti relegauit. Sed lespr⁹ nõ multo post apud pictauos capitis suppliciũ luit: q alteram in Caroliũ proditionem cogitasset. Atq; ita burdegalensiũ reb⁹ cõpositis: claremõtano comite ad prouĩciæ custodiã præfecto, Carolus turonũ regressus est, cũ flueret a xp̃iana salute annus q̃drigẽtesimus quiquagesimustertius supra mille. Quo tẽpore Guillermus edelinus theologus doctor sancti germani de laya prior: apud ebroicas ad ꝑpetuũ carcerẽ dãnatus est ob falsę religionis causam. Nã cũ illustris cuiusdã fœminę amoribus teneret, neque consuetudĩe eius frui facile posset, demonẽ sibi p̃ronũ adhibẽs, eũ ĩ arietis sp̃ẽ adorauit, a q̃ postea edoctus scopã sumere & inter fœmora equitis instar ponere, quo volebat breui monento se traducebat. Quod ĩpietatis genus valdensium esse dicit. ¶ Aduersus autẽ burdegalensium leuitatẽ atque ꝑfidiã Carolus duas apud eos arces extruxit quibus ĩ fide cõtineri populus recẽs cõuersus posset. ¶ Per id tp̃s cũ de p̃sulatu auxitano duo diuersarum partiũ concertarẽt. Armigniac⁹ comes Caroli mãdata aspernatus alterũ cõpetitorũ iustinum nomine ĩ sacerdotiȷ̃ sedem ꝑduxerat. Quam rem ægre Carol⁹ ferens claremõtanum comitẽ cũ copiȷ̃s ĩ armygniacũ mittit. Qui adiutorib⁹ comite dño martio & floq̃to eboracẽsi p̃core rebellã spoliauerunt tertiȷ̃s suis. Otho quoq; castellanus florentinus & Guillermus gonsierus simulachra quædam magica arte

Guillermus edelinus ydolatra.

cōsecerāt: quorū nixu (vt ipsi stulte sperabāt) precipuam apud regē īter aulicos auctoritatē cōsequerent. Ei⁹ rei cā ad Carolū delati/alter Tholosæ/alter turonis in carcerē cōiect⁹ est. ¶ Ioānes preterea alēconīj dux Caroli mādato Parisīj cōprehensus meldunū ī custodia deducitur. Ipe em̄ tēporū trāquillitati īuidēs & pię a Carolo quietis īpatiēs, nouos belli mot⁹ ab anglia ꝓcurabat: missisq; ad hostē frequētib⁹ nūcijs hortabatur appetere normāniā se illis adiutorem fore pollicit⁹. Castella arcesq; habere se, quę oīa veniētib⁹ ꝓderent. Carolū ꝓcul abesse & trib⁹ diuersis regionib⁹ copias suas continere. Loca multa pri⁹ occupare posse q̄ Carol⁹ sentiat, & vt firmiore fide consilia ꝓcederēt, filiā suā eboraceñ. ducis filio ī matrimoniū dare constituit. Ad hanc ꝓditionē ministerijs vsus est Iacobi hay angli. thomæ gilleti sacerdotis. canfrōti & hōtitonis caduceatoris angli & emōdi calleti. Quib⁹ occultum signum alenconi⁹ hoc dat: pollicē ei⁹ dextrū manu prælıēdere ad quem vel verba vel literas essent de hisce rebus reddituri. Hęc postq̄ testib⁹ & ipsi⁹ alenconīj spontanea cōfessione cognita sunt, Carol⁹ apud vindocinas cōuentu ꝓcerū habito Ioānē alēconīj ducē fortunis omnib⁹ priuatū secūdo postq̄ capt⁹ fuerat anno mortis supplicio dignū ꝓnūciari iubet. Sed clemēs rex sententiā postea moderatus est: nec em̄ mors ꝓditori īflicta est: & eius liberis fortunę restitutæ. ¶ Ad hæc oīa ludouici quoq; in Carolū contumacia ītercessit. Hic em̄ cū natu grādior esset occasione ex aulicis qui patri & reb⁹ publicis īseruirent sumpta ex curia in dalphinatū abire a patre īpetrauit constituto ad hoc tpe mensium quatuor. Id seu suapte natura seu suorū prauis cōsilijs fecerit non facile scripseri. Illud certum est ludouicū molestissime perpeti, q̄ a patre non satis ꝓ suo arbitrio pecuniæ & ꝓuentuū sibi suggeretur Ex domesticis eius dolebat tātam regendi auctoritatem penes quosdam aulicos esse qui publicis officijs atque magistratibus præfecti diuitijs abundarent: Ludo-

Ioānes alēconīj dux capitur.

Ludouicus a pr̄e deficit.

uico vero primogenito scilicet Caroli obsequētib⁹ præter quotidianā īpensam nihil illis supasset. Hac opinione ducti dalphinatū petiuerūt præmētes oīa vectigalib⁹ & ab opulentiorib⁹ pecunias exigētes. Nihil eñ est quod īdigens nobilitas sibi non licere putet. Cui⁹ rei consci⁹ fact⁹ Carol⁹ dalphiates petit: vt ludouicū apud viennam vbi ppugnaculū i colle sibi ędificauerat cōpræhenderet. At ille patris aduētu pterrefact⁹ ad Philippū burgundiæ ducē mox pficisci festīat. Interī vero Carol⁹ oēm dalphinatum vendicat: mittitq; ad regni exit⁹ Ludouici digressum obseruare. Qui nihilomin⁹ clam dilaps⁹: ī brabantiā perfugit, receptusq; est a philippo: & debito honore habit⁹, apud quem annos fere decem mansit. Missis interim ad patrē oratorib⁹ qui cōsiliatum eum redderēt patri: eiq; liceret ī patris conspectum per aliquot annos nō venire. Addidit huic legationi philipp⁹ oratores se excusaturos q Ludouicū hospicio admisisset tanti regis filium cui ipē obsequi maxīe teneret, trepidāti quidē & patris iram potissimum formidāti: cupienti quoq; ī turcos expeditionem ducere si coadiuuaret pater. Auditis vtrisq; legatis Carol⁹ rñdit: honoris plurimū Ludouico quidem deberi si ī patrē debitā pietatē exsolueret. Neq; Philippū errasseq; cū hospitē haberet. Verū mirari se quæ cā tioris Ludouico fuerit: q tātope trepidaret cum patrē facilē & maxīe māsuetū fuisset expert⁹, cui⁹ rei testes locupletes eēnt gabriel vern⁹ & celestinēsiū auionēn. prior: qui obrē ipsam nicolai pōtificis romani auctoritate ad eū oratores aliqñ cōuenerāt: q vero postulatiōib⁹ nō acquieuisset minime mirādū esse ppterea q ei⁹ postulata optimorū virorū sniię repugnarēt: qui sentirent nequaq̄ decere vt fili⁹ a patre atq; a regno pcul abesset: cōsiliū secut⁹ hoīm īproborū. Expeditionem vero ī turcos ī ludouici mentem idcirco dixisse: se pfecto admirari cui⁹ ipē anteq̄ a prē discederet nūq̄ meminerat. Idipsum nihil aliud eē q̄ dilationē vere erga patrē recōciliationis: eo maxime tēpore cū hostis angl⁹ vigilantissim⁹ eēt regnum frācorum repetere: aduer-

sum quē milite opus erat, ꝙ vero dalphinatū vēdicasset id ad terrae incōmodū esse cui⁹ incolae libertatē nō amisissent, quos de hac re oratores ad dalphinū ituros sperabat, q nulli⁹ se incōmodi praessura vexatos testarent. Verū neqꝫ litteris neqꝫ legationib⁹ ludouicus moueri potuit ad patris cōspectū redire, diuqꝫ res in dubio fuit an bello tāta discordia finiret. Sed dissimulata res est, inter eaqꝫ carolus interijt. ¶ Dū haec inter patrē filiūqꝫ agitant rex hūgarus magdalenā caroli filiā vxorē petit. Cuius rei causa sexcentos equites turonū ad regē mittit cū insignib⁹ munerib⁹. Erat laodislaus triū regnorū hūgarie / bohemiae, atqꝫ poloniae princeps, cui⁹ ope carolus cōstituerat in turcos exercitū aliqñ ducere. Qui supra aliquot annos nicolao quinto romanā sedē moderāte cōstantinopolim imperij graecorū caput ceperāt impatore trucidato. De qua re ad carolū frāciscus philelphus scribēs eū diligēter admonuit, vt more maiorū suorū fidei cām tutelamqꝫ reciperet. Hāc cōstātinopolitanā cladē Mahumetus turcorū rex intulit quarto Calēdas iunij anno xpianę salutis Millesimo.cccliij. Excipiunt a carolo legati incredibili apparatu. Sed leticiae & cōmuni oīm gaudio se infoelix nūcius admiscuit. Itaqꝫ nūciat laodislaus mortē obijsse, cuius interitus veneni suspitione nō caruit. Legati nihilominus nō minore cura accipiunt, comitati illustrib⁹ viris q publica eos impēsa leuarēt donec in germaniā demigrarūt. Intermissis paucis post haec dieb⁹ petr⁹ britonū dux diuturno morbo correpti⁹ interijt. Qui successorē habuit richemōtiū frāciae conestabilē morte post paucos dies absumptū. Quē secut⁹ frāciscus aurelianū ducis nepos ducatū adeptus est. ¶ Carolū deinde mors excepit cū nunciatum ei fuisset quosdā potionē apparasse qua interiret. Ea re tam vehemēter turbatū aīm induit vt dies septem totos cibo abstineret, hortantibus maxime medicis se inedia magis quam morbo affici. Sed dum edendo vitę cōsuluit coercitis arterijs cum stomachus nihil cibi reci-

Cōstantinopolis capitur.

Laodisla⁹ rex morit.

Carolus egritudinem contrahit.

peret absumitur. die festo diuae mariae magdalenes sacris
xpiano ritu pceptis. Elatusq; est ex magduno yueriẽsi re
gia põpa in sepulchro maiorũ suorũ & in dionysij coeno
bio sepult⁹. Rex pculdubio in quẽ fortuna asperrime pri
mũ desaeuit tanq̃ exterminare eũ regno statuisset. Dein-
de blãde illũ attollẽs victorẽ gloriosum atq; dei dignita-
te patriae restitutorẽ effecit. Nam illud de eo scribi dignũ
est q discordãtibus de regno anglis dux eboraceñ. richar
dus regnũ affectãs Hẽrico regi nõ dissimulato odio ad-
uersari coepit. Cuius coeptis hẽricus occurrẽs grãdi exer
citu cõtracto se cãpestri loco aggere & firmis mũitionib⁹
vallato cõtinebãt cõstitutis octo per circuitũ portis atq;
custodib⁹ sui gñis ne quis nisi notus in castra se cõferret.
Ad quã locũ richard⁹ eboracensis & varuici comes fre-
quẽti populorũ manu instructi pmouẽtes cũ iam custo-
des clam habebãt amicos, vallũ ingressi ad Hẽricũ perue
nerunt [illegible] ipsum occisis aliquot pcerib⁹ qui hen
rico circ[illegible] odonias deduxerũt praecedẽte illũ va-
ruico qui ensem conestabilis more pferebat. Moxq; ad ar
cem q̃ hẽrici psidio tenebat succedẽtes cũ illã obfirmatã
inuenissent pfectos quattuor viros insigni nobilitate ad
colloquiũ vocãt, pmittũtq; iureiurãdo adiecto vitã illis
& fortunas saluas fore si arcẽ illis patefacerẽt. Persuasi p
ceres regi occurrũt, atq; mox salutato hẽrico dũ illũ a ter
go comitant, orta in populo seditione quidã i eo insiliũt,
vnũq; illustrẽ apprime virũ, cui descallis cognomẽ erat
mactãt. Reliquos postridie añ arcis portã capite mulcta-
tos quadrifariã exsecuerũt. Fidei rata est rõ apud eos qui
imperij cõcupiscentia digladiant, q̃q̃ sceleris autorẽ poe-
na nõ perat. Itaq; superat ex hẽrici familia dux sombrece
tus q iniquo aio ferẽs regẽ a cõiuratorib⁹ nõ secus ac ca-
ptiuũ teneri cõpluresq; suae cognatiõis fuisse interẽptos,
iuuentutẽ multã eorũ maxie quorũ parẽtes aut cognati
perierãt cogit, atq; richardũ in planicie scti albonis inuẽ-
tum plurimoq; milite instructum adorsus cũ plerisq; ali-

is necat. Cui⁹ caput amputatū q̄nquidē regnū affectauerat straminea corona illudi iubet. His hērici aduersitatib⁹ p̄mot⁹ carol⁹ lr̄as ad normānos dat, sināt absq̄ cōtrouersia anglos ad se hērici partes secutos trāsfretātes regionē incolere, diuersariq̄ & in ea libere negociari. Tali p̄fecto benignitate vsus est carolus in eū q̄ hostiliter illū saepenumero fuerat p̄secut⁹, tētauitq̄ quo ad fieri p̄ eum potuit hērico auxiliari vt eū in libertatē vēdicaret. Ad hūc modū humanarū rerū mutabilis cōditio est, vt in sublime p̄uectus casurū se merito formidet, deiect⁹ aut nequaq̄ aīo tabescat. Hērico foelicia initia fuere, Carolo contra deturbatus ille regno est, hic in regnū post multas aduersitates gloriose exaltatus, & victoriosus appellat⁹. Pridie mortis eius visus est fulgētissim⁹ cometa tanti principis interitū percurrens, & futurorum nunciator.



Eni & mansueto patri asper & vehemēs filius successit Ludouicus, cōsilio p̄ceps/ ingenio vario & domesticis vix satis p̄spectо. Nec dubia fides fuit carolū iuniori suo filio carolo regnū sic ōmode potuisset relicturū, sed belli seminaria execratus ludouici mores atq̄ absentiā lōgamine tollerauit. Cogitauerat em̄ diu tacitus bellum in Burgundos mouere, plerisq̄ sibi assentientibus p̄ceribus. & cum ad id propēsus esset, expectabat tm̄ belli aliquem motum a burgundo excitati ne tam autor dissentionis q̄ propulsator iniuriae esse videretur. De Caroli morte nuncio accepto, permulti qui officia magistratusq̄ administrabant ad ludouicum protenus gratulabūdi se in hānoniam cōtulerūt, sciscitaturi ab eo quid illos facere p̄ciperet, impetraturi quoq̄ de suis magistratibus & officijs stabile firmamentum. Fuere qui pecuniā aerario bebitam & ad hunc diem cōseruatam ludouico nouo atq̄ inopi regi persoluerunt. Quattuor tm̄ ex omni numero petitorū admisit. Petrū orfaueriū/nicolaū louueriū/quos ad cōcinia regiorū cōputorum consiliarios instituit, ioanne baillero, requesta-

rum cōiudice & in cācellaria referēdario ordinato, symonem carolū in eū quē prius magistratū gerebat restituit/ ꝗꝗ iam fere ætate defectus esset, & nō nisi lectica iter conficere posset. Reliquos magno nūero parisium remisit, ei⁹ aduētū prestolaturos. Interea cōfluūt ad ludouicū ornatissimi quiq; ꝓceres ꝗ sacrandū nouellū regē remos perducerēt. vbi iouenellus loci archipresul eū more maiorū vnxit atq; bn̄dixit. Quo mysterio absolut Ludouicus ad Parisios protenus profectus est, nec facile scripserim quo factu & pōpa a parisiacis sit except⁹. Nam vt sileā populi ex omni francorū imperio cōcursu ꝗ ad festū diē cōuenerat, mira erat ꝑ oēm ciuitatis publicā viā ludorum frequētia. gloriātibus inter primos burgūdis, qui in regnū sua oꝑa reducē Ludouicū post lōgum a patre discessum iactitabāt. ¶ Exactis per hæc solēnia aliquot diebus cum philippus burgūdorum dux domū repetere cuperet, regē magnoꝑe cohortatus est, irā si quā aīo in proceres cōcepisset deponere obliuisci prorsus atq; oblitterare q̄ preterita erant, satis admodū esse illi qꝺ nullo tumultu rex esset & vocaret, & quia frater illi esset debere adolescentem amare atq; amplecti, & pr̄is hæreditatē cum illo legitima portione diuidere. Hæc atq; similia multa locutus philippus ludouicū dimisit, picardiā reuisurus. ¶ At ludouic⁹ qui exulceratū aīm hr̄et, & patrias leges iam didicisset, exteris moribus per diuturnū vsum imbutus multa partim suo ingenio, partim eorū ꝗ absentiā a pr̄e exiliū fuisse reputabāt, agere cœpit & principes imprimis parui ad modum habere. Venationis oēm prope consuetudinē ꝓhibens, ita vt piaculum esset aues aut canes alere, cassibus vti, insidiari feris animātibus nisi quoad ip̄e permitteret. Et quod illi maximum ad eas quæ superuenerunt discordias momentum fuit, magnopere nixus est infime sortis hoīe præ ꝓcerib⁹ opulētos sublimesq; facere, quos ad suas vehementes voluntates obsequentissimos esse cupiebat. Non enim equanimiter ferebat si quis dicēti vel

imperāti sibi quauis ratione aduersaretur plus suopte ingenio q̄ cuiq; sapientissimo fidens. Fuit illi post annos aliquot inter praecipuos domesticos Ioānes du lude Ioānes balua quem cardinalem romanum sub sixto quarto atq; Innocentio octauo ipsi vidimus Ioannes hebergus post baluā ebroycēn. presul, dominus de foresta/oliuerius dyabolus quem Ludouicus sublata dyaboli appellatiōe malum, deinde dammam cognominauit, stephanus ostiari⁹. Quibus ministris pro sua voluntate diuerso tēpore vsus est. Accessit his lōgo post interuallo doyacus versut⁹ imprimis & temerarius, supraq; generis sui cōditionem audax. ℭ Ab his vt quisq; per vices ludouico obsequebatur posthabiti principes & magna pars nobilitatis, desciscere a ludouico, seq; & suam dignitatem tueri constituūt Igitur clandestinis nunciis quid singuli sentiant sciscitantes, postq̄ de sententia illorum satis cōstitit, britonū dux Franciscus oratores ad Ludouicum qui Pictauiae agebat mittit, simulans nescio quid quod vtriq; vtile esset. Nec repugnat Ludouicus tantum petit ducem ad se venire, qui ab oratoribus promissa praesens confirmet. Dant fidem legati id se facturos seq; propediem vna cū suo principe reuersuros. Cum illi pictauia a rege abeuntes/duodecim tm̄ passuum milia confecissent, clam dilapsus Carolus regis frater/ ad eos se contulit. in britanniamq; festināter profectus est, quo illum praecesserat Ioannes Dunensis comes discessionis Caroli maxime consultor. Sic enim inter principes condictum erat. Nec defuerunt permulti proceres, qui eum mox relicto rege sequerentur. Qua re cognita Ioannes borboniorum dux (qui ludouici sororē in matrimonio habebat) aperto bello insurgit/& quicquid regij fisci in suis terris erat occupat. Crussolumq; & trainellum atq; doriolum primo res fere regis aulicos in custodia continuit. Deditq; sedulo operam eximere de diui Anthonij bastilda, Anthonium chabanum qui illic Ludouici edicto seruabatur. Itaque eodem ferme

tẽpore quo hæc gerebãtur. Anthoni⁹ noctu ad ducẽ au-
fugiẽs magna lęticia ab eo exceptus Quippe ꝙ ludouicũ
nõ diligeret, & futuro bello cõmodissimus esse sperabat.
Huius ergo tã manifeste defectionis initio turbatus Lu-
douic⁹, carolũ de melduno / Ioannẽ baluã / & Ioannẽ prę-
uotum ad Parisios statim cum literis mittit quibus ciuita
tis rectores & primos ciues monet, eminentis ob Caroli
fratris a se defectionẽ periculi. Intelligere se principes ar-
ma aduersum se mouere. opus ideo esse vigilãtissima cu-
stodia ne noui in ciuitate motus ꝓdirẽt. Vnã eorũ ciui-
tatẽ esse regni caput, vnde reliquæ vel belli vel pacis exẽ
plũ accipiãt. Si in fide Parisij permaneãt, nihil sibi timẽdũ
esse q̃ cõiurati moliãtur. Ea orõne ꝓcliues ad audiẽdũ Pa
risij excubias cõstituũt / adhibitis primarijs portis custodi
bus aliquot etiã prorsus obstructis. Cathenas præterea q̃
ad viarum cõpita negligentius curabantur reficiunt. hęc
dũ Parisij geruntur, anthonius chabanus custodia elapsus
per vastinium iter faciens / sanctum forgeum & sanctum
mauriciũ (quas arces goffridus cuerus ꝑsidio tenebat) ca-
pit, bonis omĩbus direptis ipsoq; goffrido captiuo abdu
cto. Insurgentibus tot rebus nouis, Ludouicũ accito re-
nato Andegaueñ. duce (quem siciliæ regẽ appellabãt) &
Carolo cœnomannorũ comite fortẽ. xxx. fere miliũ mili
tum exercitũ cogit. Sed cum dies non paucos ibi morat⁹
parũ admodũ proficeret, attributa Renato Caroloq; fra
tribus parte copiarũ quæ britonũ cœptis obsisterent, re-
liquum exercitũ in bituriges ducit Biturigẽ tamẽ ciuita
tẽ pręterijt, quã magno ꝑsidio a borboniẽsi notho fratris
sui Caroli nomine teneri acceperat, moxq; in borbonio
(quod biturigibus vicinũ est) ꝓfectus. castellũ sancti amã
di expugnat. Nec multo post mollissonij in Ludouici po
testatẽ venere, cedente loco Iacobo borbonio oppidi prę
fecto. ¶ Per hos dies cũ nõnulli ex præsidio sancti forgei
satellites moretum incurrissent, indeq; quosdã qui eo lo-
ci ex senonibus hospites diuersabãtur noctu abduxissent

Ludouic⁹ copias cogit.

recognita Ludouicus iubet pontes chamosij & de bello mōte dirui. Iam eñ fama erat carolū philippi burgundorum ducis filiū qui ex coniuratis erat copias contraxisse, vt cum alijs cōiuratis iungeret exercitū. nec mendax fama erat. Nā anthoni⁹ philippi nothus adiūcto burgūdionū marescallo, cū aliquot cohortibus prçcurrēs caroli exercitū Royam & Mōdideriū occupat. Erant apud Peronā tūc tēporis in p̄sidio comes niuerneñ. & Ioachin⁹ roaldus frãciæ marescallus cū quatuor milibus armatoꝝ, qui cognito caroli aduētu, relicto ad oppidi custodiā aliquot ex nobilitate francorū viris & quingentis sagittarijs Peronam deserentes mox Nouiomū, Cōpendiumq; se contulerūt. His belli motibus dū picardia agitat̄, ludouici soror Carlota borboniorū ducis cōiunx ex viri cōsilio sanctū Porsanum (vbi rex agebat) petit/ finē discordijs positura. Sed intētione frustrata rionē (quo dux ex molinis interim se receperat) reuertitur. ¶ Eodē tp̄e sancti mauri cñ arx dedētibus se ijs qui in prçsidio erãt a Carolo meldunensi recepta est. Iussi quoq; sunt Parisij arma domi in expedito seorsū habere, facere de muris nocturnas excubias, faces per cōpita & p̄ domos laternas noctu accensas ponere. Conatus est rex illis diebus ex scola Parisiensi delectos habere armatos quibus ad belli necessitates vteretur. Prçerat autē scolæ rector guillermus fichetus magni animi vir. doctrina & dicendi arte potens qui in caligine iacentibus humanitatis studijs lumē mea çtate attulit, excitauitq; complures latine discere & eleganter loqui. His igit̄ acceptis a rege de armãdis scolasticis lr̄is, cōtione gñali habita disertã habuit orationē, qua veritus nō est repugnãtē ludouico sentētiã dicere qua maxime p̄batus atq; clar⁹ fact⁹ est. Nã cū bessario grçcus cardĩalis post aliquot annos romana apud regem legatione fungeretur audita fisceti fama eum ad se accersiuit atq; in vrbem duxit cōmēdãs illū Sixto quarto romano pōtifici. Extant eius ficheti rethoricorum libri orationes quoq; atq; epistolæ Fichetus.

Bessarionis aūt opus est defensio platonis aduersus trapezuntiū, qui platoni conuiciatus aristotelē illi praeferebat. Sollicitis ad hūc modū Parisijs, Carolus Philippi filius ferox iuuenis(a quo auxilij plurimū reliqui cōiurati principes expectabāt)copias ad pōtē maxētij qui est ad ysaram amnē ducit. Cōdixerāt aūt ij qui arma aduersus ludouicū parabāt, se ideo cōuēturos vt populū vectigalib⁹ pręssum, & poene seruū in libertatem vindicarēt. Adeo solers est male errātiū cautio vt iusticiae velamē suae iniquitati prętēdāt. Incedēs igitur cū exercitu Carolus, libertatē populo passim ꝓponebat, specie beniuolentię plębē sibi cōcilians. Eius pōtis atq; arcis praefectū maderū Petri orfauerij vicariū pecunia Carolus corrupit/arcemq; recepit. Indeq; flumine traiecto, castella quaedā minimo negocio ꝓtenus occupat. Venere q̄q; in ei⁹ potestatē belliloc⁹ & dōmartinus. Mox occupato latiniaco libellos rationū regij fisci burgūdi diripiūt atq; incendūt, exactis vectigalibus. Salis itē prōptuarijs patefactis, potestatē faciūt sumēdi salis, p̄cio mercatoribus tm̄ ꝑsoluto, atq; ita a tributo libera oia esse ꝓnūciāt. Grassante ad hunc modū Carolo Ioachin⁹ roald⁹ verit⁹(qd⁹ vero simile erat) burgūdū Parisiū ꝓficisci cū bona equitū manu in ciuitatē se contulit. Interea autē Ludouicus Rionem in aruernia obsidet, quo borbonij atq; nemorsi duces, armigniacus p̄terea comes & albretus se receperāt. Erāt in exercitu Ludouici quatuor & viginti milia armatorū lōgo militiae vsu spectatorū, quorum numero & robore territi duces de pace, ad ludouicū nuncios mittunt. Iurantq;(si regis gratiā reciperent)se illi probe sincereq; inseruituros, nauaturosq; diligentem operam vt reliqui sibi confoederati principes in beniuolētiā redeant & fidē seruent. Deq; ea re Parisiū ad regē nūcios ad. viij. kalen. augusti legaturos. Quod si alia principibns mēs maneret, se nihilominus cōstanti fide cōuenta cōpleturos. Haec cōuentionis formula adhibitis apostolicis scribis literis mādata est, poena excōicationis in

Libertas populo ꝓponitur.

Riona obsidetur.

praeuaricatores adiecta. Quae omnia Parisijs referre carolū charlayū vigilū praefectū ludouicus iubet. Qua re cognita decernūtur in vrbe ad diuae Katherinae vallis scolariū aedē supplicationes. Interim cōpositis acieb9 carolus burgūdus ad sanctū dionysium castra facit, atq3 postridie sancti clodoaldi pontē missis aliquot cohortibus occupare cōstituit. Quē tertio oppugnatū tādē (dedēte se praefecto Iacobo mayro) hostis obtinet. & ne regni caput Parisiū timide praeterijsse carolus videret, pmotis copijs caduceatores praemittit qui liberū p ciuitatē transitū petāt. Id si nō impetrēt dicāt carolū vim illaturū ciuitati. Praeerāt eo die portae q̄ ad sanctū Dionysiū ducit Petr9 orfaueri9 & Ioānes pōpācurtus, qui cū respōsum dare caduceatoribus incipiūt, ecce burgūdi copias oēs ad sanctū vsq3 lazarū pgressas cōspiciūt, quasi incautos custodes intercipere sperarēt. At armatus populus & cū suis Ioachin9 roaldus acerrime restiterūt. Moxq3 in pximū cāpū hostis acie instructa pgrediēs (aliquot ex suis interēptis) ciuitati cōminat. Sed cū ex muro tormēta in suos frequēter iaci cōspexit copias reduxit. Moxq3 sequana p sancti clodoaldi pōtem trāsmisso, cū accepisset ludouici fratrē cū britonibus per belsiā iter facere ad mōtēlericū ducit. Iā eñ rione discesserat Ludouicus & magnis itinerib9 Parisiū appetebat, certior factus de burgundorū accessu. Verū cognito q a tergo frater / & a frōte burgūdus copias haberet, nūeroso pedite qui eū sequebatur nō expectato chartrascum multo equitatu cōtēdit, ratus burgūdū pri9 fundere, q̄ cū illo britones iūgerētur. Eo vbi castra carolus habebat cū puenisset rex nulla sui curādi mora militi cōcessa, feruens furēsq3 in hostē pgredit. Fuit cōgressus suo initio formidabilis & nō icruēt9. Nā qui i prima acie burgūdi pugnabāt plurimi se i fugā pripiūt. Fuereq3 ex illis p q̄ multi fuga capti atq3 occisi, huius rei fama ad Parisios plata arma quisq3 rapit atq3 p agros effundit, prehēsur9 ex fugiētib9 pdā. Vidi ipse frequētes captiuos dissolutis armis vulne

Pugna apud mōtlericum.

ratos in ciuitatē deduci. Et pp̄l'm oēm nō secus ac incerta victoria exultare, sed ludouic⁹ sancti pauli comes reliquā burgūdorū aciē in statione atq; ordine continens, ludouici vires sustinere fortissime militē admonebat. Ludouicus autē hoste partim fuso reliquos adoritur, qui se curribus tanq̄ vallo atq; munitionibus circūsepserāt, cōuersis in francos tormētis quibus non paucos clari nois equites ꝓstrauerūt. Itaq; cōserta pugna pertinacissime dimicatū est, ita vt ludouico nō lōge emineret periculū inter suos fortiter prelianti. Et burgūdo quoq; fortuna minata est, quem semel a gaufrido de sancto belino, iterū a gilberto grassaio cōprehensum sui eripuerūt. At equites frāci tāctsi magnis viribus in hostē vecti cōplures ꝓsternerent, nemo tamē peditū pone sequebatur qui ꝓstratos iugularet, q̄obrē spaciū erat deiectis exurgēdi, & preliū instaurādi. Pugnatū est varia fortuna vsq; ad vesperā decimae sextae die Iulij mēsis, donec milites scoti qui regij corporis custodiā gerebāt, aīaduertētes ludouicū graui in periculo versari. (Nā die tota p̄ aestus & cedes nihil sibi desūpserat, & sexcenti equites quos coenomānorū comes, mōtalbanus marescallus, & gargassalus ducebant prelio exterriti turpiter deserto Ludouico aufugerant/ assumptū regē in arcē mōtlerici perduxerūt/ atq; ita praeliū diremptū est, manēte in sua statiōe burgūdo. Caecidisse ex vtroq; exercitu sexcēti supra tria milia memorātur. Inter frācos occubuit Petr⁹ bresēyus, Gaufridus de sancto belino & floquetus. Ex burgūdis lōge plures. Eniuero principis custodes oēs prope interierunt. Recreato paululū rege cōsiliū fuit corboliū se cōferre, atq; inde Parisiū ꝓficisci. Cū corbolij esset, accepto q; Carolus burgundus eo in loco vbi pugnatū erat pernoctaret, nō inquit mirari illū oportet in cāpo manere, cui neq; ciuitas vlla/ neq; arx ad diuersandū patet. Secūdo post praeliū die in ciuitatē Ludouic⁹ venit. Vbi intercenandū dum casum fortunamq; suam cōuiuis memorat, multa fortiter sapiēterq; locutus est, in

aquitaniã carolo fratri relinqueret. Qua recepta contentus Carolus bello abstinuit. ¶ Sed balua qui apud pictauos hũili loco nat⁹ paruo incremẽto sed ingenio versuto in ludouici familiã venerat. magnisq; & excellẽtibus beneficiis primũ. deinde epatu mox cardinea dignitate autore ludouico fuerat honoratus, quo ipse animo esset tãdẽ apparuit. Autor em̃ fuit vt peronã ad burgũdũ & postea namurcũ aduersus leodios Ludouicus accederet. At vbi fratrũ mutuã charitatẽ supra quã senserat firmã eẽ intellexit paci inuidẽs lr̃as familiari cuidã suo ad burgũdionũ ducẽ dat. q̃ interceptæ ad regẽ delatæ sunt. His litteris Ballua ducẽ admonebat sibi maxime caueret. Concordiã q̃ inter fratres intercessisset ad ei⁹ pniciẽ factã esse, eos expeditionẽ in eũ tãtisper differre donec aquitaniæ datã sibi puinciã carol⁹ plustrasset, rẽq; oẽm domesticã & exercitũ ordiasset. Opus ppterea illi esse maiorib⁹ q̃ vllo tẽpore copiis & regẽ acerrime bello infestare. Balluæ cognita pfidia rex pditorẽ cõprehẽdi & ad mõbasonem custodiẽdũ duci mãdat, sub tutela Ioãnis torcei normãni fidissimi imprimis aurati eqtis a quo ædificatũ est ambleuille castello in agro rothomagẽsi cũ canonicorũ collegio op⁹ memoriã dignũ. ¶ Interim rex nyortũ atq; rupellã petit vbi dũ regionẽ lustrat fratrẽ offendit. Qui paulopost Turonũ pfect⁹ in regis verba more aqtanorũ ducum iurat. ¶ Et quia Armygniaci regiis iussis repugnarent, pfectos militũ admiraldũ & chabanũ cũ copiis mittit q illos parere compellãt. Qui nulla cæde facta regionẽ oẽm receperunt. ¶ Dũ hæc gerunt ludouic⁹ beniuolẽtiã in britonũ ducẽ cõceptã patefacere meditatus diui michaelis regiũ insigne aureũ, & torquẽ p illustres nũcio duci legat. Qd⁹ oblatũ dux recusauit, q p superiores dies (vt fama erat) vellus aureũ burgũdi ordinis susceperat, amicus videlicet burgũdionis & ei arctissime cõfœderatus. Ea re maxime indignat⁹ rex britonibus bellũ indicit, simulq; exercitum in britones ire iubet, dato britoni decẽ dierum spa-

Baluæ cardinalis iniquitas.

Dux britonum regij ordinem recusat.

cio, intra quod suũ in regẽ aĩm siue ad pacẽ siue ad bellũ reuelaret. ¶ Per id tp̃s edouard⁹ subacto henrico rege cũ regnũ angliæ vẽdicasset, cõpositis inter principes discordijs oĩm sñia bellũ in frãcos suscipit. Quod postq̃ ludouico innotuit nouas copias ad priores adiunxit. Cõpulsus arma cape quibusq; sine discrimine q feudo aliquo potirent. Quæ iussio neq; clerũ neq; quosuis priuilegiatos habuit exemptos. Et quod metu maxie pculit regẽ, nũciatũ quoq; est burgũdũ ducẽ gãdaui visum esse regis angli iarteriã (Id em̃ est aureũ cingulũ, principis peculiare insigne) cruci suo alligatã, & in pectore crucẽ rubrẽ anglorũ instar gestare, quo vno firmatẽ inter Edouardũ burgũdũq; amicitiã significabat. Et vt iter tot curas fortuna ludouico paululũ blãdiret ludouic⁹ villar⁹ moriẽs ludouicũ vniuersalem sibi heredẽ instituit. Cui⁹ hereditatẽ p se rex adijt possediq; oppulẽtã & locupletẽ. ¶ Interi varuic⁹ comes, & clarẽtiæ dux vna cũ eorũ vxorib⁹ edouardũ fugiẽtes octoginta nauibus vecti hosleũ aduauigarũt, quos in cõtinentẽ expositos admiraldus liberalissime excepit. Cui⁹ rei certior factus burgũd⁹ ad senatũ plamẽtum lr̃as dat, varui cũ hostẽ ei⁹ a ludouico acceptũ esse p̃ter pacis leges, de quib⁹ inter regẽ & se cõuenerat, p̃res idcirco eosdemq; iudices hortari, ludouico suasum faciant opẽ nullã varuico suggerat. Si sec⁹ acciderit, psecuturũ se hostẽ, eũq; vel e medio francorũ regno abducturũ. Hãc verborũ ducis arrogãtiã senat⁹ nõ multi pẽdit. Et ipse varuic⁹ nihil inde territ⁹, multis apud normãnos dieb⁹ mãsit Atq; ad ludouicũ ambasiam se cõferẽs familiari cõfabulatione de suo aduẽtu cũ eo tractauit. Affuit quoq; anglorũ regina renati siciliensis filia cum eius filio edouardo galliarũ principe, quẽ post ea edouardus qui regnũ angliæ henrico sexto pulso vẽdicauit occidit. Instruit igit̃ aduersus illos nõ modicã burgũdus classem quã ad littus normãni oceani varuico insidiari iubet. Simulq; mercatores francos qui negociãdi causa in nundinis erant compræhẽdit

Classis burgũdorum.

causã hinc sumẽs q varuic⁹ dũ ab anglia ꝓfugit, burgundæ ditionis negociatores captos abduxisset. ¶ Illis dieb⁹ fere pridie Kalẽdas augusti Carlota ludouici regis vxor Carolũ filiũ ãbasiæ enixa est prĩ successorẽ. Cui cõi gaudio aliud mox accessit. ¶ Britonũ princeps Frãciscus ludouico recõciliatus est. Interueniẽtibus maxime renato siciliẽsi, Carolo Ludouici fratre & Ioanne borbonio. Nec cunctatus est franciscus ad Carolum burgundũ nuncios mittere, qui cõiurate aduersus regẽ societatis syngrapha illi referrent. Fuit burgũdo ingratissima res. Eã ob rẽ magno nixu studet varuico viam ad anglos intercludere. At rex tanq̃ voto sanctũ Michaelẽ visere teneretur normanniã petit. Absolutusq; voto per abrincas. Honfleum veniens ingentis magnitudinis naues instruit. In quas cõscendentes angli principes ad suos se retulerũt, nec a burgũdia classe (quæ per longã morã cõmeatu deficiebatur) vllo sunt dãno affecti. ¶ Igitur angliã ingressus varuic⁹ postq̃ paruo tẽpore quæ sua erãt recepit, venere magno fauore ad eũ supra quinquaginta milia armatorũ. Quib⁹ auxiliaribus per angliã agẽs, Edouardũ hostẽ imprimis queritabat. Sed ille oĩm fere auxilio destitutus ad burgũdum qui eius sororem in vxorem habebat ꝓfugit. Varuicus aũt cõsiliatis regni ꝓceribus. Henricũ quẽ Edouardus captum tenuerat in regnum restituit. Ipse vero regni atq; Henrici moderator fuit institutus. Hæc a varuico ꝓspere gesta esse cum angliæ regina accepit Parisiũ ex Ludouici sententia ꝓficiscitur, traiectura inde in angliam ad virum suum Henricum regem. Quo cum appulisset, magni animi mulier cupiẽs viri regis administrationem gerere, discordes inter se ꝓceres ãglos fecit. ¶ Per id tẽpus sancti Quĩtini viromãdorũ oppidũ arturus de lõgo valle oppidanis assentientibus cepit. Quo paucis post diebus conestabilis ludouici nomine cum equitibus ducẽti se recepit. Rex vero p̃missis siluanectũ copijs Parisiũ veniens expeditionem in burgundũ duxit, bonam spem capiens,

Britonũ dux ludouico recõciliatur.

Oppidũ sãcti quintini recipitur.

easvrbes recuperādi q̄ ad summā ānē carolus occupabat. Nec sua expectatiōe frustratus est Ambiani siquidē roya quoq; & Mōdideriū in ludouici potestatē venerūt, q̄ oia firmissimis munitiōib⁹ ꝑtenus circūambire vbi op⁹ erat mandat. Ministrarūt ad id opus Parisij magnū fossorū & ligneorū fabrorū numerum. Sed tam ingentis impensæ rationē minime principes habent. pœnitet em̄ eos confestim lōgæ militiæ, ita vt ꝓposita parū melioris fortunæ cōditiōe, rē a se bn̄ gestā putāt si inducias hosti dēt. Em vero burgūdus castra in arthesio inter ambianos bapāmasq; fecerat, vbi fere obsessus/& reb⁹ ad bellū lōge necessarijs inops vinci paruo negocio posse videbat. Multis em̄ quotidianis leuibus p̄lijs burgūdi a cohortibus frācis tētati, frequēti dāno afficiebātur. Supuenere nihilominus insperatæ multorū dierū induciȩ/q̄q̄ in burgūdia dalphinus comes egregiæ aduersus hostē pugnasset, interēptis captisq; plurimis. In auctores induciarum dicta scriptaq; sunt dicteria & libelli famosi, eaq; publicis tēplorū forib⁹ crebro apposita, egre ferētibus quibusq; optimis nihil recte agi dū occasio se sponte ludouico præsentaret. His vt diximus apud frācos se habentibus magnis apud anglos turbationib⁹ Hēricus vexabatur. Inter quas Edouardus burgūdi ducis auxilijs irrūpēs, post multas vario euentu conflictationes edouardo tandē victoria cessit, henrico capto, eiusq; filio vualiæ principe cum comite vuarulico interempto. Ea re cognita ludouicus picardia relicta turonos repetit. ¶ Interim pedemōtanus princeps qui Ludouicū comitabatur, & comes Deu vita defūcti sunt. Nā cū multi ꝓfluuio alui per galliā laborarent, eodē morbo nō pauci periere. ¶ Cœpit p id tēpus indignatio carolū aquitaniæ ducē, deq; rege fratre male suspicatus est cuius indignationis causa, ipse non noui. Armigniacum tamen comitē (cuius terras Ludouicus vendicauerat) patria extorrē reuocat, eiq; inuito ludouico partē restituit rerum ablatarū, atq; ita cōueniēte ad Carolū cum armignyaco

Induciæ dānosæ.

Belli suspicio i aquitania.

suxessi comite copiae cõtrahũtur nõ aliter quã si bellũ aduersus regẽ pararẽt. Mittũtur eã ob rẽ a ludouico in aquitanos copiae cũ machinis & frãcis aliquot sagittariis qui coeptis aduersariorũ obsistant. Fama p hos dies falso vulgata est. Carolum aquitanum burdegale mortem obiisse Introducta quoq; est autore ludouico consuetudo cãpanã hora meridiana (vt in noctis crepusculo solet) pulsandi quo tẽpore populus vno poplite humi deflexo angelicã diuae Mariae salutationẽ obtinendae publicae pacis gr̃a, religiosae exhiberet. Qui mos hactenus diligenter a plaerisq; seruat̃. Erat siquidẽ ludouic⁹ a pietate nõ alien⁹ quãtũ ex rebus a se gestis liquet. Fuit agnes q̃ bella nũcupata est ludouici patri pellex. Ea ĩ diuae Mariae tẽplo quod ĩ castello lociarũ est sepeliri voluit. Datoq; sacerdotib⁹ annuo ꝓuẽtu in medio tẽpli choro sepulchrũ sibi extrui impetrauit. Ad eũ locũ aliquãdo diuertẽs Ludouicus, sciscitatus cuius hoc esset monumẽtũ. Est inquit vnus ex clero agnetis illius quã ꝓpter formae decorẽ bellã vulgus appellabat. Sed quia nobis impedimẽto est sepulchrũ/vellemus cũ tua venia alio aliquo sacello reponere. Nõ ęquũ ĩquit rex postulatis, q̃q̃ em̃ illa dũ vixit mihi sit multũ aduersata, mulieris tñ bustũ cõtra leges nõ violabo. Sed nec vos arbitror illius cadauer sine largo eius mũere hic collocasse. Seruate benefactrici quod viuẽti ꝓmisistis. Nec vobis fas esto hinc mouere sepultã. Vt autẽ illi⁹ causa obnoxiores deũ orare sitis, accipite dono sex milia librarũ. Et haec dicẽs nũmos iussit sacerdotibus tradi quos in perpetuos tẽpli redditus impẽderent. Porro induciae quę cũ burgũdo positę erant, ad paucos dies ꝓductę sunt. Interim nicolaus calabrię dux, renati siciliensis nepos cui ludouici filia despõsata erat, deserto socero ad burgundum declinauit, spe ductus sibi in matrimonio assumendi filiam quã burgũdus vnicã habebat. Sed a patre (sicuti alii quidã principes) illusus est. Nã harũ nuptiarũ expectatione cũ plerosq; in amicitia pater contineret omnes tandem fefellit. Inter

Aue Maria.

Ludouici in agnetẽ pietas.

Nicolaus dux calabriae ad burgũdũ perfugit.

quos Federicus imperator fuit. Nã cũ post subiugatum Geldrẽsem ducatũ burgũdus treuerim quo eũ impator vocabat accersisset. Post multa secretiora cõsilia burgũd⁹ vicariũ se impatoris institui postulauit, pollicit⁹ reducere quãtis virib⁹ posset ad iperatoris man⁹ q̃ ab aliis ablata tenebant. His quoq; plerīq; addebãt burgũdũ affectasse vt a federico coronaret̃ in regẽ qua dignitate esset ludouico equalis, qui vt iactabat nõ erat opib⁹ & potestate iferior. Id cũ ipator cõcessur⁹ esse videret burgũdi filiã filio suo maximiliano vxorẽ dari petit, & mox nuptias celebrari id se facturũ burgũdus nisi ipetrato vicariatu negat. Igit̃ cũ iperator diu petita differt clã vrbe digressus, se i germaniã relicto burgũdo cõtulit. Nã illud cõstat vtrũq; pricipẽ de gloria certasse, ita vt burgũdo federicus inuideret. Carolus vero impatorẽ cõtẽneret. Illud ꝓpterea verũ est qđ vulgo a frãcis dici solet. Duos crassitudie ęquales vno vase cõpręhendi non posse. ¶ Eisdẽ diebus diuæ Mariæ tẽplũq; apud cleriũ in aurelianẽsi agro magnis impẽsis ludouicus extruxerat cõflagrauit, igne negligenter asseruato, quẽ ad liquandũ plũbũ tecti artifex in quotidianovsu habebat. Quo die rex de Caroli fratris morte nũciũ accepit. Obierat eñ apud burdegalã veneno a nescio quo abbate non inscio vt creditũ est rege appetitus. Quã obrẽ accepta aquitania ludouicus petrũ de belloioco dominũ regioni pręfecit. ¶ Per induciarũ tẽpus burgũdionũ dux collecto in agro attrebateñ. grandi exercitu, anthoniũ fratrẽ suũ nothũ cũ parte copiarũ neellam mittit. Quã a loci præfecto & sagittariis frãcis quingẽtis acerrime defẽsã, frustra iterũ atq; iterũ ãthoni⁹ oppugnauit. at petit⁹ picard⁹ (id eñ ꝓfecto nomẽ erat) Cõsilio cũ loci domĩa capto, ad ãthoniũ cũ ipa dña cõponẽdę rei desiderio profectus est. Pactũ extitit, relictis ęquis atq; armis exituros oppido milites, vitæ incolumitate cõcessa. Hoc accepto rñso/ sagittariisq; relato dũ miles armis se nudat, ecce ab oppidanis clam in oppidũ admissus hostis, ex arma

Neella capitur.

tos sagittarios trucidat, eos vero qui in tẽplũ salutis causa cõfugerãt qui plurimi erãt oẽs ad vnũ burgũdus satelles mactauit. Eo cũ dux ęquo insidẽs aduenisset, tẽplũ ingressus vt cędẽ cruorẽq; humanũ cõspexit. Iã inquit noui quã cruentos habeo carnifices. Neq; mitius petito pfecto pepercit, qui in vincula cũ aliquot insignioribus armatis cõiectus tenebatur. Hoiem em̃ (cui ab anthonio fides data erat) furca suspẽdere iubet. Atq; oppidũ mox incẽsũ dirutũq; reliquit. Proten⁹ quoq; royã cõtẽdens eã circũuallat multo milite atq; machinis egregiæ munitã. Nã pter quadringentos supra mille sagittarios erãt in ea præsidio ducenti delecti equites cũ eorũ præfectis petro auberto. Mignone/loysetta balagnio/dño de mouy, & dño rupẽpreo auratis equitibus. Et hi quidẽ nulla oppugnatione expectata deditionẽ ea lege fecere, si saluos inde abire licere. Relictis igitur per ignauiã armis atq; impedimẽtis, vecordes hoies vno baccillo cõtẽti nõ sine perpetua ignominia per medios hostes irrisi roya discesserunt. Roya vt diximus capta burgũdus magno aĩo voluẽs cũ sibi a ludouico magnã vim paratã esse existimaret bellouacos picardis post ambianẽses ad occidentẽ pximos petit, ratus ciuitatẽ vbi nullũ pręsidiũ erat prima oppugnatione subiugare. Sed plurima arrogãtẽ multa deficiunt. Bellouaci tametsi insperato hostis aduẽtu nulli⁹ pĩsentanei mali periculo admoniti essent veniẽtẽ tamẽ burgũdũ magno aĩo a muro phibẽt. In ea oppugnatiõe egregia virtus puellę cuiusdã apparuit, quę a burgũdo milite dũ in murũ scandit vexillum extorsit. Donec guillermus devalle normãni senescalli vicarius, cũ ducẽtis equitibus auxilio accessit qui ciuitatẽ ingressus ad muros se ptenus cõfert vbi hostis incredibili pertinacia depugnabat. Venere nõ multo post crussolus, Ioachinus roaldus, guerius grõgnus, atq; torceyus trecentorũ equitũ, cũ adiũctis sagittariis ductores. Quib⁹ cõmeatũ affatim pisĩ subministrauerũt, missis permultis fossoribus qui fossis atq; aggeribus ciuitatẽ

Burgũdi crudelitas

Bellouacũ

coirent. Enimuero sic opus erat, nã subactis bellouacis libera in normannos burgundo patebat via. Fuit eñi eius rei tãtus timor, vt in ipsa Parisiorũ vrbe regia magnopere curatũ sit vrbis fossas purgare, muros ĩstaurare, cathenas p cõpita repẽte (autore p̃sertim dionysio hynselino) recẽsere colubrinas insup atq; serpẽtinas cõflare atq; fabricare. ¶ Per id tempus antissiodorẽses qui supra paucos dies admoniti ludouico parere spreuerãt burgũdorũq; p̃sidium in oppidũ admiserant, eruptione facta dũ frumẽtatũ eunt quidã ex cãpanis equites illis occurrũt, centũ sexaginta ex grassatoribus perimẽtes, octoginta in captiuitatem adductis.

Dura obsidio bellouacorũ.

p̃seuerãte in obsidiõe apd' bellouacos burgũdo dura in castris eius annone caritas fuit. festinãs igit' priusq̃ fame miles vrgeretur, aĩo firmat acerrimo cõgressu ciuitatẽ expugnare. ingẽtẽ ad hoc cratiũ & ligneorũ fascium copiã cũ multa materia cogit, qb' vrbis fossas ĩpleret. Obsessi recognita ad Parisios mittunt minuscula tormẽta & cõmeatũ cũ balistarijs petitũ. Nec defuit petẽtibus misericors ciuitas. Preerat ad presidiũ porte q̃ dom' hospitalis appellat' robert' flotevill' pisiorũ p̃ses militaris apprime eq̃s. Quã portã iactis in fossas quas p̃xime diximus cratib' fascibusq; hostis adorit'. Scalis q̃q; admotis in muros conscẽdere p̃seuerat. Nec p̃fecit q̃q̃ horas quatuor cõtinẽter pugnasset. In ea oppugnatiõe quingẽti supra mille armati ex burgundis in fossas decidisse atq; occubuisse referũtur. ¶ Nocte insequenti quia ciuitatis portae obstructae e-

Salazard'

rant, patefacto muro salazardus cũ aliquot cohortibus in burgũdiorũ castra sub diei crepusculũ erũpẽs, trib' hostium tentorijs incẽsis, plerisq; occisis ĩpedimẽta aliquot ex illorũ castris rapiẽs, ĩ ciuitate dũ reuertit', ab hoste eũ insequẽte p̃ssus raptas a se machinas in fossas ciuitatis p̃cipitat, egreq; ad suos recepit. Bellouacorũ obsidiõis t̃pe aurelianenses officio in obsessos functi sunt. Imposita eñi carpentis centum vini dolia ad bellouacos dono miserunt, cũ magno sagittarũ & missiliũ numero, arcub' additis at

q; balistis. ¶ Postq̄ sex & vigiti cōtinuos dies ad bellouacum burgund⁹ icassum sedisset: die diue Magdalenes festo obsidionem diluculo soluit segetes vicosq̄ q̄ iter faciebat vrēs donec ad sctm̄ Valeriū castra posuisset, quod oppidū cū aliis vicinis oppidis/modico p̄sidio defensis minimo negocio cepit. Ex his locisq̄n quidē vero s.se erat in inferiorē normāniā hostē p̄fectus: conestabilis & chaban⁹ octigētis equitib⁹ assumptis: normāniā petiit occursuri burgūdo: A quib⁹ nullo fere dāno burgūd⁹ affect⁹ est qui vicos atq; oppida p caletos grassat⁹ icēderit Rothomagū vsq; mouēs. Vbi conestabilis se recipiens par admodū burgūdo icōmodat⁹ ē. Nisi q a pp̄lo ciuitatis vix excitat⁹: nōnullos ex suis cū aliq̄t ciuib⁹ armatis eruptione facere p̄misit. Burgūd⁹ aūt īde digrediēs i picardiā copias reduxit. ¶ Sed neq; i britānia quicq̄ a ludouico p̄clare gestū est: quāquā quiquagita hoim milia i armis habere diceret. Nā legatiōib⁹ pollicitatiōibusq; tardat⁹: cū res cōpositas p̄xie esse sperat: illusit eū hostis. Dimissa normānia: burgūd' nouiomū oppugnare īstituit. Sed cursol⁹ & quidā cū eo militū p̄fecti: illo se conferētes sub vrbiis icēsis nec illic diuersaret hostis, ciuitatē maxiopere tutati sūt. Robert⁹ præterea stoteuill⁹ ex bellouacis mouens: & deinde Ioachin⁹ roald⁹, ad burgūdos qui apud eū oppidum i p̄sidio erāt: nūciū mittūt petētes oppidū ludouico reddi Mox q; cōpositiōe facta locū & sua oia deserētes: equites vno equulo: pedites: baculo cōtenti abierunt. Hoc exemplum secuti valerienses rēburiensesq; deditionē nulla vi facta fecere. ¶ Eodē tēpore comes roussy⁹ conestabilis filius burgūdę factiōis obstinatissim⁹ sectator burgundiæ p̄fect⁹ diffusis: late copiis tornodorum vsq; debacchatus trecas & cāpanię ptē vastabat. Cōtra vero dalphinus comes p burgūdiam bono exercitu potens oia igne cōsumpsit, par pari rependens. Fiūt iteri cū britōib⁹ p ludouicū inducię. Quo tempore regīa filiū ludouico parit cui vita breuis fuit. Petrus autem borboni⁹ comes bellijoci aqui

Burgūd⁹ in normānia.

tanię ministrator dū lestorię multa nobilitate ornat⁹ agit ā suis ī armīaci comitis ptātē ꝓdit: atq; eo pacto ciuitatem comes recupat. Eā ob rem ludouic⁹ aliquot ex nobilitate suspectos īfidelitatis lochiæ ī vinculā misit. Inter quos Ioannes deymer⁹ crimē cōfessus capite dānat⁹ est & ī partes quatuor sect⁹. Qui moriēs cadetum albretensem eius ꝓditiōis ptinacissime accusauit. ¶ Dū ei⁹ rei grā ludouic⁹ in pictauis īmoratur pax iter illū & britonū ducē intercessore oudeto de ria cōuenit. Data britoni nō parua pecunia. ¶ Porro alēconij dux Ioānes acceptæ crebro grǣ oblit⁹: cum cōstituisset possessiones oēs suas ī burgundū ducē accepto īde pcio trāsferre: & ad eū clā ꝓficisci p tristannum heremitā iubēte ludouico capitur: & lochias primo ductus, paulopost pisij ī lupara arce ī custodia cōsenuit. ¶ Lestoria q̄q; quā misso exercitu ludouicus duce Ioāne cardīali albień. atq; yuōe de fago obsidebat armygniaci culpa diruitur. Nam re composita vt armygniacus loco cederet, cum ī ciuitatē frāci sine vlla violētia igrediūtur, armygniacus ī eos īsurgēs occidere eos iubet. Vñ clamor exortus dū ī castra pfert: franci p effractos antea muros irrūpētes armygniacū ipm & oēm sine discrimie populum trucidāt, comitis vxore cū tribus suis pedisse quis tm̄ salua. Hic Ioānes armygniacus est qui sororis illecebra captus, cū eā īcestu poluisset, nisus est eā pontificis romāi auctoritate ducere. Cuius stultitię fauisse dicit ambrosius cābrayus qui p idē tps referēdarius erat Calixti pontificis. Accepta em̄ ab armygniaco multa pecūia, bullā dispēsationes de sorore desponsanda armygniaco tradit: quā reuera adulteratā & a se falso editā postea confessus est p̄sidēte apd⁹ romanos pio pontifice maxio. Quo iubēte ābrosius ī custodia apd⁹ montoliuetū monasterium habitus ē. Sed e custodia noctu adiutore seruo emissus, in āgliā se recepit vbi aliq̄t ānos mutatis frequēter locis ꝓfugo similis delituit. Quippe Cui Carlota mater alioqui benigna mulier suā domum occluderet: offensa scilicet fi

Iij criminibus qui homicidio primum, deide hac quã dixi falsitatis ignominia notabat. Ingenio tñ & astu erectus viã iuenit apud ludouicum fortunę melioris, simulans regina angliae se desiderari quē ĩ angliã traduceret. Quare intelligens ludouicus eum hoiem esse quo ad dolos vteret. Ambrosium ad se accersitum stipendio iuuit, & mox inter aulicos habuit. Quē nõ multo post supplicationũ regiarũ magistrũ/& deide Parisiensem cãcellariũ vidimus hoiem ꝓfecto dolosum & ꝑter modũ gl'ię studentē, verboꝝ & iactantię vanitate redundantem & ꝓfluum, fidei aũt modicę, & cui ꝓbe cõfidere nemo posset. Cui⁹ mortē nec ꝓpiqui nec ali⁹ quisquã illachrymasse vis⁹ est. Sepeliri voluit ĩ sacello sorbonę ante arã maiorē. Depręhensus apud lestoriam cadet⁹ albreteñ. & pictauiã ꝑduct⁹: capitis suppliciũ luit. ℂ Agebat ꝑ id tp̃s parpigniaci Ioannes tarraconię rex. Qui lestorię ciuitatis desolatione accepta: q꜍ audierat Philippum sabaudum cum ĩgentibus copijs ĩ eũ aduentare ꝑpigniaco abijt. obquod diu quidem atq꜍ ꝑtinacissime a francis digladiatum est. Sed victor franc⁹ extitit & russilionē totũ ludouic⁹ obtinuit, ꝑ hos dies nicola⁹ lotharigię dux apud nãtiũ peste absumpt⁹ est. Fuit & siluanecti habit⁹ cõuēt⁹: veniētib⁹ a burgundo duce legatis: qui belli causas tollerēt. Nec fuit cõcordię locus: tã etsi multos dies multa agitãdo legati cõsumpsissent. Burgũd⁹ vero ducis lotharigi morte accepta: lotharigia armis sibi subiugare tentauit: causam assumēs q꜍ qui defunct⁹ erat obęrat⁹ illi esset: simulq꜍ apud se anxie meditat̃ regiũ nomē vsurpare. Sed illus⁹ a federico burgund⁹ cũ pecuniae ageret, nec suis virib⁹ sufficeret ludouici potestatē minuere ad venetos mittit: a quib⁹ stipēdiũ trimestre mutuo ĩpetrat: q̃ ex gente veneta partĩ coactas copias aluit. Missaq꜍ in niuernenses exercitus parte: rupem castillionis & aliquot regionis loca dolo capit. Per eos dies petrus Borbonius de bello ioco annam ludouici filiam desponsat. ℂ Iterum quoque burgundi oratores cũ regis le

gatis compēdij conueniūt. Vbi tādē post longas concertationes paucorū mensium inducias firmant. ¶ Quo tēpore burgūd⁹ īimicitias ī ludouicū oīfariā exercēs: yteriū mercatorē, q post Caroli aquitāi ducis mortē ad burgūdiū se contulerat, magnis ꝓmissis īducit, veneno tollere regē. Igitur constituto illi quinquagīta miliū aureorū ꝑcio: toxicū parat. Datq; Ioāni audaci (quē seruū habebat) ferēdū: pollicit⁹ mōtes aureos si maleficiū foelicit̄ exigat. Recipit ab yterio Ioānes negociū & ambasiā vbi rex erat ꝓfect⁹: quēdā ī ludouici popīa sibi notū (qui cōdiendis saporib⁹ ꝑerat) cōuenit. Cui q aquitano duci ad simile ministeriū seruierat: rem patefacere nō veteretur. Atq; ad facinoris ꝑcium vigīti aureoꝝ milia secure ꝓmittit: credul⁹ hoīem ad veneni ꝓpinationem facile cōsortē ducere q dn̄m suū nō dissimili maleficio sublatū fuisse sciret. Audiuit Ioannē summa dissimulatiōe coquus sed rē neq̄q̄ patrari posset ait, nisi Coliet⁹ priari⁹ coquoꝝ cōscius accederet. igitur recepto a Ioanne veneno colinetū ad id negociū cohortari pollicetur. Coliet⁹ vero a cōsorte coquo edoct⁹: simul cū eo ad regē pgit. Veneficiū ꝓdit: & ab eo exhibitū toxicū ꝓfert. Rex veneficiū exhorrēs: autorē ꝓhēdi iubet. Qui tāq̄ rei bn̄ gerēdæ secur⁹ iter ad yteriū faciebat. Sed nō lōge a stāpis dep̄hēs⁹: ad ludouicū deduct⁹ est: moq; cōfess⁹ crimē: paulopost ī custodiā detruditur. data īgēti mercede fidelib⁹ cocis. Asseruat⁹ vero ē Ioānes audax ī publicis ędib⁹ parisioꝝ deīde capite truncat⁹. Cui quatuor exsecta mēbra ad quatuor regni extremas regiōes cū titulo ꝓditiōis furcis suspēsa oēs ei⁹ ędes dirutę sunt: & natalis dom⁹ soloten⁹ sine vlla restitutiōis spe euersa: inscripta ruinę cā. ¶ Eo die quo id gestum est Legati ab aragonia parisiū venere, a suo rege mādatum habentes de cōtrouersia ob russilionem & parpigniacum orta tractare. Nec multo post rex quoq; parisium successit. Iussitq; parisios ī armis esse & militari ordīe per diui anthonij portā vrbe egredi. Quorū multitudinem ara-

Veneficꝰ dep̄hēditur.

Legati aragones.

gorienses legati admirati sunt. Cētū em̄ & quatuor hominū armatorꝝ milia e ciuitate ī agrū ꝓdijsse relatū est. Regredientib⁹ i ciuitatē parisijs oratores vicēnas ludouic⁹ ducit. Vbi regia cena acceptos duob⁹ eos poculis aureis varia caelatura ornatis donauit. Horꝝ ꝑciū trib⁹ ducatorꝝ milib⁹ & ducētis ęstimatū est. ¶ Venere eodē tp̄e ab germania dux bauarus: & britonū oratores quos siluanecti Ludouic⁹ audiuit. Affuerunt ꝑterea icassum burgundi. Britonibus liberaliter Ludouicus respōdit. Legationum causas diuiare magis q̄ ꝓbe scribere possum. ¶ Ex siluanecto cōpēdiū, mox nouiomū rex ꝓficiscit. Ceperat comes scti Pauli francię conestabilis sctm̄ Quītinū ꝟomandorꝝ oppidū extruso ꝑfecto curtono cū ꝑsidio quod i eo ludouic⁹ posuerat. Oppidūq; conestabilis, iposito ex suis ꝑsidio, rege iuito occupabat: ita vt i suspicionem veniretur cōceptui i regē belli. Nec aliter ad Ludouicū accessit q̄ pōte iter se & regē facto ad colloquiū ꝓdit satellitibus egregiæ stipat⁹ Colloquio paucis arbitris expleto, rex offensam oēm comiti remittit. Iureiurando iterposito q̄ in ludouici fide ꝑmaneret. Erāt ꝑ id tēpus iter federicum iꝑatorē & burgūdū simultātes. Nitebat ꝑpterea magnopere iperator burgūdo icōmodare: vnde missis frequenter ad ludouicū nuncijs illum hortabat cum burgundo amicitiā nō inire, se vnū satis esse qui ducis suꝑbiā deprieret, eumq; redderet regi obsequētē. Nec tn̄ exaudiuit federicū ludouic⁹: sed cū ex picardia siluāectum reuertisset cum burgundi legatis iducias āni vni⁹ firmat. Interea in Ioānē alēcōij ducē capitis snīa & bonorꝝ oīm publicatio i senatu ꝑlamenteo ꝑ petrum doriolum cācellarium fert. Burgundo vero duci nulla fuit iduciarꝝ & iurisiurādi reuerētia, qui i lotharigia ducēs vir dunum cepit, sollicitaueritq; edouardum anglum regem aduersus ludouicum transfretare. Quamobrem edouardus magno exercitu comparato, priusq̄ moueret: ludouicum per caduceatores petit aquitaniā sibi normāniāq; restituat. Nec diu di-

Cōestabilis temeritas.

Snīa i alēcōij ducē.

stulit Edouardus ad diui michaelis mōtē classem traducere q̄ postq̄ Ludouic⁹ accepit, copias i normāniā misit: eorum militū qui recēter fuerāt ab eo istituti & dalphini custodes appellabant. ¶ Per eos dies tāetsi iduciarum finis nōdum esset, burgundi qui peronæ & p̄ circumadiacentia loca i p̄sidio erāt oia vsq; ad ysarā flumē ifestabāt. Et aliquot ex eis arsonā iā diu desolatā istaurare ceperāt. Sed missis aduersus p̄dōes ex ābianorꝝ & bellouacorum p̄sidio armatorū turmis: nō expectata pugna grassatores aut fugerunt. Nec destitit miles frāc⁹: sed accitis ex finitimis p̄sidijs aliquot cohortib⁹: quib⁹ p̄terea plebei plurimi se cōiunxerunt: ad attrebates ꝓfecti i suburbio ciuitatis castra posuerunt. Vbi nocte tota diuersati, deputatis agricolis qui eos sequebant ad excutiēdos p̄ villas & agrestes mansiones frumenti manipulos maximā tritici copiā & pecorū igētē nūerū ex attrebatēsi agro cōportauerūt. Nā id prius facere meditati vānos & flagella cutrusq; cōplures secū aduxerūt. Recepe quoq; nōnullos captiuos quos raptor violatis iducijs abduxerat. ¶ Pricipio isequētis veris rex i picardiā mouēs, trōqueum vetustissimam nō lōge a mōdiderio turri: vbi p̄ditorum hoim turma duce morino caulero se receperat: oia icursiōib⁹ ifestans expugnat: occisis aut patibulo appēsis qui i ea iuēti sunt: p̄ter ip̄m morinū quē rex vita & offō donauit. Turris ip̄a solo ten⁹ deiecta est, mōdideriēses aūt cū deditionē recusassēt: obsessi oppidū dedidere: suis fortūis oīb⁹ relictis abeūtes: oppidū vero solo ꝓstratū est. Roya p̄terea Ludouico paruit. Nec spes deerat picardiā atq; arthesiū recipiēdi nisi sancti pauli comes conestabilis dolo vsus regem fefellisset. Cui ꝓgredi cupiēti lr̄as mittit, Edouardum anglū ingēti classe petere normāniā Idcirco op⁹ esse cautiōe: ne destitutos p̄sidio normannos hostis iuadat. ¶ Si ad illos p̄tē exercitus ducere rex velit: se vnum cum reliqua militia satis esse qui bellū i picardia gerat Mot⁹ hoc nūcio ludouicus i normāniā ducēs de āglorum aduētu nihil accepit.

Conestabilis dol⁹.

redeũti aũt conestabilis scribit anglos calisiũ appellere. & carolũ burgũdũ nussĩo obsidiõe relicta fœd⁹ cũ fœderico impatore iniuisse. q̃ oĩa tãetsi nulla essent, caduceator tñ anglus cognomẽto scal⁹ cũ lr̃arũ fasce dephẽsus & ad ludouicũ pduct⁹ vera eẽ iurauit. Neq; horũ qcq̃ tã iniquo aĩo ludouic⁹ tulit, q̃ conestabilẽ clã sollicitare borboniorũ ducẽ vt burgũdi partes relicto rege seq̃ret. Cui⁹ pfidie syngraphũ a conestabili missum borboni⁹ p epm mymatensem ludouico demiserat. ¶ Eodẽ tpe in burgundia apud guyũ nõ pcul a castro chynone magna burgundorũ turma a frãcis superat, cũ ducẽtis equitib⁹ q ex venetis burgundo auxiliares venerãt. Fuit nõ psperior attrebatib⁹ fortuna. Admirald⁹ cui decreta belli rõ in picardia erat, ppe attrebatũ dispositis insidijs. xxx. equites lacessitum attrebates mittit. In quos velut in cõtẽnẽdi numeri cohortẽ, eruptiõe facta attrebates cum suo p̃sidio pficiscuntur. At qui ab admiraldo p̃missi erãt, metũ simulãtes pedetẽti retro abeunt donec suorũ insidias p̃terissent. quãobrẽ itercepti attrebates inter medias frãcorũ copias: ad quigẽtos supra mille occubuerũt. Et cũ romõt⁹ regię frater qui burgundarũ ptiũ erat his se ducẽ p̃buisset vix ad suos se recepit æquo ei⁹ iterẽpto Iacob⁹ autẽ sctĩ pauli cũ alijs insignib⁹ viris capt⁹. ¶ Paulo supra hos dies auraycẽsis priceps quẽ in custodia ludouicus habebat, nullo p̃cio liber fact⁹, seditionẽq; suã regi summisit. donat⁹ est ppterea ptãte cudẽdi nũmismatis aurei atq; argẽtei. remittendi insup criminosis necis pœnã, nisi hæresis aut maiestatis rei haberent. ¶ Edouardi autẽ Angliæ regis classis viginti miliũ armatorũ calisium appulit. Qua re cognita mox ad priorẽ exercitũ nouas copias ludouic⁹ ex parisij duce Roberto de stoteu illa cõtrahit. Et Carolus burgũdionũ dux nussio relicta, ad edouardum noctu venit, cui amice gratulatus est. Nã edouardi sororẽ in vxorem duxerat. Hortatus magnopere est rẽ psꝑe gerat, & sua recuperet, q̃ a frãcis iniuste tenebant. At aliqt dieb⁹ exactis cum

Edouard⁹ anglus apud calisium.

nec a carolo, nec a conestabili ꝑmissa illi seruant (côuenerat eñi inter illos, dũ edouardꝰ in arthesiũ venisset, admittere illũ ĩ aliqua munita loca vbi & se atq̃ exercitũ recea re & tuto diuersari posset (Iamq̃ lihonẽ in sanguine terso copias cũ ꝓmouisset, pollicitis illusus, ad ludouicũ siluanectũ vbi in victorĳ cœnobio agebat oratores mittit dicere se archanũ quicq̃ habere qđ illi cõicatũ esse cupiat. Designet locũ & tp̃s ad rẽ exigẽdã. Pinquigniacũ in ambianorũ agro ad id deligit. Interim mutuã a parisĳ grandẽ pecuniã ludouicꝰ petit. Ea fuit quinq̃ & septuagita milliũ nũmũ aureoꝝ, quã dissoluere infra Kalẽdas nouẽbris ipse ꝓmisit. Ad pinq̃gniacũ ex ambianis rex veniẽs frequẽti atq̃ admirabili militũ manu stipatꝰ, duos in ponte pinquigniaci appẽdices extruere iubet. Vnũ quo ipse, alterũ quo cõgredi edouardꝰ posset. Fuit inter vtrũq̃ appẽdicẽ paries medius, cãcellatꝰ ita latis foraminibꝰ vt per ea dextras dare & cõtingere reges possent. Cõuenientibꝰ ad designata loca principibꝰ, cũ se alterni salutassent, longa fuit inter eos (cẽtũ vtrinq̃ admissis illustribꝰ arbitris) collocutio. Inde vbi regibꝰ visum est illis seorsum exeũtibus principes clã sermonẽ cõtulerũt, nec dilata diu cõcordia est. Itaq̃ de septẽ annorũ inducĳs cõuenit. iiĳ. Kalẽ. nouẽbris dũ voluit annus salutis Millesimus quadringẽtesimus septuagesimꝰ quintus. Donatusq̃ a ludouico edouardus est quinq̃ & septuaginta milibꝰ aureis. & quinquaginta milia ꝑ singulos induciarũ annos illi ꝓmissa. Ornauit quoq̃ magnis muneribꝰ clarẽtiæ ducẽ edouardi fratrẽ. Rebus vt paucis annotauimꝰ apud pinquigniacũ gestis anglus oẽs copias calisiũ remittit. Iubetq̃ hauartũ & primariũ suũ scutiferũ apud ludouicũ morari, donec se promisso absoluisset. Digrediẽte calisiũ edouardo, ludouicus de luxemburgo conestabilis cui regũ cõcordia nõ côueniebat, nũciũ cũ lr̃is ad anglũ mittit / vitio illi ascribẽs ꝙ in belli ipse aĩo cũ ludouico pactꝰ fuerit, ꝓmissis videlicet illectus hominis qui eũ falleret. Lr̃is cognitis eas edouar-

Cõuentio regũ apđ piquigniacum.

Conestabilis nequitia.

dus ludouico cōicat. ¶ Interiectis inde nō multis dieb⁹ ac cedētibus ad ludouicū britonū ducis oratoribus pax firmata est & annorū nouē induciç cū burgūdo positç. Ad ditū quoq; de ludouico luxēburgo q̄ ad eū ꝑfugerat, regi dedēdo. Missi sunt peronā q illū excipent borbonieñ. noth⁹ admirald⁹, dñs de sctā petra, & guillerm⁹ cerisaius cū bona armatorū turma exceptū conestabilē in diui an thonij ꝓpugnaculū apud parisios Philippo oleario loci praefecto custodiēdū cōmittūt. Deputat deinceps ludouicus Petrū dariolū cācellariū & duos parlamēti p̄sidētes cū aliꝭs iurecōsultis de conestabili questionem hr̄e. Igitur interrogat⁹ confessusq; plurima in regē deliquisse, in curiā parlamēti post longā custodiā deducit. Vbi a cācellario regiū insigne, id est aureū diui Michaelis torquē quē collo gestabat, deponere iussus est. Moxq; ingressus ad eum ioānes pōpā curtus, Illustris inquit comes, hactenus in custodia regis iussu habit⁹ fuisti. Vbi de his q̄ in regē & rēpublicā cōmisisti quesitum est diligēter, cōfessus es maiestatē frequēter offendisse, cum hosti⁹ cōspirasse, & fidem violasse qua reipublicç eras obnoxi⁹. Iā venio ad te a parlamēto senatu missus, significare mortis sniam q̄ hodie in te lata est. Hodie tibi moriēdū in grauia añ çdes publicas ciuitatis. Terras & fortunas oēs tuas publicatas & fisco attributas esse tibi renuncio. At haec ludouic⁹. O inqt optime maxime de⁹ q̄ dura haec snia est. Te supplex oro, da mētē sincerā te agnoscēdi. Sic locutum q̄ttuor theologi magni nois doctores vt cōstitutum fuerat reū adeūt, salutaribus illū monitis cōsolaturi. Confessione more xp̄iano expleta orat viaticū xp̄i corpis sibi ministrari. quod non obtinuit. Res tñ diuina quā missam appellamus corā illo facta est, & panis bñdict⁹ oblatus, quē religiose māducauit. Inde a palatio ad grauiā ꝑ medias vulgi turbas ꝑductus atq; in tabulatū cōscēdēs, postq̄ ad diuç mariae tēplū (qd⁹ ex tabulato cōspicuū erat) cōuersus longiusculā orōnē plorās habuisset, a carnifice ioāne cousino vno gladij

Conestabilis.

ictu capite punit⁹ est. Cadauer aūt p cordigeros in ipsorum ecclesia hūatū est, decēbri mēse die decimanona. anno. M. cccc. septuagesimo quinto. De eius criminibus & supplicio epigāmata gallica latinaq; multa scripta fuerūt.

Moneta noua.

¶ Eodē tpe monetae pciū mutatū est, & scuta aurea cusa quinq; &. xxx. solidorū turoñ. estimatione. Cui operi qt tuor tm̄ viri praefecti sunt germanus de merla / Nicola⁹ potierus / dionysius brito / & symō ausoranus. Vectigal quoq; indictū singulis doliis q̄ e regno ad exterā gētē ex portarent. Nā p quoq; vini dolio (quā frāci caudam vocant) aureū nūmū portitores exigebāt. ¶ Post haec aliqd in romanos moli⁹ ludouicus, de cōgregāda epōrū synodo cogitauit. nā cū sibi antea nō pcessisset, q̄ de vniuersali ecclesiae cōuentu agēdo suos oratores ad diuersos principes miserat de suo regno habendū cōsiliū praeceptū vulgauit, iubens quosq; pōtifices & maiorū ecclesiarū rectores ad suas sedes intra a se cōstitutū diē redire. Deinde vero astrict⁹ aniciū (quod podiū dicunt) aruerniae ciuitatem pergit. Vbi nouē totos dies diuę Marię tēplo quod in galliis summa religione colit se promissis absoluit, mox lugduni trāsiēs ad dalphinates cū peruenisset, accepit carolum burgūdū qui in heluetios expeditionē duxerat fusum fugatūq; cū suo exercitu fuisse, nō pcul a grāsonne oppido & arcib⁹ duab⁹ receptis quas heluetiis ipe abstulerat, Tormētis machinisq; amissis, castra & sarcinas oēs direptas. Receptas insup ab heluetiis arces & gransonē esse. Inuentosq; in illis quingētos & duodecim alemannos quos suspēdio burgūdus necauerat / eos oēs patibulis liberatos terrae cōmēdasse, & eisdē alemānorū furcis lorisq; burgūdos strangulasse quos grāsonē recuperātes heluetii deprehēderāt.

Dux nemorsus capitur.

¶ Eadem tēpestate nemorsus dux a dño de belloico in arce carlati circūuallat⁹ deditione facta captus ad regem primum / deinde viennā / & deinceps parisiū perducit & in custodia asseruat. Circūuallationis tēpore ei⁹ vxor caroli andegaueñ. filia cum peperisset, tā part⁹ do-

lore q̃ animi egritudie morte icurrit, mulier spectata plurimũ atq; laudata. ¶ Rebus apud gransonẽ dissipatis. Carolus burgũdus cũ ioingnã in finibus sequanorũ se ex fuga militẽq; recepisset Heluetios iterũ persequi (sicuti ferox & vindictae percupidus erat) cõstituit. At q̃ illi milite & pecunia opus esset, guillermũ gonnetũ eius cancellariũ, cum alijs vndecim bonae apud suos auctoritatis viris ad flandrẽses & ditionis eius populos legat, qui militẽ resarciãt. sextãq; bonorũ suorũ oim partẽ ad belli impẽsam ministrent. Legatis respõsum est, carolo si facultas deficit se tuto recipiẽdi, subsidium illi vt principi & duci suo se quidẽ prębituros, donec domũ saluus redeat. Belli autẽ in heluetios gerendi causã nullã videre, cuius sese bonis & pecunia prẹmere aut mulctare necesse sit. Haec dũ a burgundo gerũtur ad Ludouicũ lugduni agentẽ renatus ex andegauensi familia siciliae rex accessit. Cũ quo de prouinciae comitatu ad hũc modũ trãsactũ est. Erat Renatus plenus dierũ sine liberis princeps, cuius filia anglię regina ab edouardo de familia ducũ eboraceñ. in custodia tenebatur eius liberãdae causa Ludouicũ sibi haeredẽ ꝓuincię renatus instituit. Datis a Ludouico milib⁹ quĩquaginta scutorũ aureorũ, q̃ redimẽdae reginae causa edouardo soluta sunt. Regia liberata iuri qd᷑ a morte pr̃is in comitatu ipso vẽdicare potuisset abrenũciat, cõstituta quotãnis (dũ sup̱stes esset) pẽsione quã ludouicus reginae p̱solueret. Accidit p̱ hos dies nõ ꝓcul a dordano plena miserationis caedes Ludouic⁹ bresei fili⁹ normãniae marescallus Carlotã agnetis (q̃ bella appellata est) filiã ex carolo septimo ludouici pr̃e (sicuti credebat̃) genitã habebat vxorẽ. Hic laxandi animi causa cũ in siluã assũpta vxore venatũ ꝓdisset, domũ noctu reuersus cũ se lassũ sentiret, seorsum ab vxorio cubiculo cubitũ p̱git. Carlota aũt libera ad tp̃s viro, ioãnẽ lauernũ pictauũ cũ q̃ stupri cõsuetudinẽ fecerat ad se ꝓten⁹ i cubiculũ admittit. Qua re cognita ioãnes apotecarius dom⁹ senescalli ꝓuisor scelus dño defert. V ñ su-

Burgũd⁹ fusus.

Cędes carlotę vxoris marescalli a viro facta.

Moracũ i heluetijs.

ma ad Moratū p. uulgo Murt.

rẽs senescallus gladio exerto cũ cubiculi fores repẽte effregisset, inuẽtũ adulterũ iteriore tm̃ tunica amictũ ꝓnus cõfodit. Cõiugẽ vero q̃ se ad liberos in ꝓximo penetrali receperat, culcitra obtectã manu apphensam, humo ꝓsternit. Quã in genua ꝓcũbẽtẽ & mariti mĩam fœmineo ploratu orantẽ, traiecto ꝑ mulieris pectus mucrone mactat. ℭ Sed ad susceptã hystoriã reuertamur. Rege lugduni agẽte renũciatũ est Carolũ burgũdionũ ducẽ reparato exercitu ad moracum in heluetios castra posuisse, atq; exile oppidulũ circũuallasse, eoq; renatũ lotharingiæ ducẽ (a quo nãtiũ burgũdus abstulerat) cũ validis copijs suppetiaturũ heluetis accersisse, primãq; hostiũ aciem fudisse in fugã verso remõto comite eius aciei ductore. Vnde ex moraco eruptione facta eos qui in pręsidio erãt cũ lotharingo duce se coniungentes in hostium castra fugatis cęsisq; quãplurimis peruasisse, nec fuisse fuge modũ donec ioignã peruenissent. Quæ autem in burgundionum castris spolia capta essent, heluetios ad beneficij cõpẽsationẽ benefactori lotharingo reliquisse. Occisorũ in ea pugna numerus. xvij. miliũ fuit. Victoria de burgundis habita renatus argẽtinã (q̃ strasburg dr̃) se recepit. Indeq; quatuor armatorũ milibus roboratus, nãtiũ quod sibi burgũdus vsurparat recupare cõtẽdi, & oppidũ (quod ducẽtorũ supra mille militũ pręsidio tenebatur) obsidione cingit. Qua firmata ad argentinenses reuersus, cũ nouas copias coegisset, eas prioribus quas ad obsidionem reliquerat adiungit nantiũq; recuperat. Hæc dum aguntur Ludouicus turonũ repetẽs, multis votis quibus se astrinxerat satis ꝓ religionis debito fecit. Erat eñ diuę Marię xp̃i matri vel reuera, vel simulatiõe deuotus. Cui⁹ tẽplis multa donaria obtulit. Interim burgũdus (cui aduersa omnia succedebant) ægre admodum ferens a modico principe (vt ipse querebatur) vinci, resarcitis ꝓ tẽpore copijs. ex salinis sequanorũ oppido nãtiũ ducit. Cũ eñ de renato sermonẽ haberet, illũ magniope ꝑui existimabat tanq̃ gygas

ipse ille nanus esset. Per eã tẽpestatẽ de castellæ regno di- Lis de Castiliæ regno
sceptatio insurgit. erat hẽrico castellæ regi (vt ferebãt) ex
legitimis nuptijs filia, & ex pr͞e grãdis natu soror, hęc ara
gonũ, illa portugallorũ regi vxor datur. q̃obrẽ vterq; re Rex portugaliæ ad
gum castellã vendicare magnis viribus cõtendit. portu burgũdũ
gallus rex frãcum regẽ secut⁹, ludouicũ p se cõuenit, spe vadit qui
rãs maxime discordijs ĩter eũ & burgũdiũ cõpositis, copi nãtiũ ob-
as sibi ad vẽdicãdã castellã attribui. fuit mediusfidi⁹ por- sidebat.
tugallus rex incredibili magnificẽtia a Parisijs exceptus.
Verũ cũ ad burgũdũ in obsidione Nancij agẽtem pacis
causa p horridã hyemẽ frustra cõcessisset, ad ludouicũ re
dijt. Burgũdus em̃ nãciũ tã arcte cõcluserat, vt fame ppe
deficiẽter burgũdo permittere se obsessi destinarẽt. Mili-
tabat in burgũdianis castris lõgobardus quidam comes
quẽ cãpo bassũ appellabant. Hic vel suapte pfidia vel pe Campobassi pfidia
cunia clã corruptus, a burgũdo deficiẽs cũ nonagita eqti
bus ad ludouicũ regẽ venire cõstituerat. At per regis in-
ter nũcios tardat⁹, ne pditiõis pticeps Ludouic⁹ esse videre
tur ad Renatũ pfectus est, cui burgũdi cõsiliũ oẽ patefacit
Duo vero suę factiõis angelus & mõtefort⁹ q cũ ad pdi
tionẽ cõceptã seq̃bãtur / iussi sunt cõdeũ petere, qui locus Condeũ
a nancio secũdo tm̃ lapide distat, ad mosellã flumẽ, qua a
mettẽsibus & luxẽburgis ad burgũdos cõmeatus ĩporta
batur. Quarto aũt nonas ianuarij renatus varẽgeuillã ad
sanctũ Nicolaũ cũ suis & heluetiorũ copijs pgrediens &
postridie cũ nouãuillã aduenisset, ad lacũ qui nõ pcul ab Acies Renati
est acies instruit. Vnã dabestanus comes & qui friburgũ
suricũq; incolunt. Alterã bernẽses atq; ternẽses duxerũt
Atq; ita partito agmine alteri secũdũ flumen alteri p viã
militarẽ nãciũ versus cõposito ordine incedũt. Iã em̃ bur Acies Burgundi
gũdus suos in acie sisterat, & heluetios q via publica p-
grediebãtur, tormẽtis appetere pperabat. Quod aĩaduer
tẽtes aciei ductores sinistrorsum ad pximum collem di-
uertunt, in quos burgundus iacobum galleotũ italũ, & Iacob⁹ Galleot⁹
iudocum lalanũ flandriæ primariũ iudicẽ, bino agmine Iudocus Lalanus

mittit. Iubetq; hostē ab equitibus īuadi, sequēte illos numeroso peditatu. Mox nihilominus heluetij qui ī colle erāt cōuersa ī burgūdos facie, vix credibili impetu in venientē in se hostē ꝓcedūt, ita vt ad primū colubrinatū iactū peditatus oīs burgūdorū fugæ se cōmiserit. In galleorū autē ij qui ad flumē iter habebāt nulla mora īcursantes totā cohortē fuderūt. Est pōs nō ꝓcul a nācio q̄ via est ad thyōuillā & luxēburgū quā cāpobassus comes occupauerat: ad pōtē postq̄ fugiētes burgūdi ꝓuenerūt, īsequēte eos ferociter lotharīgo pars flumīs vadia se credētes, ab heluetijs trucidabātur. ps fluctibus obruti iteribāt, ps q̄ siluis se credebāt ab īcolis sine miseratiōe iugulabātur. Nec cessauit lotharigus hostē ꝓsequi, donec adueniēs plurima nox eū ꝓhibuit. Tū de burgūdo duce interijsset ne an viueret sollicitus, q̄ñquidē de eo nullū nūciū accipet, ad metēses cōfestim sciscitatū mittit, an ipse ꝑ eorū ciuitatē euasisset. At ille reuera dū se fuga saluare cōtēdit, labēte ęquo quē insidebat fuerat tribus vulneribus occisus, vno ad caput secus aurē ad dētes vsq; pertingēs. Altera ad femora tertiū ad anū. Id certissima fide cōpertū est capto baptista adolescēte ex colūnēsium familia. Qui duci eodē tēpore familiarissime obseq̄batur, qui nō dubia de illo indicia ꝓtenus ostēdit. Assensusq; est testimonio eius matthe⁹ portugallēsis ducis medic⁹, atq; āthonius ei⁹ frater nothus quē lotharigus captiuū habebat. Cuius rei fidē vix admiserūt arthesiēses & ij qui burgūdorū potestatis erāt, temere atq; ꝑtinacissime asseuerātes eū e pugna ad germanos dilapsum esse. Ibiq; septēnē pœnitētiā vouisset, quā postq̄ explesset inde cū potētia reuersurū, & suas iniurias vindicaturum. Noui nōnullos qui in credulitate obstinati ęquos gemmasq; venales exhiberent / venderentq; si quis eas plus iusto emeret dilata solutione, donec Carolus eorum princeps exacta pœnitentia redijsset. ¶ Eam crudelitatē anxit quidā vir horridā vitā agens inter sueuos in oppidulo cui bruxellæ nomen est qui cum statura & voce nō

Apud nācium. Renati victoria.

Caroli Burgundi exitus

baptista colūna

Pertinax in dn̄m amor stulta credulitas.

ab similis carolo esset/nec se ostentaret sed poenitenti pa-
ret semper moestus esse videretur vulgus facile hũc ꝑ Ca
rolo habuit donec euidẽtioribus signis ad verũ puẽtũ est
Inuentũ ducis cadauer nudũ in pratello qđ riuulus alluit Caroli sepultura
ĩ diui georgij ecclesia apđ nãciũ ãno salutis.M.cccclxxvi
postridie epyphaniorum dñi cõditum est. In eo loco vbi
tot occisoꝝ corpa iacebãt lotharigus victor sacellũ cõdi
dit,addicto sacerdote q memoriã defunctoꝝ ppetuo ha
beret.Edidit quoq in pratello crucẽ ex lapide vbi burgũ
dus occubuerat.¶Hic me locus admonet ĩ cathalogũ cõ Flãdriç comites & rectores.
ferre quot flandria ab exordio rectores comitesq ad hũc
vsq Carolũ ꝑ annos fere septingẽtos habuit,vt hinc cau
tionẽ accipiãt ij qui splẽdore principatuũ & gñis antiqui
tate elati,facili ꝑ incõsiderationẽ lapsu fabula posteris fi-
unt. Terra flãdria/insula galliæ belgicæ/ ab occidẽte bri- Flandriæ Topographia
tãnico occeano,ab oriẽte scalde flumĩe, a meridie lisa am
ne qui in morinis orit̃ circũsepta est tota fere palustris &
siluis olĩ ĩpedita/sicut ex çesare liquet, qui morinos bello
aggressus difficile sibi audiẽtes fecit ꝓpterea q in siluas
se recipiẽtes/querẽdi fuerunt vt vincerẽtur.Est em̃ nõ ꝑ
ua pars flandriæ etiã nõ morinoꝝ põtifici q̃tũ ad xpianã
religionẽ attinet subiecta.Et hanc fuisse olim nõ ꝓcul sil-
uã illi nõ temere quis putabit,q̃ carbonaria silua inneruijs
fuit,vbi tornacũ in signis ciuitas extructa est.Cuius spiri
tuali ditioni altera flandriç portio paret. Est tñ nõ vulga
ris opinio,dicentiũ.Hãnoniã olim siluã carbonariã fuisse
dictã.Ea regio raris colonis cũ diu inculta & plurimis fos
sis itersciſſa mãsisset latronib⁹ patuit,qui ꝑdas ex trãseun
tibus agebãt,donec annũ salutis sexcẽtesimum vicesimũ Ann. 621.
primum quidã,cui luderico lillesçuquo appellatio erat,lo Luderic⁹.
tharij quarti francoꝝ regis filiã vxorẽ habens, cũ liberos
quidecim ex ea genuisset,maxim⁹ natu ãthonius siluç flã Antonius. syluæ Flãdriæ custos
driç custos a lothario positus est vocatusq forestarius, sil
ua em̃ francoꝝ lingua foresta appellatur Vnde forestarij Forestarij
nomẽ deriuatum. Sed huic narrationi rari assẽtiũt alijs tra

dētibus, ludericū ex germania vxorē duxisse, & vicū īco luisse arlebecā qui vn⁹ in illa terra erat. Vxor aūt cū flandra diceret ab ei⁹ noīe fuisse flādriā dictā. Ludericū vero a carolo magno siluę custodiā vt eā a latronib⁹ quietā red deret accepisse. anno grē septingētesimo nonagesimo secūdo ibiq; quatuor & xl. ānos ipasse, & ei⁹ filiū successisse in gecamū, q vicorū extruēdorū diuersis flādrię locis autor extitit. porro exacto sui magistrat⁹ āno xv. apd' arlebecā vita excedēs sepult⁹ est. Fuit illi heres fili⁹ andaq̄rrus

Andaq̄rrus.

reipublicę curator atq; amplificator īdustri⁹. gādauū enī curtracum atq; aldenardum, nec nō casseletum cōstruere

Balduin⁹.

coepit. Relicto autē balduino filio post. xiiij. sui forestatus annū arlebece humatus est. Post patris excessū Balduinus regionis administrationē est adeptus. Erat Iudith speciosa foemina quae caroli calui franci regis cum filia esset/ & edouardo (qui & adolaphas dicebatur) anglo regi nupta mortuo marito in frāciam rediēs a balduino rapta est, & matrimonio iuncta. Qua iniuria affectus rex balduinum persequi pergit. q̄admodum a nobis supra relatū est. Ab

Brugae.

hoc balduyno brugus quē nūc incolae brugas vocāt ędificari coeptus est. Ipse vero a suscepta administratiōe anno. xvij. vita destitutus in diui Bertini coenobio apd' sanctum audomarum cęlebri sepulchro est honoratus anno xp̄ianę pietatis octingētesimo. lxxxix. Cui successor fuit

Balduin⁹ caluus.

balduinus/ quē caluū flandri vocauere qui brugas muro circūdedit, & ethelsundā edelphidi anglorū regis filiam vxorē accipiēs, liberos duos arnoldū & adulphum boloniae postea comitē ex ea tulit. Decurso aūt accepti comitatus anno quindecimo gādaui sepultus est, in coenobio

Arnold⁹

quod diuo petro dicauerat. ¶ Arnoldus patris principatu recepto, religiosę vixit. Nā apd' sāctū donatū qui loc⁹ brugis coelebratissimus est sacerdotes duodecim a se instiututos decimarū largissimo prouētu donauit. Fuit illi vxor

Balduin⁹.

alisa viromādorū comitis filia/ quae illi genuit balduinū Ab hoc arnoldo, vt a me supra memoratū est Guillerm⁹

ferdinando aragoñ. restituat, qua vna re perpetuam inter reges amicitiam parari putabat. Verum longe secus post accidit. Igit cum a bellis quiescere Carolus potuisset cura illi incessit de siciliæ regno quod sibi patrimonij iure ptinere contendebat. Nec potuit a sñia dimoueri. Nec parisiorũ oratores eius rei cã ad eũ missos audiuit. Cõtra õis ,ppterea terra mariq; copijs hortãte maxime alexandro sexto romano põtifice/& ludouico sfortia/p Alphõso Neapolitano infensi erãt in italiã ducẽs Lugduni primum aliquot dies morat⁹ est, nõ satis certus an alpes ipse trãscẽderet. Distinebat eñ ciuitatis delitijs & quarũdam amoribus fœminarũ. Sed vbi aer pestilẽs factus est. Viennã dalphinatiũ vrbẽ petit. Antecedebat eũ copiosus exercitus, & iam ad astẽses supatis alpibus peruenerat, cum nec dũ firmasset aio quid primũ exequeret. Stat tandẽ sequi exercitũ. Nam licet pusillo corpore esset, ducebat tã tum animi magnitudine præclarũ quiddã gerẽdi. Igitur viẽnam digressus. Vercellas sabaudi ducis ciuitatẽ profectus est. Quo eius salutãdi causa ludouicus sforcia cũ aliquot italiæ principibus se cõtulit. Ibi paucis dieb⁹ exactis quia copias partim pisas / partim bononiã præmiserat/ mox ipse secutus rapellã genuensiũ munitissimũ oppidũ plurimis oppidanorũ cæsis expugnat. Pisas inde petens magna olm lætìcia & plausu excipit. Florentinis dubia mens fuit an regẽ ad se admitterent grandi exercitu potentem, cuius & si diu amicitiã coluissent, militũ tñ variã fidẽ pertimescebant, qui ferociter agentes in tam lõginqua expeditione prædę & opibus inhiabant. Erat petrus medices apud florentinos imprimis opulentus qui in suspitionem venerat tyrannidis. hic Caroli gratiam meriturus petrã sanctam atq; sarzanellam olim ianuensiũ oppida carolo tradit. Proinde magno suorũ comitatu ornatus rex a florentinis admittit. Quo tẽpore picus mirãdula gñe illustris philosophus & orator nolatissimus, multarumq; linguarum sciens. xxx. suæ ætatis anno vita de-

Expeditio neapolitana.

Picus mirandula.

cessit. Apud florentinos non multos dies moratus Senas pergit. Cui senēses obuiā hospitio liberaliter illū suscepe-rūt ministrato affatim cōmeatu. Inde tuscanellā progrediens/cū oppidani alexandro iubēte militē aditu ꝓhiberēt pœnas luerūt. Viterbiū quoq; nolēs repugnāsq; exercitū accepit. Pōtifex romanus alexāder cui Caroli aduentus ꝓpter eius magnitudinē formidabilis erat, Ferdinādi alphōsi filiū ad ꝑsidiū vrbis adsciuerat, ꝓhibiturus quoad posset carolo vrbis ingressum. Cui populus roman⁹ aduersabat. Quāobrē vbi aduētare regē pōtifex accepit, sibi timens in molē adriani. q̄ sācti Angeli castellū appellāt se festināter ꝓripit. Rex vrbē ingressus, militē a tumultu tēperare iubet. Quosdā q̄ edicto nō paruerūt supplicio (tribus per vrbē erectis furcis) afficit. Inter hæc Ferdinādus cogitur vrbe excedere. Dū paucos dies in vrbe rex agit, nec vllus auditur militaris tumult⁹, securior sui alexāder arce egressus regē ad colloquium admittit. Fecit rē diuinā pontifex, eiq; post sumptā eucharistiam vinū in sacrū calicē carol⁹ ministrauit. Fuere sicuti accepi plęriq; ex cardinaliū cœtu qui carolo suaderēt alexādrū captū abducere vt pōtificatu amoueretur. Quib⁹ audiēs nō fuit pi⁹ priceps per fide se facere ratus, si post datā fidē calūniā inferret pōtifici. Discedens ab vrbe carolus ne sibi via intercip-eretur, terracinā, cui auxur vetus nomē est a pōtifice accepit zyzynū etiā turcū fratrē, sed hostē magni turci q̄ ex galliis vbi asseruabatur, innocentio octauo traditū supra annotaui, consentiente alexādro secum eduxit quatinus subacto regno apuliæ ope zyzyni finitimos turcos expugnet. Iā em̄ a iuliano cardinali ostiā acceperat. Rebus ad hunc modū ordinatis cāpaniam adiens Carolus, aquilam in monticulo sitā dedētibus se sponte incolis recepit. Ad sctm̄ germanū (qd⁹ oppidū ē situ & arte lōge fortissimū) statio fuit, repugnantibus pertinaciter oppidanis, qui se fossis frequentissimisq; aggeribus muniuerāt. Sed insiliēte franco milite, postq̄ machinę appositæ sunt/tertia post

Carol⁹ in cāpania. Aquila sāctus Germanus.

hora oppidū expugnat. Vn̄ perterritus alphōsus qui neapolim tenebat, Ferdinādū filiū ad se vocās regnū illi reliquit. Ipse in siciliā fugiēs paulopost vita deficitur. Nā q̄ tyrānidē apud neapolim exercuisset alphōsus, odiū populi mirū in modū in se cōflauerat. Ferdinādus fugiētē p̄re in castrū oui / veniente neapolim Carolo se recepit. Quā ingrediēs Carolus applaudētes illis honoratissimos quosq̄ ciues habuit & plębē, inde per internūcios, vitę & status honestā cōditionē / si in galliā se recipere velit ferdinādo pollicetur. Id quia recusaret inde fugere cōpulsus est. Ad caroli secundas res appulia successit. deinde calabria, mox etiā lucania. Tā prosperis successibus inuidens pontifex consociatis sibi venetis, & maximiliano romanorū rege, quib⁹ cū accedebat rex hyspan⁹, & ludouic⁹ mediolanen̄. hi oēs ad Carolū legatos mittūt petētes neapolim liberā dimittat, aut ī turcos sicut ꝓmisisset copias ducat. Ad hæc subindignat⁹ rex ꝓten⁹ respōdēs. vos īquit oēs aduersum me arctissime cōiurastis, sed vestras cōsiliationes vnus irritabo. ita vt vos veneti / mercaturā non rerū imperia discatis mę auctore moderari. Hoc verbo dimissis oratoribus, grauiora neapolitanis tributa remisit, quibus ab alphonso grauissime pręmebātur. Pacata neapoli & p̄ loca pręfectis cū valido præsidio impositis sūmā rerū gilberto mōpenserio comiti de borboniorū ducū ꝓgenię cōmittit, ipse in galliā cū parte copiarū reuerti parat. Redeūti portas vrbis alexāder claudit. Quā licet fossis atq̄ aggerib⁹ vallasset. ornetū tn̄ cū cardinalibus se cōfert. Veniēs roma Carolus fauēte populo ī ea stationē fecit. Et q̄s ab alexādro vrbes habuerat libere dimittit pręter ostiā, & zyzymū turcū qui apd̄ neapoli vita decesserat. Inde ꝓfect⁹ senas ī suā tutelā accepit. ¶Dū fornouiū nō lōge a Parma ciuitate appropīquat nūciū accipit venetos & reliquos cōiuratos vias insidere qua erat trāsiturus. Erāt in hostiū castris milia quadragīta armatorū. Carolo septē ad summū milia electissimorū pugnatorū mi-

Alphonsus fugit.

Ferdinandus fugit

Alexādri & venetorū in regē cōiuratio.

Legati ad carolum

Caroli responsum.

Carolus ī galliā reditū parat

Alexāder ornetum fugit.

litabãt diuturno itinere fessa, & nõ min⁹ ĩdigẽda viatico nã reliqui exercit⁹ bonã ptẽ neapoli & alibi p ꝓsidia reliquerat, miserat quoq; genuã ducibus Philippo de sabaudia, & Hugone ãbasiano alterã nõ exiguã manũ, ꝙ spem illi iulianus cardĩalis fecerat vrbẽ recipiẽdi. Sublatus ꝓpterea hostis exploratũ q̃si habebat vẽturũ in suã potestatẽ carolũ, aut reuera vulnere aliquo moriturũ. Quĩquagĩta nãq; (alij dicũt cẽtũ) milia ducatorũ ꝓposuerãt in mercedẽ illi qui regẽ vel viuũ vel occisum in castra abduxisset, ei qui franci caput exhibuisset pmiũ ducatorũ sex erat cõstitutũ. Tali spe militẽ hostis venet⁹ aiabat. Sed nihilo segnius dispositis aciebus Carolus cõgreditur, & postera die taro flumine traiecto, victor ad astẽses se recepit. Cecidere ex veneris plęriq; noiatissimi & opulẽtissimi ciues Nec quẽq̃ ex hostib⁹ captiuũ frãcus miles seruasse iuẽtus est. Sequebãt carolũ turba multa famulãtiũ q̃ sarcinas vehebat, atq; eoꝝ q exercitũ curiositatis magis q̃ belli causa comitabantur quorũ magna cędes fuit. Cũ ad astẽses venit Ludouicũ aurelię ducẽ cui Mediolanũ ptinere iã diu cõstãs opinio erat, nouarię a mediolanẽsib⁹ arctissime obsessũ accepit. Ei⁹ liberãdi causa carolꝰ cũ hoste min⁹ honestã pacẽ inijt. Atq; sic liberato ludouico in frãciã cũ reuertisset diui Dionysij coenobiũ cõtẽptis pilsis adiuit, vota q̃ superis vouisset soluitur⁹. Mos enĩ regib⁹ frãcię supra multos annos fuit, cũ lõginquã expeditionẽ assumũt petere a beatis martyrib⁹ opẽ e cõditorio vbi illorũ reliquię pręcipua veneratiõe seruãtur feretra in patẽtẽ tẽpli arã sistere nec prius repõere donec a militia reuertẽtes feretra in ꝓpriã sędẽ ipsi restituãt. Igit voto scd̃m priscã maiorũ suorũ cõsuetudinẽ liber fact⁹ carol⁹ Parisios visere dedignatus relicta dextrorsũ vrbe p sãctũ ãthoniũ de cãpis iter faciẽs, põte calẽtonio traiecto p belsiã ãbasiã ẽ ꝓfect⁹. Indignatiõis ĩ Parisios cã erat ꝙ ad neapolitanã expeditionẽ cẽtũ milia nũmũ cõtribuere Parisij negauerãt. Cogitauit ꝓpterea Carol⁹ aliq̃ icõmodo illos afficere, & quo id face

Vana hostiũ expectatio.

Carolus Victor.

Francorũ regũ mos

Parisios rex contennit.

Carol⁹ infirmatur.

Carolus octauus moritur.

Pōpa funebris.

ret modo oportunitatē expectabat. Redeūte in frāciā Carolo stati neapolis a fide defecit, & mortuo gilberto mōpēserio relicti pfecti ægre sua præsidia tuētes ad Carolū se recepe. Primā adolescētiā Carolus cū parū caste egisset vires illi intabuerāt, ita vt ante paucos mēses q̄ moreretur / macilētia extenuat atq; eff oet⁹ effect⁹, pteritas interi detestari voluptates, seq; ad castimoniā colligere videbatur. Eapropter indolebat illi maxime q sine liberis esset cū ex anna vxore quos genitos tris habuerat mors abstulisset, decessit ābasiæ septimū & vigesimū vix agēs annū, dū laxādi animi gr̄a ex deābulatorio cū vxore pila ludētes despectat. vij. id⁹. apri. āno salutis. M. cccc. xcvij. pridie vero Kalē. Maij fun⁹ ad sāctū dionysiū p Parisios accuratissima pōpa efferre sequēti ordine cōspexi. ¶ Apd basiā in diui florētini tēplo per ioannē paudi cardinalē expletis exequijs, comitātibus inde suo ordīe veste lugubri pricipib⁹ atq; primoribus aulicis ministrisq; supra millia septē & prælucētibus cōtinēter quadrigētis facib⁹, quas totidē paupes pullis tunicis & caputio iduti pferebāt, post q̄ ad beatæ Mariæ tēplū qd⁹ de cāpis in Parisino suburbio nūcupat prio & vigesimo die abambasiæ exitu puētū est defuncti feretrū in eodē tēplo ea q̄ secuta est nocte repōit pernoctātib⁹ ibi p muris sūo ad hoc noie designatis curialibus. Ad eā tā nūerosam pōpam toto itinere nonaginta milibus passuū deducēdā, ex instituto petri de ruse aurati equitis primi. (scdm vulgi appellationē) regis scutiferi præfecti erant honorati ductores / qui multitudinē semota famulantiū & seruorū colluuione moderarētur. Et ad quēq; locū vbi diuersandū esset, præcedebat cū domesticis regiæ aulæ ministris Castellaudius / eius tpis magister domus, qui alimenta non secus ac viuenti adhuc Carolo multitudini pararet. ¶ Anteibāt præterea oēm pōpā longo interuallo cantores & ministri regalis capellæ vt p ecclesias vbi statio futura esset / aras ornarent & lichnos. Et ne præter prædestinatū ordinē a quoq̄ erraretur, guyo-

tus mazacus, Petrus loysius, & Rigaudus seruandis ordinibus erãt praepositi. ¶Erant itẽ qui cõmeatũ & diuersoria curarẽt. Igitur Parisij accepto nũcio de funeris aduentu, altera die scd̃m cuiusq̧ ordinis cõditionẽ ad eũ vbi cadauer repositũ erat locũ ꝓcedẽtes, sequenti modo funus sunt comitati. Ibat ante oẽs cõmissarius vnus castelleti, cui assignati assistebant bono nũero seruientes, quos cliẽtes vocant cum singulis tunicis nigris, baculos eius coloris manibus ferentes ad dimouendã plebẽ, ne ꝓgredienti põpę foret molesta. Hos seq̃bãtur dextrorsum sinistrorsumq̧ pauperes portãndis facibus (vt supra exposui) deputati. A singulis tędis pẽdebãt scuta duo insignibus lilijs picta, veniebãt inde quatuor & viginti cũ singulis cãpanulis polictores (quos clamatores Parisij dicũt) a pectore & scapulis regis insignia gestãtes, qui nec pũctũ quidem tpis a pulsandis titinabulis cessabant. ¶Dextro latere viri religiosi cũ sua quiq̧ cruce/primũ mẽdicãtes/post cęteri diuersorũ ordinũ (sicuti antiquitas ferebat) incedebant his subibat praefectus vigilũ cũ suis seruiẽtibus. Inde quatuor & vigĩti salis baiuli qui hãnonij vocitãtur. Hi nẽpe venerãt ꝙ priuilegij iure funeris feretrũ ferre cõtẽdebãt. Sed priuilegio derogatũ est. Retro hos tabellarij equites qui ferẽdis regijs lr̃is designãtur, mox regij corpis custodes/ inde suitẽses cũ singulis gesis quas hallebardas appellant, ingrediebãtur, quibus pręerat Claudius p̃fecti custodũ vicarius, Post ibant ij qui illustri genere orti, honoris vocãtur infantes. Inde regię domus magistri quibus pro more singuli baculi in manu erãt. Talis erat dextri lateris institutio. Sinistrũ tenebat magno numero studij Parisiẽsis vniuersitas, incipiẽs ab extremis clamatoribꝰ, & idẽ scd̃m singularꝫ facultatũ collegia sursum ad rectorẽ vsq̧ versus ep̃os. Rectori pręibant bidelli cum suis baculis & massis argenteis, nec aderant scolastici omnes ne per illorũ multitudinẽ via arctaretur. Inter hos hincinde procedentis pompae ordines post faciferos ibat castellaudius

mula insidens/sequētibus cōministris pedicibus vt a me dictū est. His suberant tubicines inuersis tubis, & caduceatores. Inde Claudius signum militare regi peculiare gerebat, equo vectus nō ignobili. ¶ Ducebatur hic sex equis carpentū in quo regis corpus ad diuā vsq; Mariā de campis fuerat aduectū/ veluto tectū nigro/ & aureo desuper pallio instratū. Cuius libi p quadrū ex veluto colore celesti pēdebāt aureis lilijs/arminijsq; quales p insignib' Anna vxor defuncti gerebat intexti. Sup haec distēsa erat lata crux cādida. Equi cū suis iugis & loris pari veluto/superaddita cruce tegebantur. ¶ Adequitabant hinc atq; hinc equis vecti emarus ronus/ & Canuquonus illustres scutiferi. ¶ Carpento posthibat Blandinus quotidianae regis impense scutifer. ¶ Atq; inde sex generosi adolescētes/Pagios vocant/totidem insignibus equis vehebātur simili apparatu quem de carpento diximus ¶ Minabatur post hos nō inferiori ornamento Equus caeteris dexterior. Hunc gladij latorē aulici vocāt. Quem sequebātur in equis insidētes splēdido sanguīe nati suffac' & sctām em' post huiusmodi mediū ordinē dextrorsum pcedebāt sacerdotes & clerus parrochialium ecclesiarum, inde ij qui sacello palatino & qui maiori ecclesiae inseruiunt. ¶ Succedebant monasteriorū abbates/sancti Victoris Maglorij/diuae Genouefae & de fecano. Accedebant subinde pōtifices Sarlatensis. Valentinus Andegauus Altissiodorēsis. Parisiēsis, Cardinales duo, gurcius & luxēburgus: ille natione pictauus in germania praesulatū obtinebat. Hic ex picardia nobili stirpe genitus cocnomanis prȩerat antistes. Sinistrorsū praeter scolasticos nemo incedebat. Eratq; rector e regione prȩlatorū suo ordine postremus. ¶ Inter hos & pontifices medij ibant viatores regij virgas suas quae massae nominantur inuersis capitellis gestantes. Inde caducearores duo qui reges armorum nuncupātur monoyus dico & clareuoyus. Post quos alter equus (cursoriū vocāt) toto praeter oculos corpore veluto amictus

sine assessore ducebat. Cui petr⁹ de rufe priari⁹ vt añ dixi scutifer puula mula vect⁹ accedebat regio ense accitus Pone hũc triũ passuũ iteruallo ibat pedes Iacob⁹ de stoteuilla parisin⁹ ꝑtor virgã manu ꝑferẽs. inde ex regis maxime domesticis clarissimi hoies/qui lecticã vbi caroli fun⁹ cõditũ erat cõportabãt. Cui supextabãt tãq̃ in lecto iacẽs Caroli simulachrũ simillimũ q̃ ad fieri potuit viuo. Erat lect⁹ lithco ex subtili tela holãdina in terrã ꝑfluẽte i strat⁹ cui suppositũ erat grãde veluteũ palliũ vlnis quinquagita cõstãs. Desup itextũ ex aure palliũ quique & viginti vlnis extẽdebãtur similib⁹ libis q̃s i carpẽteo supra descripsi ꝑter armias. Addita erãt puluinaria aurea duo. Altero simulachri caput altero pedes nitebãtur: aurea corona caput decorabat. Tibias iduebãt sericei: coturni blauio vt ita dicã colore: sup assutis aureis liliis. Vestis prima ex purpureo tafeto. i. tenui serico & fimbrię ei⁹ aureę erãt Erat & altera tunica supior ex satino cælestis coloris aureis liliis itexta, quib⁹ sup extabat chlamis armis duplicata, dextrorsum apta ex veluto pari colore: liliis supinductis Ad chlamidis extremã fissuram armũ versus fibula erat multis gẽmis & auro florentio ꝑciosa. Chirotecatis autẽ manib⁹ cũ statuta esset, dextera sceptrũ sinistra gerebat manu quã iusticiæ franci vocant. Ea est hmõi. indicem digitũ & mediũ erectos habet, reliquos cum pollice ad volã iplicitos deflectit. Dextera manus paulo alti⁹ quam sinistra pectori eminebat: vt qui i digito aure⁹ anul⁹ erat videri posset. ¶ Aurei palliĩ ãglos quatuor plamẽtei senat⁹ ꝑsides singuli singulos tenebãt: vestib⁹ ornati quib⁹ i curia solẽnia iudicia exercẽt. ¶ Ad lecticæ latera incedebant cæteri senatores rubris tunicis vestiti. Quos hostiarij lugubri toga ꝑcedebãt. Supra lecticam aureum velum quadratum decem baculis sustinebatur, quos mercatorum ꝑpositus & scabini vectirabant. Eius veli singula latera veluttea erãt, ad eũdẽ modũ quo carpentum ornatum fuisse scripsimus. Quo etiã tegumẽto baculi tegebãtur. Ad le-

ētice sinistrū lat⁹ militare signum quod panonē appellāt Ludouic⁹ daucus gestabat Dextrorsum peculiare regis signū ferebat Yuo dalegre. ¶ Retro ꝓdibat cū īntegro vexillo Carol⁹ tremolus. Quē comitabatur chaumōtus regię dom⁹ primari⁹ magister. Veniebant inde principes: Mōpēseri⁹, de guysa: de dunoys, & dux albanię talaribus chlamidib⁹ pullis capucisq; amicti: inde cābellarij: & ij quos regij ordinis torquib⁹ Carol⁹ donauerat: quatuor inde: & xx. architenēte quib⁹ viuētis Caroli ꝑcipua custodia fuerat mox sequebātur selecti nobiles ducētū tersas & splendidas hastas manu gestātes. Sinistrum latus suo ordīe decorabāt regiarꝫ rationū cōputores: vectigaliū quoq; id est (vt aiūt) iusticię generales, regij itē thesaurarij & ex castelleto frequentes iudices atq; ministri honoratorꝫ quoq; ciuiū ingēs multitudo. Postremi oīm ibāt vrbis parisiorꝫ sagittarij: bini ꝓcedētes. Hoc apparatu & luctuosa pōpa fun⁹ ad diuę Marię pōtificiale tēplū deductū est: spectāte ex fenestris tectisq; vicatī inumera plebe ciuitatis. Maioris templi singula ornamēta subselliorū ordines / vela / tapetes qui parietes vestiebant scribere operosum & longum esset. Lichnorū autem per tēpli muros sursum deorsumq; tāto fulgore ecclesia & micabat & calebat vt illo venientes pauloq; morati aestuarent. Postridie ac solēnibus exequijs facta re diuina pari quo supra dictū est īcessu, cū ad dionysianā portā vētū est / ordo deducētiū fun⁹ / transito suburbio & rectore cum suis scolasticis domū repetēte talis fuit qualem ab ambasia ad beatam vsq; mariam de campis seruarum fuisse dixim⁹, inde ad crucem quae ī via militari ad sctm̄ dionysium est, & pendens nuncupatur pōpa ꝓcessit. Quo religiosi coenobite ecclesiastico ornamento conuenere: funeri per sacras cerimonias obuiātes. Praeerat illi abbas de fecano: nam loci abbas supra aliquot annos cardinalis factus romae agebat. Vbi ad oppidi portam pōpa successit quatuor parlamenti praesides & caeteri senatores suum iterū ordinem receperunt ob am

bulantes funus. Cui tandiu astiterũt, donec funebrib⁹ officijs absolutis ad sepulchri locũ deduxissent. Fecit rem diuinã cardinalis luxemburgus, funebrẽ orationẽ Ioannes andegauus praesul qui regius confessor fuerat habuit lamentationis plenã. Dum in fossam cadauer deponi coeptum est adscitis per caduceatores regię dom⁹ magistris singuli singulos baculos quib⁹ ministrando regi vsi erãt in fossam demiserunt. Inde caduceatores ipsi & armorũ seruientes sericeas vestes regijs insignibus pictas exuentes, eas cum suis massis deponunt. Qui vexillum (cui guydõ nomen est) gestabat, demissam magna religione lanceam ad tumulum prostrauit. Eadem obseruatione fecit is qui regium signum ferebat, cũ pars adhuc feretri extra fossam extaret. Eo ĩ fossa instrato, accedens qui panonem gerebat, humi signũ deposuit. Simile fecit signifer maioris vexilli. Magnus inde scutifer petrus de rufe regium gladium quem terrae commiserat: in altum exerẽs postquã exaltata voce viuat rex pronunciauit, caduceatores suas tunicas receperũt. Mox ex cambellarijs prim⁹ vexillum mai⁹ erexit quod postea eminenti loco positũ est. His ad pręmissum modum religioso ritu consummatis epulatum est, in regia domo, non secus ac regib⁹ mos est. Si quis hystoriae haec coniunxisse me calumniabitur, miretur magis, nusquã apud Francos scriptores inueniri quo ritu qua ve pompa aut cerimonijs suorum regũ funera ad sepulchrũ superioribus sęculis deducta sunt. Delectauit me, in ipso etiã publico luctu, hęc raptim ãno tasse: quę futuris hinc funeribus exẽplaria sint, & nõ aliunde quęrantur. Minus em̃ operosum fuerit priora emulari vt illis aliquid adijciatur: q̃ ancipiti (in pręsenti) cogitatione/quid factum aut gerendum sit augurari. Occidentalibus enim incolis exteri auctores vitio vertunt: ꝙ se & suae gentis originem & progressum turpiter ignorent.

¶ De Caroli autem morte cui multis legationibus inseruieram hoc epigramma sum meditatus.

Nunc tandem agnosco stultus mendacia mundi:
Et spes exiguas dum punctum viuimus ęui.
Congeries nos fallit opum. nos fallit & aetas.
Nec fida vllis est quaesita potentia regnis.
Deserit elatos sublimis gloria reges.
Calcat & excelsum mors protenus atra tribunal.
Inde fidem si vis, repetito funera carli.
Late cuius erat omnis possessio francus.
Cui tremefacta caput summiserat appulla tellus.
Britoq; depositis parebat subditus armis.
Quē ligur & veneti consulto marte petitū
Terribilē sensere manu. fortēq; duello.
Fornouij multa maduit dū sanguine cāpus.
Ille pila dū forte videt colludere seruos.
Cōfestī abripitur, & vox occlusa fatiscit.
Vix quater aspirans septena volumina solis.
Emoritur, sine prole sacrū dyadēa relinquens.
I iā rūpe alpes, multorū effunde cruorē.
Dilata īperiū, promitte palatia caelo.
Cuique domus terra est lōgo seruanda sopore.
Scripsit quoque de Caroli inopinato obitu
egregius autor faustus andrelinus quāplurima:
De quibus haec digna lectione excerpsimus.
Ecce trucis numen non exorabile parcę.
Florida truncauit surgentis stamina carli
Stamina nestoreā transcendere digna senectā
Cumęam: phrygiāque simul: sed strenua virtus
Ante suū veniens iuuenili in corpore tēpus.
Ipsis inuidiam superis commouit atrocem:
Et tanto orbarunt foelices numine terras
Festaque plaudentis decorarunt atria caeli.
Et de pcipuis caroli v̄tutib⁹ est eiusdē distichō.
Religio: bonitas: animus: donatio: iustum.
Hoc sita sunt tecum Carole summe: loco.



Ecūdū hūc (qm̄ sine liberis decesserat) ludouic⁹ aurelianoꝝ & valesij dux maria cliuiensi matre nat⁹ q quarto stirpis gradu Carolū cōtigebat dū blesis agit / rex assumit. Saticqȝ sepulto Carolo remis iungit. Mox iudicio ecclesię dimissa Ioāna quā vxorē Ludouici metu cū gibbosa deformis esset iuit⁹ duxerat: annā Caroli relictā sibi copulauit, dato Ioānę i prē successiōis biturigū ducatu. Dū hæc agūtur maximilian⁹ romanoꝝ rex, nūq̄ quiet⁹ princeps, cui⁹ ceptis fortuna raro fœlicit arrisit, coapto rapti exercitu sequanos / idest supiores burgūdos petit: i alterā burgūdiā q̄ frācoꝝ est, licet ad philippū maximiliani filium ptinere plericq̄ disputēt, ipetū factur⁹. Itū est ꝑtenus aduersus hoīs conat⁹ leuib⁹ p̄lijs atqȝ icursionib⁹ non sine vtriusqȝ exercit⁹ dāno prælusis. Verū succedente ꝓxime brumā induciatū est. Venere p hosdies a venetis legati nouo regi gratulātes, suppetiasqȝ illi aduers⁹ ludouicū sforciam pacti: i amicitiā recepti sunt. Nō defuere cōfesti ab initio qui vel inedię grā cā: vel reꝝ inouādaꝝ studio: vel ostēdādi sui libidīe moti Ludouico psuaserunt animaduertere quātū a maioꝝ legib⁹ magistrat⁹ & iudicia desciuissent, decere illū qui reipublicæ gubernacula suscepisset restituere ea i priscā itegritatē q̄ corrupta & neglecta esse cōstabat. Igitur Ludouic⁹ an̄ oīa p̄claꝝ rat⁹, si optimis legib⁹ regnū stabiliret, iudicioꝝ formā correxit. & disciplinæ scholasticoꝝ priuilegia iterpretat⁹ est. Porro religionis obseruātia icipiēs, p oīa iudicia & forēsia officia percqȝ gn̄aliū studioꝝ conseruatorias sedes, & priuilegioꝝ aliquot ꝓtectores decretū & suā explanationē adiecit. Iussitqȝ in parlamentei senatu atqȝ alijs regni foris promulgari misso eius rei causa Ludouico albigesioꝝ pontifice. Tentauit aūt parisianoꝝ scholasticorū vniuersitas tueri suam libertatē, & de regijs constitutionib⁹ ea demere q̄ priuilegijs & diuturnæ eorum consuetudini: diuersa contariaque esse videbantur. Misit propterea suos ad senatum ora

Moꝝ ac istitutoꝝ reformationes.

tores qui peterēt q̄ cōstituta a rege erant benign⁹ explanari, neq; sinerēt iudices apd' quos iudiciorꝫ potestas erat turbari scholasticorū quietem, qui & parisijs maximo cōmodo essent: & xp̄iano orbi luminis atq; fidei stabilimentū afferrēt. Si quid graui⁹ soluto & praeter veteres regū sanctiones statutū foret mox dissipandam forte tam ingentē litteratorꝫ hominū multitudinē: alioq; abituram vbi trāquillā sedē obtineret. Ad haec sena t⁹ rn̄dit/se a rege iussos ꝓmulgare quas tulerat leges. Apud illū auctoritatē esse abusiones tollēdi & corrigēdi errata q̄ a suis cōmitti subditis cōperisset. Nihil de illorꝫ priuilegijs demere regē velle. Caeterū quo ad senat⁹ poterat cōcedere quidē illis potestatem sua priuilegia edēdi, q̄ curiae exhibita ī cōtamīata seruarētur. Igit̄ hoc iudicāte senatu: vniuersitatis syndic⁹ biduo tm̄ īpetrato aliquot q̄ pro tēporis angustia pn̄tanea hēbat priuilegia apd' scribā deponit: neq; melior īde facta est scholasticorū cōditio. Neq; derogatū est legi quā Ludouic⁹ rex cōdiderat. Qd' īiq̄ aīo ferētes scholastici coacto nūeroso cōuētu, de ītermittēdo studio: de q; lr̄arijs exercitatiōib⁹ deserēdis cōsultāt. Dicunt̄ ī eo coetu variae sn̄iae/donec tertio cōueniētes, vētū est ī sn̄ias eorū, qui praedicatiōib⁹ & quotidianis īterp̄tatiōib⁹ īterdicere suadebāt. Postridię ei⁹ cōuētiōis dies erat fest⁹ eucharistię sacramenti. Missum est autore Ioanne caue qui vniuersitati praeerat rector/ad eos qui concionaturi in ecclesijs erant vt plebi nūciarent, non habendas deinceps verbi dei praedicatiōes, donec priuilegiorū suorū ītegrā libertatem schola parisiensis recuperasset. Fuere īter p̄dicādū qui liberi⁹ locuti sunt: ita vt ad seditionem oratio illorū spectare plerisq; visa sit. Venerat per hos dies ad vrbē guydo de ruppe forti cācellari⁹ ī quē ꝓbra & libelli permulta vrbis loca positi fuerūt: īcidit propterea suspicio id a scholasticis factū esse: moxq; per vrbē rumor irrepsit scholasticos turmas & cōuēticula ad seditionem habere. Quāobrem parant̄ ab vrbis p̄posito armati, nec minus vigi-

siũ praefect⁹ excubias habet, viasq; diligẽter circuit ciuitatis, q̃q̃ ex omni scola iuẽt⁹ est nemo nõ quiet⁹, & domi se oĩno cõtinẽs. Mirũ ꝓfecto est q̃ cita & ꝑnix fama, homines quos multi inter magistratus existimasses fefellit. Ex his em̃ nõnulli l̃ras tanq̃ de re cõꝑta ad regẽ dant festinãter: scholasticos in armis esse, sollicitare ad plebẽ populũ: verendũ esse ne ciuitas tota ad rebellionẽ ꝓpediẽ spectet festinet ergo tanq̃ ad restringuẽdũ incẽdiũ accedere. His l̃ris ꝯmotus rex paucis post dieb⁹ aduenire nũciat plenus indignationis aduersus scholã quã nesciebat innocentẽ. Qua re accepta nũcios suos corboliũ quo rex vẽtur⁹ ferebat schola ideo p̃mittit, vt priuilegiorũ ãtiquã libertatem recuꝑet, aut positis ꝑ eũ legib⁹ benigniorẽ rex explanationẽ adhibeat. Qui missi erant sollicite inquirẽtes quo in scholasticos aĩo ludouic⁹ esse videret, cõperiũt illũ irritatũ esse, uehemẽter, ꝙ decretis parere tã cõtumaciter cũctarent, excitarẽtq; suis cõtionib⁹ populi furorẽ quos parisij oẽs non modice turbabant. Ea re per illustres aulicos accepta, oratores mutato de retinẽdis priuilegijs cõsilio, parare aĩ oĩa regẽ leui orone cõstituũt. Igit ad regis conspectum admissi in hac sentẽtia locuti sunt. Nihil ab eorũ vniuersitate perperã esse factũ. Falsa esse q̃ aduersarij ad eum de seditione detulerãt. scholasticorũ multitudinem domi quietissime agere, expectare cũ summa modestia quid ei⁹ amplitudo imparet. Videret ne ꝑ paucorũ insipiẽtiã cõsultissimos quosq; ꝑgeret vlcisci. Eum quidem positũ regẽ esse, sed (vt est in principe apũ) q̃ vel aculeo careat, vel habitũ ad vindictã nõ exerat, remittat ei⁹ clemẽtia, quod a iunioribus leuiter garritũ extitit esse in omni ciuitate dicaces. Linguas ad stulte loquendũ fluxas & labiles tã parui habẽdas quã imbecilliũ canũ latrat⁹ Summi pricipis laudẽ p̃cipuã, ab ira ne excandeat temperare, mansuetudine leniri, vt amari magis q̃ timeri studeat. Ipsum vnũ esse quẽ nõ sec⁹ ac filia patrẽ schola parisiẽsis obseruet. In eo spem repositam scholasticorum: qui prae-

ter sola libertatē & libros possidebeāt, dicēdi ab oratoribus, sine facto georgi⁹ de ambasia rothomagēsiū primas qui inter aulicos plurimi habebat. Eruditi inquit viri nō mirū vobis esse debet, si æquissim⁹ rex de abusib⁹ qui prætextu vr̄æ libertatis cōmitti deferunt vestris priuilegijs limites posuerit. Ipsi ꝓ vr̄a eruditione nostris quid in his oībus pctm̄ hactenus est. Emēdare vosipsos pri⁹ decebat, q̄ alterius cēsura iudicaremini. Neq; em̄ sua opinione rex sed prudētiū virorū cōsultis ac respōsis erratorū delicta legibus cohibuit, quib⁹ repugnare vos non oportuit, ita vt repētinis edictis a vr̄o studio cessaretis, ꝓhibētes differre p̄ ecclesias populo verbū dei. Quo mediusfidius facto regē a vobis despectū esse quis ignoret. Vestræ libertati detractū ire rex noluit. Dolos amouere/ fraudes amputare est arbitrat⁹, nō vt vr̄æ quieti aduersaret, aut bonos a litteraria lucubratione auerteret. Tenet memoria quāta trāquillitate vos fouerint reges qui eū p̄cesserunt. Nouit quæ sunt in regnū suū & rē cōmunē xp̄ianorū vestra merita. Sed vr̄a res sincera esse nō pōt q̄ puersorū abusionib⁹ atq; illegitimis negocijs ꝑturbat. Ea regis cōscientia est vt paucissimos malit doctrinæ recte incūbentes q̄ discolorū incōpositā multitudinē. Date operā vestrorū mores cōponere, vt regijs institutionib⁹ audiētes sapientiā cui⁹ gratia cōuenistis cōparetis. Si hoc ritu cōuersabimini, tum principis gratiā vobis impetrabitis, tū priuilegia vestræ cōmunitati affatim cōferent. Hæc cū pōtifex dixisset petētibus legatis, an aliud præcipere rex illis optaret. Ite īquit & scholasticos vr̄os qui hoc nomine digni sunt salutare, de malis nulla mihi cura est. moxq; percusso manu pectore, ipsi me inquit suis prædicationib⁹ taxauerūt, illos aūt mittā alio prędicatū. Intellexerūt hoc verbo oratores iratū esse regē. Festinātes ergo parisiū reuerti, vocata eodē die magno numero vniuersitate, quæ accepissent oratores retulerūt. Rector vero ex vniuersorū s̄nia ꝓten⁹ iubet/ studijs cōionē/ exercitationesq; repete-

re,& predicatoribus cõcionari pmisit. Ingressus est vrbem Ludouicus multis armigeris cũ tẽsis arcubus & pcerum multitudine stipatus. vbi habito postridie plamẽteo senatu. leges ab eo semel positas publico edicto ptinacissime cõfirmauit. Erat quidã ex cõcionatoribus thomas varuetus cameracẽsis qui nescio quid minus cõsulto inter prædicãdũ dixerat. Hic sui cõscius nõ expectato regis aduẽtu, cameracũ vnde oriũdus erat se recepit. Ioannes aũt standon brabãtinus theologus doctor vita & doctrina clarus/ludouico alioquin suspectus qui collegio montis acuti p̃sidebat/regno interdictus est, pscriptionis causam nõ cõperi. ¶ His rebus gestis cũ philippo deinde archiduce ob præstandã regi fidẽ liberaliter actum. Veniẽs ẽm attrebatũ (quo missi a ludouico rege guydo de rupeforti cãcellarius/& ludouic⁹ luxẽburgus ligniaci comes se cõtulerãt) in verba regis, stãte pro tribunali cãcellario, philippus flãdriæ & arthesij comes iurauit, oppidaq; cum toto arthesio q̃ anteq̃ pubesceret, rex vt feudi dominus occupabat recepit. ¶ Sub idẽ tp̃s heluetij qui & suitenses in germanos vastatis illorũ agris ferociter incurrũt. Maximilianus numeroso exercitu instructus suitẽses vlcisci festinat. Cæterum Ludouic⁹ iniuriarũ memor quas a Ludouico sforcia apud nouariã supra annos tris acceperat, simulq; mediolani ducatũ tanq̃ ad se ptinentẽ vindicare cõstituẽs, grãdi cõflato exercitu alpes traĳcere copias præmittit. Quas (reuisa obiter vxore, quia grauida erat) Lugduni nõ cũctanter assequit. Vbi magistratuum ciuiumq; ordinibus accurate dispositis, cleri præterea apparatu, publica omniũ læticia excipit. Itaq; ingrediẽte Ludouico ciuitatẽ, vbiq; ludi iociq; celebrant, & plausu cãtuq; æther resonabat, ea præsertim causa, q̃ nouo regi maxie gratulari Lugdunenses cupiebãt, & in expeditionẽ aduersus insubres proficiscẽti fœlicem auspicari euentũ conabãtur. Nam animo reputãtes insidias quibus apud fornouium Carolus octauus appetitus fuisset, & quo apud nouariã

Philippus fidẽ p̃stat.

Bellũ heluetiorum

Expeditio mediolanum.

modo Ludouicus laborasset, nemo non gaudebat accinctum ad bellum regem intueri, quem & hostes vlturum, & sua repetiturũ sperabãt. Enimuero mediolanẽsiũ ducatus supra aliquot annos a morte Philippi qui fuit ex vicecomitũ familia vltim⁹ Mediolani princeps & anno salutis. cccc xlvij. supra mille a vita migrauerat / ad Aurelianẽsium ducem Ludouicũ hoc potissimum iure pertinere cõstabat. Itaq; philippus sororem hñs valẽtinam hãc ludouico qui regis Caroli sexti frater / & aurelianensium erat vxorẽ tradit, data illi in dotẽ astrensi vrbe, quã nihilominus tradere licet a Carolo fuisset sepenumero admonitus tam diu recusauit, donec rerũ necessitate adductus spe auxilij a Carolo impetrãdi, illam raynaldo drensnẽsi caroli regis praefecto (qui propterea missus erat) restituit: Qua a raynaldo recepta sequenti proxima nocte philippus febre & alui profluuio interijt. Raynaldus aũt tãtũ duobus tm̃ armatorũ millibus instructus hastam teneret postq̃ de philippi morte certior factus est, simulq; intelligit mediolanenses consiliũ cape dñm ne quẽpiã admitterent, an in libertatẽ se asserentes rem suã paucorũ moderationi cõmitterẽt; dũ occupare alexandriã cupit, nõnulla agri illius loca vi obtinet diripitq;, donec repugnantibus boscẽsibus qui ad alexãdrinos ptinent / cum illos pertinaciter obsidet, mittunt a mediolano milites / qui raynaldum multis francis partim captis partim occisis exuperant, & vinctum in alexandriã ducũt. Fuit alexãdrinorum in captiuos ferina crudelitas. ¶ Eodẽ tpe insurgentibus p franciã diris factionibus & rege per tpis interualla mente capto a mediolanensi bello cessatũ est. Erat franciscus sforcia vir animo & opere militaris qui blanchã mariam philippi filiam vxorem duxerat. quam ex agnete nobili maynae stirpis foemina philippus illegitimo thoro genuerat. Eam ob rem franciscus mediolanensem ducatum occupare contendens, depulsis venetis qui aliquot vrbes in ea regione tenebant ducatum occupat

Mediolanum quo modo ad ludouicũ pertineat.

recepto vniuersi Mediolañ. agri dñio. Ad quam rem magno vsui fuit renatus andegauorum dux/qui collecto ex frãcis ad bellũ siciliẽse milite frãcisco se cõiũxit, vt quietis aliqñ mediolanẽsiũ rebus eius copijs in rem suã vteretur Itaq; postq̃ manus gallica ad franciscum venit pontẽ vicum (ad olium amnem pontefacto) circũuallat, vbi exardens in oppugnatione francorum furor, miserabilem in oppido cędem/incẽdiũq; excitauit. Quod cum restingui facile nõ posset totũ oppidũ qui a venetarũ partiũ erat/permittente francisco conflagrauit. Haec clades ad finitimas ciuitates delata/miro terrore incolas pertulit, ita vt ad sua iam moenia stare gallos existimarẽt. Hinc Cremona/mox brixiensis ager, & quae in montanis sunt oppida atq; arces/ octauo post pontisuici excidium de Francisco paruerũt. Atq; inde succedẽtibus ꝓspere rebus/mediolanẽses frãcisco se permiserũt. Tã vtilis fuit illi gallorũ anim⁹ ferox. Sed itali scriptores crudelitatẽ appellãt/ꝓpterea q̃ italus miles stipẽdia faciens hostium spolia magis q̃ belli finem velit. Francisco liberi quatuor fuere, galeacius, Philippus, Ludouicus, Ascanius, ipse intercute morbo interijt. Galeacius successor ab andrea lampugnagno in diui Stephani tẽplo apud mediolanũ occiditur, relicto filio galeacio. Quẽ patruus eius Ludouicus sforcia venenauit, inuasitq; mortuo adolescente ducatum ad hos vsq; dies, cũ ludouicus rex bellũ tyranno indixit. ¶ Superatis igitur mẽse augusto alpib⁹, cũ astã copiae ꝑuenissẽt duo ĩ alexandrinis oppida, quorũ alteri Non, alteri roqua nomen est expugnata diripiũtur, soloq; aequãtur pręter Roquę arcẽ quę in edito loco sita aditu difficillima est, sed tamẽ incẽsa. Mox in alexãdriam itũ/ductore Ianiacobo, qui a ludouico sforcia ob male a tyrãno administratam rem publicã ad Ludouicũ regẽ se cõtulerat. Tenebãtur alexãdrini firmo sforcianorũ praesidio. Ideoq; acerrime primo impetu se tuẽtes summa difficultate expugnari potuerũt donec e muro Galleacius qui vrbi ꝓfectus erat se proripi-

piens ad sforciã aufugit. Et in eis quidẽ breui tẽpore subi gendis magna non sine nostrorum incommodo cędes facta est & pars ciuitatis direpta. nã pter id qđ in sforciano nrũ fide stare alexãdrini pertinaciter studebãt, addebat illis aĩos vetus odiũ gallici nõis, quod post senonẽsiũ in italiã irruptionẽ oĩbus fere italis semper exosum fuit nũc illorũ leuitatẽ/ nũc crudelitatẽ auariciãq3 & libidinẽ exprobrãtibus, quasi huiusmodi vitia nõ maxime apud illos regnent. Nulla enim re insignior fere sicilia est, q̃ principũ qui in ea regnauerunt nece. Et conditor vrbis Romulus fratris sanguine in imperiũ est auspicatus, ipse deniq3 in senatu ab iis quos cõscripserat patres direptus est. Indigna est nomine crudelis illa foemina, quae in patrẽ recẽter trucidatũ carpẽtũ quo vehebatur aurigã aggere coegit. Sed nũquid Tarquiniũ cum sua omni posteritate expulit romanus furor. Proscripsit & cõsules. Corithũ ob leuẽ culpã desolauit. Horret anim⁹ sillanę crudelitatis meminisse q atroci imperio legiões quatuor clemẽtiã miserabiliter cõprecãtes trucidatas in tyberim p̃cipites dedit. Qui prenestinos fide impunitatis data spoliatos armis e conspectu ciuitatis ad quatuor milia & sexaginta iugulauit.

Quin & occisorũ capita crudelis dictator oculis ei⁹ oblata aspicere p voluptatẽ nõ horruit. Nec hũanior existimari marius debet, qui marci anthonii pręclari oratoris mẽsae appositũ caput manib⁹ per ludibriũ cõtrectauit. Quis nescit caesarẽ multis in curia vulnerib⁹ p̃sẽte senatu fuisse necatũ. Sed ne singula cõmemorẽ, plerosq3 etiã laudatissimos imperatores insolens romanus miles occidit. Simile in aliis multis italiae ciuitatibus & regulis legimus, & accepim⁹ nr̃a mẽoria pppetratũ. Gallia aũt semel acceptos reges iuiolata fide obseruauit. Sed panygericũ ad gallos, in Italos satyram scribere non assumpsi. Perseuerãt ab ortu cuiq3 genti cognata vitia, quę altera alteri iproperet. Illud obiter dico extare p Italiã gallicae gloriae atq3 maiestatis perpetua monumenta, quibus adhũc vsq3 diẽ illustrantur

insubres, & pclaras a gallis cōditas vrbes habēt. Mediolanū, Comū, Brixiā, Veronā, Bergomū, Tridētū, atq; Vincentiam, nōnulli papiā addūt quā a boijs atq; coenomannijs Eutropius cōditā tradit. Quin immo magnę portiōi Italiae pdurat gallicū nomē, qd & ab eisdē & a senonibus gallorū populis initiū accepit. Extāt alia recētiora gallorū nō obscura apud Italos gesta, in quibus nō exiguā laudē obtinet Carolus ille magn⁹ frācorꝫ rex q apostolicę sedis inimicos frequenti expeditione vltus est. Cui⁹ munificētia obrutā ruderibus florētiā restituit. Nec abscōdere pōt sicilia q̄ a gallis olim p richardū & tācredū pq; andegauorū principes ornamenta accepit. Ad quorū gloriā accedit appulia atq; neapolis vbi visunt magnifica gallicae virtutis argumēta quibus admoneri decebat ingratā puinciā ne in pulchrę meritā de se gētē, pāhormi, pq; reliquā siciliam clandestinis cōciliabulis furēs crudelitatem nouo exēplo exerceret, per pditionē ausa, qd palā agitare sibi metuēs perfidia formidabat, sed ad ppositā narrationem me conuerto. Alexandria quia astensibus finitima est ad oēm motū gallicae vltra alpes expeditionis primā belli molē sustinere solita, ruinas hactenus suae calamitatis ostendit. Accepta alexādrinorū expugnatione mox papiēses in regis potestatē trāsiere. Quo euentu pmotus vecors sforcia, & de suorum erga se fide dubius, subducere se periculis cogitauit. Positoq; i arce mediolanī ad praesidiū milite, dat nō paruā praefecto pecuniā. ratus arcem quae longe munitissima est annum totum aduersus irruētem francū resistere posse, quo in tēpore ipse ad Maximilianū romanorū regem (cui suam neptē in matrimonio collocauerat) se recipiens germanorum inde copias educeret. Atq; ita cū filio & paucis clā per comum per lacū larium tridentum ignauus abscessit, vbi a Maximiliano romanorꝫ rege receptus cōuocatis tertio germanię principib⁹ de recuperādo ducatu auxiliū petit. Fugiēte sforcia nō multo post Mediolanū, regē admiserūt. Et arcis prę

Ciuitates in subriū gallis conditae.

Sforciae vecordis fuga.

fectus idẽ facere admonitus semel atq; iterũ restitit tãq; qui arcẽ sincera fide sforciae seruaturus. Sed auariciae (quae lõbardis cõgignitur) obsequẽs, arcẽ dediturũ se ꝓmittit, si quã in ea suppellectilẽ Ludouicus discedẽs reliquerat/regio dono sibi liceret accipere. Placuit partim conditio & dimidiũ suppellectilis ꝑfectus accepit. Decẽq; milibus nũmũ aureorũ a rege donatus est ne diuturna obsidione forte labefactanda arx impendiosa reparatione indigeret. Quę sex validissimis turrib⁹ exurgit quas latissima fossa & aqua perennis cingit. Estq; intra eius arcis ambitũ altera quã roquetã vocãt vix (si defensorẽ habeat) expugnabilis. Vnde ad tertiũ vsq; lapidem sunt subterranei meatus tres per quos fieri libera in cãpos eruptio potest. In ea biẽne viaticũ & arma reposita erãt, quot duorũ hoim milibus instruendis sufficerent. Et duo machinarũ bellicarũ milia ꝑter quatuor ingẽtes bõbardas tã i priore arci q̃ in hac roqueta repta sunt, vanũ ꝓculdubio & inutile in tanta mole munimẽtũ qđ meticulosus atq; ignauissim⁹ princeps viso necdũ hoste deseruit & prodidit auarus praefectus. Igitur rex munitionẽ admiratus, vah inquit hunc locũ annos multos facile defendissem. Hãc arcẽ Franciscus sforcia cõdidisse perhibetur. ¶ Mediolano cũ arce recepto reliqua regionis oppida cum castellis vniuersis libera paulo post deditione in regis potestatẽ traducta sunt. ¶ Venere prętere genuenses, quibus praefectũ dedit Philippũ rauestanũ materno sibi genere attinẽtem. Venetis cremona cũ aliquot insignibus Mediolanensis principatus locis (quia ita ab initio conuenerat) permissa. ¶ Sub idẽ tẽpus turcorũ classis quos auxiliares sforcia adsciuerat/a venetis gallisq; maxia parte deleta est. Prąerat venetorũ classi anthonius grimanus inter venetos apprime diues, qui cũ victoriã imanib⁹ haberet pusillanimiter agẽs turcho nõ restitit quin naupactũ (lẽpatũ vocãt) ingressus solo ęquauit. Frãci vero salamina nauigãtes hostiliter occupauerũt igni ferroq; oia vastãtes. Cęphaloniã venetus inuasit cę-

Genuenses.

Turcorũ insultus.

pitq; Turcus forũ iuliũ inuadẽs oĩa crudelissime in prędã vertit. Sed ab hũgaris & Bernardino cȯmite francpano obsessus hostis fame tabescentibus ęquis per inaccessa capris mõtiũ iuga reptãdo potius q̃ incedendo euasit. Interemptis magno numero quos abducebat xp̄ianis captiuis Tã ꝓspera & minime cruẽta intra paucos dies habita victoria adductę Italiæ ciuitates & reguli/ legatos quiq; ad regẽ miserunt gratulatũ rebus eius ꝓsperis oblatũq; opẽ suã. si ea vti placuisset. Fuerũtq; a poetis eius regiõis multa ad regis extollentiã carmina honorifice scripta & oblata. ¶In hac rerum fœlicitate quidam mediocri nobilitate armati licentius militum more agentes ob stuprum & fœdas libidinis vltima (rege mãdãte) passi sũt. Fuit his dieb⁹ p gallias pluuiosus aer, & ꝓpter cõtinuos ĩbres vuę nõ maturuerũt. & pisij peste laboratũ est, nõ tñ diuturna. Priusq̃ ĩ lõbardiã ꝓficisceret̃ ludouic⁹, de normãno scascario (id est cõi gentis normãnorũ foro) suasu maxime Georgij de ambasia Rothomagẽsiũ archisacerdotis hęc statuit. Mos erat post rollonis mortẽ diligenter obseruatus statutis annis scascariũ rothomagi indicere. Ibiq; ex oĩni normãnorũ conuẽtu totos tris mẽses ius dicere litigatoribus qui ad scascariũ doleãtiã (quo nõie ꝓuocatio significatur) perferebãt. Id tẽpus quia expediendis iudicijs haud quaq̃ sufficeret, restãtibus multis causis quibus patronorũ culpa finis dari nõ posset. (Patronis eñ qui cõsuetudinarij a normãnis dicũtur, suũq; a litib⁹ lucrũ augurant̃ id interstitiũ maxĩe cõducebat.) Edixit ꝓpterea rex scascarij nomẽ in parlamentũ cõmutare, vt nõ alternis annorũ vicibus sed ꝑpetuo cõsensu causæ in eo aggerẽt̃, iusq; diceret̃. Igitur huic parlamẽto iudices quatuor & cõciliarios sex & vigĩti ĩstituit. Addidit pręterea cãcellariã & regiũ sigillũ. Pręsides fuerũt Ioannes hebert cõstãtian⁹ pręsul. Anthoni⁹ boierus monasterij sancti audoeni abbas. Cristoforus de carmona/ & robert⁹ de calãge. Cœperũt sedere in eo ꝑlamẽto kalẽdis octobris ãno dñicę pietatis quadrin-

Scascarij ĩ ꝑlamẽtũ cõmutatio.

gentesimo nonagesimonono supra mille. Quo anno tertio idus octobris, Anna regina foeminam parit. Cui claudię nomẽ inditũ est. Et pons nouus apud Parisios secũdo & nonagesimo anno postq̃ conditus fuerat, cũ vniuersis aedibus quae pulcherrimo ad vtrũq; pontis latus ordine eadẽq; altitudine sexaginta super extructae erant horam ante meridiẽ circiter nonã totus condidit. Qđ vix existimãdũ incõmodũ prępositi & scabinorum vrbis negligẽtia accidisse cõsentanea oĩm fama praedicabat. Cũ eñ annuas octingentas libras ex pontis prouẽtu acciperẽt per modicũ tñ in eo instaurando impẽdebãt reliqua in suum cõmodũ reponẽtes. Nã supiore anno / ędilib⁹ q̃ magistri operũ vulgo appellãtur, denũciãtibus tigna quibus põs nitebaſ antiquata esse, atq; ideo opus esse (veteribus sublatis) alia apponere, negociũ distulerãt, donec imminẽte ꝓpe diẽ ruyna, cũ de instaurãdo põte nulla spes esset, faber lignarius ad censorem criminum Ioannem papilionẽ veniẽs, ruiturũ ante meridiẽ eius diei põtẽ cõstãter affirmat. Quãobrẽ (asseruato in custodia fabro) censor ad curiã ꝓtenus venit. Quem q, intẽpestiuius solito accederet (erat enim hora fere septima) Theobaldus baillerus ex curiae praesidibus secundus ratus censorem de captiuis pro suo officio aliquid consulturum / rogat quid velit. Est inquit censor aliud miserabile pons nouus proximam & nunc instantem ruynam minatur, Id renunciare senatui aduenio. Inde Theobaldus confestim ad senatum cõuersus, dirũ nunciũ explanauit. Mox ex senatusconsulto censor nihil cũctatus oẽs pontis inquilinos migrare iubet. simulq; regios seruientes ad pontis extrema loca, qui transituros ꝓhibeãt. Dũ suppellectilẽ quisq; suã & merces auferre trepidus festinat, qui in ea re tardiores fuerunt / vna cũ põte corruerũt. Fuit haec iactura tũ multis inquilinis tũ reipublicae Parisiorũ apprime molesta. Inquilini domib⁹ mulctati / & quos pręcario aliena domicilia subire oportebat sua dãna q̃rebãtur, Plebs tanto accepto incõmodo in re-

Pontis ruyna.

ctores tumultuari & furere timebatur. Quod ne accideret, p. lamēte⁹ senat⁹ ꝑpositum mercatorum Iacobum pedemferreū & scabinos cōfesti accersiti & in custodia apd⁹ regiū palatiū seruari iubet. In quos iudiciū ferre non pri⁹ voluit q̄ de pñti fortuna regis sententiā explorasset. Praenūciabāt ruinā igētes in edib⁹ rimę/& in trabiū tignorū q; commissuris hyatus. Et pauimentum fatiscere coepit, moxq; non sustinentibus tantā molē veteranis tignis pauimentū primo reliqua inde omnia quae ponti haerebāt ī semet ꝑna & tanq̄ sibi occurentia miro fragore prolapsa sunt simulq; tanta puluerum nubes aerē obscurauit: vt nihil esset videntibus ꝑspicuū. Sistit sequana suos fluxus: & sursū nō sec⁹ ac si cataractis fuisset cohibit⁹ refluxit. Puellę eñ quędā dum ad glatigniacū paulo supra pōtē pannos abluunt altera fluminis restagnatiōe correpta extīcta est. Altera fluctibus praeualens enatauit. In cui⁹ obligatus infans in summam aquam emergens (adnauigantibus qui in flumine cum lembis erant nautis) periculo liberat⁹ est. Vnus ex ijs qui quotidyano quaestu operas suas locant. dum ex quadam domo magnum sagittarum atq; telorū fascem efferendum ab opifice desumpsisset. ipse vna cū fasce clitellis ad humeros imposito in flumen collapsus nullo vulnere praeterq̄ parua cutis derasiōe offensus nautarum ope eripitur. Alter vbi dissolui pauimentum aīaduertit: ad posteriorem ędium suarum fenestram raptim conscendens: cum nandi peritus esset: se deiecit in amnē: atq; euasit incolumis. Tam vario euentu alijs salutis: alij nō admodum multi ruina attriti perierūt. Eius pontis longitudo septuaginta passuum & pedum quatuor. Latitudo octodecim passuum erat. Sustinebatur secundum aluei latitudinem decem & septem tignorum ordinibus. Singuli ordines tigna trigita continebant. Quodq; tignum paulo plus pedis crassitudine cum esset: duobus & quadragita pedibus longum erat. In eo ponte deambulantes cum nulla parte aspici flumē posset: incontinente se esse:

& in nundinis diuersari reputabant. Itaque tanta ibi opificum atque rerum venalium copia & varietas erat: tam praeterea equalis & speciosa domorum facies: vt inter publica regni francorum opera idest non iniuria primarium dici potuisset.

De pōtis ruia apd' parisios.

¶ De Huius pontis casu hoc epigramma condidi.

Ne longa dubius titubes indagine rerum,
Quid sors forte ferat, aut qui sit casibus autor
Argumenta patent plus solis lampade damni.
Non fat' cecidit, non ictu fulmineo pons.
Nec mala portandi dirus praesagia casus.
Praetor & edilis, & stipes debilis euo.
Pontis causa fuit miserandę infausta ruinae.
Qua sexaginta flumen desorbuit aedes.
Matresq; & teneros violentus sequana portus.
Et famulos pariter saeuo torrente vorauit.
Mole ruinarum stagnauit gurges: & vnda.
Retro flexit iter: donec praestantia rupit.
Alueus indignans sibi dudum peruia claudi.
Et se terrifico prouexit murmure fluctus.
Obrupta nunc saxis, nunc tignis vndiq; trita.
Corpara mersa latent. & piscibus esca manebunt.
Crispini festum dicent insigne nepotes.
Tam tristi clade, quam moesta lutecia plorat.
Quingentos nostrae post annos mille salutis.
Dimidium cicli si vis subducere solis.

Mediolanensium ordiatio.

¶ Inter hanc parisiorum publicam calamitatem rex Mediolani agens ad ordinandam insubrium rempublicam animum itendit. Quam a sforcia vehementer vexatam grandi tributo leuauit. Nam ex annuo vectigali mille sexcentorum octo millium sexcentorum octoginta sex librarum turonensium quae sforcia exigebat, rex sexcenta & viginti duo milia & quingentas libras tantum accipere contentus: presidia munitioribus locis imposuit. Commissaque in primis iōāiacobo primaria ducatus gu

bernatione illum mediolani in palatinis ędibus habitare iubet. Quętino scoto roquaetam cōmittit, eiq; ducentos pedites francos & totidem scotos attribuit. Maioris arcis custodiam domino de scepeio mandat cum quadringentorum militum franci sanguinis & leuis armaturæ praesidio. Ianuensibus reuestanum. Sauonensibus yuonem dallegre praefecit. Palatio vrbis Ioannes de sancto symone: castelleto quod vrbi Ianue eminet guydonus regis admiraldus praeponitur. Castellis autem & insignioribus oppidis quae etruriam versus mari ligustico adiacēt francorum atq; suitensium praesidium collocauit. Ad hunc modū cōpositis ꝑ insubres reb⁹ rex in franciā mēse decēbri reuertit̄. ¶ Pręstolabant̄ trecis regis aduentū guillermus iuliaci & Carol⁹ gherdrię, duces quib⁹ erat de insignibus ferox cōtētio. Indignabat̄ em̄ iuliac⁹ Carolū vicinū sibi ducē eadē q̄ ip̄e gestabat īsignia vsurpare relictis maiorū suorū īsignib⁹, ducē īsup iuliaci se nūcupare, nec resipiscere quāuis sępenūero fuerat ne id faceret admonit⁹. Vnde crescēte indignatione ꝙ par pari cędere recusabat res armis coepit disceptari digladiatū(q;) est multū acerrime. Et iuliacus quidem oppidum arcklens quod in planicie & loco siluestri situm munitissimum Carolo pertinebat cepit, Conuenerat igit̄ tandē ad francorū regē de ea cōtrouersia referre, vt qđ ille arbitraret̄ id litē dirimeret. Quāobrē ꝓfectis aureliā ducib⁹ & causa diligēter agitata: Carolū gheldrię iuliaci ducis insignibus abstinere ꝓnūciat: Oppido vero arcklēs iuliacū caedere: & illud Carolo restituere decernit. Vsusq; digna rege munificentia quatuor milib⁹ nūmū aureorū iuliacū donat/ constituta insup in annos singulos pensione. Comitabant̄ iuliacum ducē tum plurimi tum viri illustres Philippus de vernebegh Guillermus de vualdech comites. Guillerm⁹ de renembergh baro insignis. Dn̄s Ioannes nagel ecclesiae monasterien̄. canonic⁹ & diui Ioannis osnaburgen̄. praepositus

Iuliaci ducis aduentus.

Crato de mylendunck eques auratus Ioannes palant de vvildēbergh. dominus Robertus plettembergh, Godefridus hansselket iuuenis generosus, quem suorum aulicorum numero rex ascripsit. Reliquis vel pulchro munere vel annua pensione honestatis.

¶Comparata hoc pacto intra duces amicitia, rex lochias profectus est. Carolus gheldrius molinum, Iuliacus parisios petit. ¶Vbi dum honoris causa regium senatum ingressus consedit: Ioannes Couardus, primarius pręses, in mercatorum prępositum, scabinosq; de quibus supra a nobis dictum est, sententiam, tulit Pecunia eñi prout quiuis eorum negligentius magistratum gesserat multatus est, omnesque officio amoti: ita vt inquilinorum qui pōtem incolebant, incommodum & iacturam, damni aestimatione pręhabita compensarent. In relquos quae extra ordinem erant & supra aliquot annos scabinatui praefuerant, q̄ imminenti tam diu ruinae non occurrissent poena indicta est: quinto idus Ianuarij. Anno christianae religionis. Millesimo.cccc.nonagesimonono.

Peroratio.



Aec sunt quae ex ingenti francorum annalium aceruo delecta ad compēdium deduxi du centorum supra mille ānorum curricula complexus. Legat pius lector cui haec forte conuenient. Sin minus: iustis saltem Gaguini in rempublicam laboribus non detrahat.

Reuerendissimo In christo Patri ac domino domino francisco Poncherio Parisiensi praesuli dignissimo Hubertus velleius perpetuam foelicitatem dicit.



PELLES ille & Polycletus sacratissime antistes omnia eorũ fere opera (si Plynio credimus) ac nouissima & tanquã singulis aliquid fato sit ademptum ĩscripsere, quo ĩ iudiciorum varietates eis ad veniam superesset regressus velut emendaturis si non essent ĩtercoepti quicquid desideraretur. At Gaguinus noster quas de francorum gestis annales aedidit ad sua vsq̃ tempora adeo consummauit vt altius ab eo expectari possit nihil si ęternitatem ĩter mortales ei nõ optaueris quo crescentia ĩ dies priarij populi ĩclita facinora perpetuo alite efferret. Nã si Alexãder macedo Achillem homero praecone foelicem recte exclamauit q̃ iustius posteri Reges christianissimi hunc suę gentis stemmata tam egregie celebrantem sitierit cui omnes hystorię apex concessit. Verum qui calcatis hostibus emeritos exaltant laureasq̃ pro virtute non abnegant: hunc emeritum coelos quietem perennem ac amptas tot tantisq̃ sudoribus coronas accępisse minime ĩuidebunt: vtq̃ suo Aeneę maronem & Romanę maiestati lacteo ęloquentię fonte manentem liuium coelites dedere sperabunt quę recte gesserit proprium vatem habitura. Ecce sepultam fere priscorum regum memoriam Gaguini solertia restituit. Ecce restitutam alter liuius Paulus noster ęmilius ad auget & excolit quid magis optandum expectandum querendũ expetendum. Proh dij ĩmortales hic cauillãdi emulis materia ĩ me nascetur: qui tam pręclaro bonarum litterarum

principe francorum res gestas nouo opere illustrante nō erubuerit nouellum aggerem ad Guaguinum nectere. Sed quid in hoc meam nisi paruitatem damnauerint cui vt noctuae pleno die volitare non liceat. Ecce hāc noctuae licentiam mihi quesij quo i Gaguini occasu: antequam lu douici. xij. ac Francisci primi gestis. Aemilijs iubar orire tur Angustam vagandi horam. Venarer fateor illum (si vixisset) elegantius scripturum. Hunc vero & illius & mea qualiacunq; sint scripta illustraturum: hinc nil mihi penitendum est, si interea aeternitatis quidpiam inter geminos soles affectauerim: quietiam & si haec duo lumina quiescant ea est vtriusq; principis quorum per me gesta narrantur inextinguibilis lux: vt omnem mei laboris caliginem prorsus clarificent. Quod si tui Syderis radij pontifex amplissime illuxerint: & exili nostro operi datum fuerit tātum inconcussis oculis lumen sufferre nos Aquilis non noctuis connumerabimus vtcunq; sit exiguum opus. R. D. T. pronus offero, non rigidam censuram: Sed innatae numen clementiae expectans. E. R. D. T. quae in nestoris annos optime valeat.

VALE, IVS GLORIA MEA.

¶Huberti Vellei aquen. Vtriusq; peritiae discipuli senatorisq; ad Guaguinum agger.



BRVTVM Praepositi aedilium q; incuria pontē petenius ac ornati⁹ perpetuo instaurari lapide curauit Ludouicus, quo ab illius ruina ei ęternitas ordiret. Verum Alexander pontificū apex ęthereū Sidereo adamāte pōtē struxisse creditus est. Virginei partus quingētesimo supra millesimū anno dum iubileas statas christianae reipublicae indulsit. Tantus. N. vniuersae gētis cōcursus in vrbe fuit vt ab ea cui⁹ magnitudini orbis impar olim fuerat aegre caperent. Quinimmo nec tandam mortaliū congeriē cōmunis excipere patria potuisset, ni Sforcia e germania reparato exercitu insubres xiolentus inuasisset totamq; terruisset Italiam, qui ne inhumanam quidpiā horrescere videret impias in Romipetas hospites manus iniessit, & singulum quodq; galli caput aureo emit. Non efferum religio sanctissime hospicii leges pietas metuendaq; pontificum fulmina debacchantem vllatenus terruere, sed aeque acsi immortalibus diis bellum indixisset in quodcūq; facinus audens ius omne imperii gratia violandū iactabat. Quod etsi cruentā illius tyrannidē Mediolanensis populus satis nouerat, nō tñ aut senatus maiestate aut triuulci cōcione quā elegantissimam palatinis in aedibus habuit dimoueri potuit q̄n detrectato aequissimi principis iugo violentam Sforciae seruitutem subire mallet. Cessere ergo rebelli ciuitati senatus triuulcius & galli heroes ac in arcem se receperunt. Sforcia aūt aeque ac pater patrię q paulo antea vt hostis pfugerat. Cū ascanio fratre triūphās nūerosoq; cinctus milite ingreditur vrbem quę humaniorē solito redisse

Parisius pons instauratur.

Iubile⁹ annus romę celebratur.

Sforcia e Germania rediēs insubriā inuadit.

Mediolanenses a Ludouico desiciunt.

Sforciæ impietas.

Gallorũ strenuitas

Sforcia negꝗ ꝗ arcis præfectos pecunia sollicitat.

Sforcia nouariam exercitũ ducit.

Gayacius sanseuerinus a sforcia ad ludouicũ ꝓfugit.

Anna augusta lugdunũ publica lætitia ingreditur.

Nouarensium calamitas.

spabat, sed mox imanissimũ expta ẽ. Nec mirũ qꝗs. N. Leonẽ a tigride mãsuetiorẽ fieri, aut tyrannũ ab effreni Germanorũ cruditate mitiorẽ arbitret. Vix appulerat Dionisio sæuior miseros ciues aut proscribit aut trucidat aut cumulatis opib⁹ priuat. Nil erga impiũ iusticiæ decor nil nobiliũ stemmata nil patriæ splẽdor nil populi benemerita pẽsi obtinent sola vis furentẽ pascit animũ & cœcos mentis oculos oblectat crudelitas. ¶ Nihil eo pauidiores galli arcẽ ac munitiora insubriæ loca validissime tutanť præsidio subiectas ciuitates Bellicarũ fulmine machinarũ terrẽt/populanť euertũt. Pęnitet miseras scipionibus catilinam & vrbiũ desolatorẽ vero parẽti prætulisse. At ille arcis præfectos pecunia sollicitat, sed vbi nil venale apud fidissimos nouit, exercitũ (Relicto mediolani ascanio) nouariã duxit, vbi Trimolliũ triuulciũ Ligniacũ ac cæteros gallorꝫ duces copias cõflasse acceperat. Sed nec pugnandi copiã imbellis fecit immo intra vrbis mœnia pauidus se exercitũq; cõtinuit Gayacius sanseuerinus Galleaci germanus sforciæ casum prudẽtiori (vt suspicãdũ est) oculo pręuidẽs aut durioris impaticus imperij ortis aut simulatis cũ fratre simultãtibus ad ludouicũ defecit & cũ vxore lugdunũ se recepit vbi a regia clementia liberalissime ac humanissime susceptus aureo diui michaelis torque honestať Anna illũstriũ iubar heroidũ frequẽti põpa ac publico ciuiũ applausu Galliarũ iterũ Regina lugduni suscipiť Cõtra nouariẽses infaustis sforciã auspicijs sua in mœnia excepisse dolẽt Oppressiq; militũ insolentijs nullã fidem pietatẽq; viris qui castra sequunť. Protestanť/ exclamant illachrimãt cõqueruntur. Nec mãsuetioribus agitatur furijs improb⁹ miles. Segnitiẽ infœlicissimi ducis arguit eius auaritiã inexplebilis culpat fortunã ridet, auctoritatẽ spernit, imperiũ floccifacit, irã/æque ac beneuolentiam pendit. Omnia hinc in eius maiestatẽ miseros ciues/ vrbẽ opes & ipsos immortaleis deos licere sacrilegus putat Cui fidat cuius cõsiliũ capit et in tam aduersa rerũ for-

te nescit Sforcia Hinc sibi infensos ciues cōspicit illinc temerarios ac tumultuantes videt milites iudicij inops desperatisq; rebus vecordior relicto sine duce exercitu mediolanum euolat illius dicessum ac fugā tum eius milites tum nostri criminantur pacisq; condiciones per internuncios tractant. Nam spernenda etenim Burgundionum phalanx ad nostros transfugerat. Quod vbi Sforcia resciuit ne coeptae desertor militiae prorsus videretur ab ascanio (vt reor) persuasus celeri aequo nouariam repetijt. O quam foelicius garamantas & indos lustrasset vbi appulit exercitus primores ad se vocat. Vt aduenerunt in haec prorupisse verba illum accepit. Vix mortalium nemo eum milit ones ignorat quam proprio ac patria incommodo Super incliti progenitores mei. Francorum regibus promptissimo semper fauerint animo quā gallicum nomen defenderint colluerint & aeque ac penates deos habuerint. Et vt immensa & vicecomitum & Sforciadum erga illos beneficia (quae quilibet compertissima habet) reticeam. Quis nescit Karolum octauū vniuersę armis Italiae circunuentum mea sollicitudine reductosq; insubrum exercitu liberatum Nonne illi ad vercellas Longobardam fidem laceranti rodenti renouato foedere appertissime id probaui sororiūq; ludouicū Aurelianensem (& si iam tum mihi cōminaretur) restitui nōne ille omne ire venenum in pontificem venetosq; pace mecum firmata diuerterat. Ita vt sperādum foret gallos adeo mihi deuinctos esse. vt & in venetos & quoscunq; hostes omnem opem mihi praestarent. Soliumq; meū integro robore firmarent, Sed heu heu fallit augurijs spes bona sepe suis. Ecce quos tutelares deos mihi proposueram, quos mei imperij aequissimos rebar vindices, quos denicq; post Caesarem (omnium alieno foedere post habito) perpetuos dominos & amicos mihi (Sed heu temere) pollicebar violata fide, nullo iure fulciri quodq; acerbius

Sforcia mediolanum refugit.

Burgundionū manus ad nostros trāsfugit.

Sforcia nouariā redit

Sforcia ad milites oratio.

est nulla (deos testor) prouocati iniuria/anito imperio insontem amicum optime meritum spoliare moliuntur. Heu heu quæ venit indigne poena dolēda venit. At iactant Galli insubriæ principatum ad ludouicum Aurelianensem hęreditario iure spectare. Ea nube mentes vestras commilitones circumueniunt & excecare nituntur audite obsecro audite communem causam ab origine repetam/ne vana superstitione illi vos seducant fascinēt obnubilent/aut mihi immo Cæsari & reipub. alienos reddant perspectum vobis esse reor commilitones Philippum vicecomitem sine virili sobole super astra relatum superstites habuisse sororem Valentinam quam astensi vrbe dotatam Aurelianensi duci matrimonio iunxit. Ac super illustrem blancham Mariam eius vnigenitam Pontificum Cæsarumque indultis legitimam, & a patris vltimis tabellis hęredem scriptam, quam Franciscus ille Sforcia principum suæ tempestatis decor genitorque meus vxorem duxit. Quibus hęreditario iure paternum debebatur imperium. Sed Mediolanenses Cæsareis in principatibus foeminas minime succedere causati iugum excutere libertatemque sibi vendicare statuerūt. Quod vbi diuus pater meus resciuit profligatis in quos tunc mouerat Venetis copias in rebellem patriam retorsit quam tandem dijs auspicantibus suis audientem imperijs reddidit. Postea ad cognatos coelicolas vocatus. Relictis quatuor liberis Galeacium natu maiorem successorem in principatu elegit rerum potitus Galleacius Cæsareæ maiestatis sinceram fidem iurauit. Sed aduersis fatis ab Andrea Lampugnano in diui Stephani æde occiditur. Cui impubes adhuc Ioannes Galeacius successit qui & morte repentina sublatus est. Iusque imperij ad filium detulit adhuc infantem, sed paruulum eius mater subripuit quem tandem Galli nescio qua arte in monasterium truserunt, principatusque in capacem

& mundo (vt aiunt) mortuum reddiderunt. Sicque ad nos omne ius deuolutum est Caesareae celsitudini fidele iusiurandum praestitimus, & veros principatus titulos optima fide praescripsimus. Nihilominus hostis nudam a foemina referens originem, Caesareis ędictis reprobatam Venetorum fabellis irretitus ab auita pręscriptaq; ditione nos extrudere nixus est, ad summum reipublicae parentem Caesarem profugimus, indoluit eius sublimitas, nec ferendam communem duxit iniuriam. Sed ad extinguendum publicum Italiae & eius imperii incendium. Vos commilitones validissima in tyrannos propugnacula, firmissimasq; reipublicae bases conscripsit, causamq; meam protegendam vobis commendauit. Quid meam dixi. Cum immo res sua vestraq; agatur. Certe commilitones si vestris (vt & armis viribus / ac ordine superatur hostis) succumbat auspiciis, non mihi, sed Caesari vobisq; Italiae & totius orbis (qua patet) imperium partum est. At si iniquo marte (quod dii auertant) cesserimus ab Italia proscribitur Cęsar, vosq; fidissime imperii dexterae. Ergo agite commilitones arma capescite, quibus & dii, & iura & omne robur fauent. Et si moriendum est pulchrum mori succurrat in armis.

¶ Haec fatus vt nihilo animosiores. (Sciebant enim mendaci mente locutum) e contione abire conspicit cęlum mare sydera ipsumq; deum optimum maximū furibundus detestatur. Fortunā iniquam conqueritur diu auceps ambiguus titubans iterum fugam meditatur. Ha quanti dedaleas emisset pennas / aut diuersas acheloi & prothei formas, quibus aut per aera euolare, aut hostem multiformi figura fallere posset. Dum anxia mens huc illucq; voluitur Francisci Sforciae effigiem quae forte ante oculos picta erat conspicit. Ecquid diuae parens inquit degeneres erimus, & hosti siue conflictu cędemus.

Audēdū est potius & moriēdū q̄ turpē dedecorāq; ducere vitā. ¶His animatus dictis ad milites in forum (quod vrbis plateā vocāt) armatus descēdit. Quos vbi optime instructos videt magnanimus verbis in nostros erūpere patētibus portis iubet. Parent milites & longo ordine in apertos cāpos vt pugnaturi descendūt. At ille vt audentē terribilēq; nostrorū aciē despicit qui læta fronte martem sitiebāt pauidior imbellis fractoq; animo nouū fugæ consiliū capit. Nescit quos inuocet deos Cęlicolæ sprętor potentiæ diui tamen francisci (quem nunq̄ coluerat) habitū vestit, O q̄ dignius muliebres induisset amictus fœmina mollior. Hac nube diomedi æneam subripere putat; Puduit milites inermi vecordissimoq; duci seruire aut illum tutari quem iam victum cernebant. Quippe tutior est ceruorum duce leone quem leonū principe ceruo exercitus. Quo abijt inquiunt serenissime princeps illa magnanimitas quā tam bella oratione præferebas. Cur hūc ornatū non sumpseras cum mœnibus vrbis clausus sanguinis tui insignia stemmata prædicabas. His improperijs illum ridentes nostris vix conspectis sese dediderunt mittūtur sub iugum. Impudentissime copiæ medius cordiger sforcia incedit simulata religiōe nostros fallere sperat, sed illi mercuriali caduceo liraq; opus fuerat quo Argo vigilantiores ligniacum Trimollium triuulciumq; strennuos nostrorum duces sopiret. Ab his deprehenditur. Et captiuus nouariam a qua mox princeps prodierat remittitur, I, nunc infœlix veneno occide nepotes viduas a principatu pelle. Communi hosti in patrios penates viam præbe deorum hominūq; fidem fœdera iusq; omne quo imperes turpiter rumpe dissipa viola vt tandem dijs mortalibusq; inuisus miser inops vulgi fabula fias acerbāq; vitam cum morte quæ miseros surda aure auertit commutare desideres.

Sforcia copias ad pugnam expedit.

Sforcia laruatus capitur.



APTO sforcia celer ad Ludouicũ nũcius Lugdunum fertur celerior ad ascanium ille superis solẽneis agit gratias. Festosq; dies indixit per regiones vrbiũ festiui ignes vndiq; accendũtur carmina lyriceq; ode canũtur & lectiores ludi fiũt. Hic vero nil nisi fugam parat. Sed heu quo fugiet cui neq; apud latios vsq; locus insuper ipsi insubrij infensi pœnas ꝓ sanguine poscũt. Tyrannus ad Tyrannũ viam capescet ad cacum busiris profugiet. Armatur igitur purpura exuta & collectis quingentis leuis armaturæ equitibus rebelliũ ciuiũ nobilioribus ad Ioannem bentiuolũ bononiæ incubatorem hospitij iure deuinctissimũ properat, sed ecce venetorũ mile circiter equites obuios in agro placentino habuit a quibus leui pugna victus se in ꝓximam arcem cui ripe alte nomen est recepit. Sed vbi nulla salutis via patuit spẽ omnẽ in eos a quibus desperauerat conuertit, seq; conditione adiecta si ludouico redderetur dedidit ea lege excepit venetus dux. Exceptũ tamen venetias traducere tentauit. Cui Montosonius ac aliqui galliarũ proceres obstiterunt Consultus venetiarũ senatus eũ hostem Regij culminis indicans ad Ludouicũ dimittendũ censuit. At mediolanenses Propriæ pertinaue rebellionis & defectionis conscij vt sforciadas euanuisse gallosq; vrbem populaturos aduentasse viderũt supplices ad Ambaxiũ Cardinalem & pro regem oratores mittũt. Obsecrant in vrbem veniat humilem deuotissimam Precibus flectitur Ambaxius timidam ciuitatem ingreditur. Et palatinis ædibus susceptus frequenti senatu Michaelem tonsum iureconsultum conciues his defendentem verbis audijt Inter or-

Ascanius cardinalis fugiẽs capitur.

Cardinalis ambaxiꝰ ꝓ rege mediolanũ ingreditur.

Ad ābaxiū ꝑ Mediolanensibus oratio.

nacissimus (inquit) Italiae vrbes (reuerendissime & superillustris praesul) siue religiosissimas deorum immortalium basilicas, siue principum decoratissimas ędes. Siue superbam arcis molem, siue immensi populi frequētiam, siue situm, siue amenissimos vnde quaq; ortos, siue agrorum vbertatem, nectareasq; Bacchi opes, siue latissimum imperium consideres. Hanc facile pręcipuam fatebere vrbem principibus grauidam claramq; triumphis ingeniis plenam doctis musisq; decorā. Sed prohdolor ea est amplissimarum miserrima sors ciuitatum vt quam potentiores sunt tam dissidentium iniuria ciuiū pessum eant. Hinc in diuersas luxurians Babilon linguas confunditur. Hinc Niniuae obruitur. Hinc propriis illium ciuibus ꝑditur. Hinc Romani aemula principatus Carthago interiit. Hinc rebellis Hierosolyma in cineres vertitur. Hinc deniq; ipsa orbis princeps Roma ciuilibus telis attrita toties in hostium manus deuenit, sed quid mendicatas externarum ruynas vrbium recenso. Cum hęc inclita vrbs intestino ciuium odio sępius fere occiderit. Et vt praeteream quas a Federico secundo clades sustinuit. Quis nescit quibus dolis Franciscus ille Sforcia eam sibi audientem reddidit. Nonne Gibellinorum factione huius vrbis (cuius auspiciis in venetos militabat.) Retorcto in patriam marte habenas occupauit. At parcendum Ingenuae videretur ciuitati a proprio milite obsesse si excussa Sforciadum tyrannide post cruentam Galleacii necem post venenatum Ioan. Galleacii excidium Post expulsum parridiam Ludouicum (Quem a barbarica cruditate maurum cognominabant.) Verum christianissimi regis numen tandem agnouisset. O quam foelix haec vrbs videbatur si quae diu in tenebris ambularat ortam deo auspice lucem nōn respuisset in propria edepol venerat. Sui autem (& si fictis animis receperant) turpiter eiicere tentauerunt. Et iam languentem germanicis paludi-

bus anguem reuocauere tentauerunt Proh Iuppiter quo dicendi genere hæc meorũ ꝓteruia ciuiũ purgari potest. Certe nec demosthenes, nec (Romani iubar eloquiȷ̃) Cicero tam apertã ingrati cõtumaciã populi excusare possent. Quid igitur reuerendissime pręsul huc cõscendi. Cõ ciues ne accusaturus, Perfidos edepol damnaturus, Reliquos vero (Si quid culpe aut criminis e proteruorũ nube contraxerunt) pro virili expiaturus. Verũ leuis erit prouincia illos cũ authoribus suis in lacum miseriarum iam demersos execrare, vincti enim pestiferi patriæ angues Ludouicus & ascanius Sforciade omnem qua latuerant perditorum hęrbam secum perdidere. Ad hos (qui regia clemẽtia funestis anguibus liberi maligno elusi cõsilio ad thesiphoneas iterum comas animos conuerterãt. Diracq; sanie respersi dilectum (qui inter lilia pascitur) abhorrẽtes mortiferum aspidem amplexi sunt. O dȷ̃ immortales quis expiabit. Quis duræ ceruicis populi contumaciam absterget. Quis ingratitudinem expurgabit. Quis culpam diluet. Proh scelus horrendum quod nec Iouis ira, nec ignes, nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas, Fateor præsul sacerrime Si omne cęlum in iram vertatur, Si ruptis naturæ legibus pyrrhæ secula redeant Si deniq; pluto minos & radamãthus aggerendas in pœnas omne ingenium confundant, omnem pęnam cruciatum ac tormentum ciuiũ iniquitas & reatus excedent. At nec cęli irati videntur, neptunus furores compescit. Anguicomæ sforciadũ furię vinctę ingemiscunt. Et fulgentissimum clemẽtiæ tuæ sidus nobis auspicatissime illuxit. Conuertite o ciues lachrymantes oculos ad pręsentissimũ numen radios æquissimi apollinis prostrati adorate larga e cordiũ penetralibus suspiria fundite ingemiscite cõtristemini cor nãq; contritũ & humiliatũ deus nõ despiciet. Heu heu o ciues is vr̃a & quæ audiri meruit infecũda est oratio, tãtus eñ vestrorũ est cumulus scelerum

vt clementissimas quasq; aures haud iniuria offendat, eya ergo huc ades. O triuulci optima desperate spes patriæ. Qui triplici prudentiæ vultu iano oculatior hinc fortunæ seuientis pharetras despexisti. Illinc noxium anguem debellasti. At nunc medio (quo coelum tempestatesq; serenas.) Placidissimo vultu opus est quo iratum nobis iouem concilies, Nosti. N. quæ fuerit Sforciam vis, vt optimos quosq; aut proscripserint, aut damnauerint, aut iure vel iniurias suas in partes traxerint, & in scelerum sentinam inuitos demerserint, vis ad defectionem nos impulit, quæ si culpam non diluit, contumaciam tamē minuit Procumbe igitur. O miseræ ciuitatis fœlicissima soboles & publicas tuis mistas benemeritis preces porrige. Ecce reuerendissime antistes in cilicio & cinere mœsta iacet ciuitas, facta velut vidua Regina vrbium, princeps prouinciarum. At si populares preces te non mouent, Genu flectit ecce triuulcius pro patria, pro dijs penatibus, pro parentibus, pro liberis, pro amicis supplex orat, amico optime meriti, & populi penitentis preces suscipiat, Celsitudo tua militem irruentem ruynosis a mœnibus propellat mulctam quam ad trecenta milia nummum aureorum promisimus (vndequaq; afflictæ vrbi compatiens) minuat/magistratus restituat. Et deniq; a sforcia dum (si qui superstites sunt) impetu hanc vrbem (quam ab hinc fidissimam obsequentissimamq; iuramus regio munitā præsidio, protegat, regiæ clementiæ in æternos annos seruituram. Hæc vix finierat tonsus cum vniuersus genuflexo Populus multiplicatis vocibus conclamauit, Viuat Rex viuat rex, Mouit ambaxium humilis populi ficta simplicitas. Omnis namq; turba lyneis vestita amictibus nudato capite prostrata iacebat. Cui per Michaelem Ricium iureconsultum æminentissimum paucis responsum dari iussit.



IVNQ; vberrim⁹ regię fōs clemētię nūc primū O mediolanēses exhauriri potuit: vestrorꝫ em̄ scelerū labes tāta ē: vt nec pad⁹ ipi gervndis. Nec tyberis flau⁹ nec stix phlegetō ve piarēt: sed cū sydereos ornet clemētia cęlos iuēistis grām corā oculis dn̄i, & misert⁹ ē sup niuinē vt penitētiā i cilicio & cinere egit. O igēs: O imēsa, O admirabilis, O iclita, O supexcelsa, O vere diuia regij benignitas animi mias tuas qs enarrabit/ O excellēs/ O fulgida / O laudatissima & eternis celebrāda seculis hui⁹ firmissimi ac illustris Romāę eccl'ię Cardis/ & p regis ornatissimi hūanitas: qui tā ppicio sydere regiū numē vobis flexit/ nedū/ placato sereno qꝫ vultu vos (& si imeritos) paciētissime audijt. Ecce iniquitates vr̄as sustulit, & iā iiuriarꝫ oblit⁹ appertis vlnis amico qꝫ vultu vos āplectit. Ecce o mediolanēses hic cardie⁹ apex vobis Regia sceptra iouēqꝫ cōciliat. Et dat epulis accūbere diuū reuerēdissimę eius dominationi vestras igit scriptis ptēdite preces. Et placatū regiū culmē sentietis.

Michaelis ricij ad mediolanenses p ābaxio responsio.

¶ Vt perorauit Rici⁹ vniuersa plebs iterum viuat rex & francia cōclamauit Sicqꝫ soluta est concio. Dehic ambaxius porrectas a populo preces frequenti senatu auctorauit. Et ad restituendam ornandamqꝫ rempublicam sese accinxit. At ludouico par visum est reb⁹ feliciter succedentibus non solum mediolanum: sed etiam reliquas insubrum vrbes gallorum moribus excolere. Ob id ad ambaxium scribit senatum mediolani stabiliat Magistratus per singulas vrbes disponat. Et praecipue achademiam ticinensem refirmet. ¶ Paret ambaxius & vt erat bonarum litterarum vnicus mœcenas viros clarissimos to-

Mediolanēsiū praeces a senatu auctorantur.

Ampliat mediolanēn̄. sēat⁹

Restituit tecinēsis achadēia.

to orbe quęsitos aut senatui adscribit aut magistratibus donat aut achademie ingenti mercede pręficit & iter cęteros illum omnigene disciplię apollinem Iasonem Maynum (quo nihil mirabilius nostra ętas habuit) ducentorum / & mille nummum aureorum annuis stipendijs pręcipuum scholę doctorem conduxit. Interea ille principū vt olim iactabat vertex belli pacisq; arbiter Sforcia Lugdunum adducitur obuiam regio iussu illi fuere Aule pręfectus & Lugdunensis pretor qui eum regi mancipaRunt non illum purpureæ aut aurçæ vestes non gemmę non sceptra decorabant super exiguo ludibrium fortune mululo sedebat camellotea veste tectus. O varia & inconstans inique sortis volubilitas. Ecce quem omnes Italiæ populi expauescebant, quē orbis principes mirabantur, quem Cæsareus apex amplectebatur, cuius consilium prudentissimus quisq; ac delphicum oraculum obseruabat nunc consilij inops sibiq; ipsi mętus a mulierculis etiam irridetur. Concurrit Lugdunensis populus illum visurus. De quo tot aliquando & vicia & virtutes audierat Mira profecto viri erat maiestas compta Cęsarie canis a vertice, ad humeros protensa / fusco colore, naso aquilino ore venusto, procera statura, satis egregium, referebat principem. Tandem per mediam vrbem tractus in arcē cui petrescisse nomen est truditur & illinc regio iussu Lochias (quæ illi perpetua domus fuit) traducitur. Ne forsitan lœtiora videret sponsalia filiæ federici Arogonij Siciliæ tyranni Que per eos dies baroni rupis barāe & britaniæ ꝓcerib9 nupsit. Dū hymenea celebrant ligniac9 ab insubria optatissim9 redijt Cui aulicos Priores ludouic9 obuiā misit & adueniētē ęque ac germanū āplex9 est. Sed longe dispar fuit ascanij aduēt9 vt em̄ apulit per vrbē ac ridiculum spectaculum ductus in carcerem petrescisse (Ne fratre melior censeretur) missus est. Quem tamen amba-

Iasō maynus.

Sforcia lugdunū adducit.

Sforcia Lochias traducit.

xius (vbi ab insubribus (constituto eis Carolo ambaxio ex fratre nepote vicario) gratissim⁹ rediit (ne sui ordinis fratrem in vinculis pateretur) regi conciliauit quod iniquis oculis fortuna tulisse visa est. Stabilitos. N. quos concusserat cardines vt vidit summum ecclesiæ culmen terrę nil verita est. Quippe Alexander fulmineis afflatus ventis mortuus creditus est. Sed mox conualuit. Et publicas in vrbe decreuit quibus et ipse interfuit supplicationes. Ego facile crediderim in cęteros sæuiisse fortunam quo Ludouicum vnum efferret ab alto) Si dij sināt mox elisura. Enimuero reliquis orbis principibus tantus visus est vt hi solum consultissime rem egisse viderentur qui Ludouici beniuolentiam quæsissent. Ob id trecas expectatus cum vxore petijt vbi non solum Maximiliani, & totius fere germaniæ legatos exaudijt. Sed missos quoque a soltano turcoque oratores: eius amicitiam exposcentes religiosisissimus princeps respuit. Nec defuere blanditores & si nihil illis deferret Ludouicus qui & fluuios eius consuetudine oblectari profiterentur Causati Rhodanum eius discessum indoluisse mediamq; pontis partem qua Lugduni meabilis est: impatientius obruisse. At non paucis, hæc ruyna sinistri quidpiam portendere visa est. Quorum vanam opinionem Heluecij firmauere: qui nonnullas in regiam ditionem occursiones fecere sollicitatis ad defectionem plerisque quorum regij corporis custodia (Nescio qua fide) creditur: sed eorum inanes nixus illico repressi sunt. Ego magis his accedo qui nouum pontificem Lugdunensibus presagiri autumauere. Nam per id tempus vita functo Lugdunensi præsule Franciscus Rohanus marescalli de gyesfilius in Lugdunēsi sede suffectus est. Nec tamen fluuiorum furor (despecta forsitan noui præsulis tenera adhuc ętate) lenitus est. Nam & Arar Lugduno

Ascanius cardīalis lugdunū adducit.

alexāder pontifex fulmie afflatur.

Rhodan⁹ lugdūi intumescit.

Heluetiorum noui mot⁹ reprimunt.

Matisconē vsq; glaciatus est & Rhodanus adeo ītumit vt vterq; inauigabilis diu fuerit, vnde nimia Lugduni Annonę charitas irrepsit: At Ludouicus fluuiorum iras puipendens nec quid mitarent curās prīcipum amicitias studioso quęsijt animo cum facillime & ventis/& mari īperaturum pretendens q̄ prępotentum auxiliis regum fulciretur. Ob id Parisios visit. vbi Philippum austrium archiducem eiusq; coniugem regio fastu excepit pactisq; Caroli austrij illius priogeniti ac Claudię Ludouici filię nuptijs foedus ictum est. Illic dimisso austrio qui hispanias petebat Lugdunum reuertit. Vbi recensito exercitui Lignyacum prefecit iussitq; neapolitanum regnum adoriretur. Paret illi ductisq; per ytaliam copijs parthenopem tandem obsidet. Quę minimo negocio cum federico illius īcubatore regio iuri accessit. Quippe federicus recentem sforcię ruynam considerans (ne grauius sibi succederet, siue suis parum fidens) Ludouici īperium quam carcerem experiri maluit: sic exactus regno federicus ī gallias cum vxore nonnullisq; eorum liberis) Nam pars ad Ferdinandum hyspanum clam exportata fuerat) sub custodia mittitur. Eius aduentum pręcurrere nuncij ad Ludouicum quibus auditis dijs īmortalibus solennia sacra decreuit nedum publicam per īmensum īperium lęticiam īdixit foelicem nuncium (vt anguratius veniret) sequutus est federicus: quem aduenientem placidissimo vultu ac cumulatis muneribus Ludouicus amplectitur īgentesque annuos prouentus illi assignat. Ecce quam breui tempore totius fere Italię fasces Ludouicus recepit. ¶ Quippe florenti senenses, Bononienses, ferrarienses, Manthuani, & omnes quos preter labitur Eridanus tum populi tum prīcipes eius nutui parebant. At ne quidpiam eius foelicitati deesse videretur, Alexander eius gratiam promereri cupiens Ambaxiū vniuersę gallię coapostolum legat. Decimasq; sacerdotalium redi-

Arar cōgelatur.
Annonę charitas.
Cum philippo austrio foedus ferit.
Regnum neapolitanū cū foederico, iuri regio acceditur
Ludouici foelicitas.

riuū(quo in turchas bellū susciperet) Ludouico indulget auctus legationis munere Ambaxius publica leticia a lugdunensibus excipitur. Moxque vt appulit ludouicū hortatur vt in religionis perpetuos hostes exercitū mittat. Nil opus fuerat ęquo currenti addere stimulū Christianissimus. N. princeps prouinciā priogenito ecclesiae filio dignā vltro suscipit nūerosam conscribit classē, cui Rauastenū praefecit. Oppressisque a publico hoste Venetis opē ferre iubet. Quorū christianorūque principū auxilijs (vt qui pontifici iurarant ludouico suppetias laturos) Bisantiū īperiū christiano nomini restituere sperat. Sed & pricipes & Veneti pontificē & ludouicū fefellere. Illi. N. nullatenus auxiliares fuere: hi vero quorū precibus tota pugne occasio cępta fuerat & cōmeatū gallicae classi (praeter datā fidē) negauere (& quod īpientissimū est) cerbereo turchae in amicas copias viā patefecere hinc languidiores & sinistro marte pugnantes ad mitilenē nostri fusi sunt. Exacerbasse poterant ludouici animū tū Venetę perfidiae: tū auraicę principis obitus nuncij. Illis nanque plurimū fidebat: hunc supra hominē prudentissimū vnice amabat. vtrūque tn̄ vulnus leniere legati ab Hungaro rege missi ludouici amicitiā regiaque stirpe virginē suo regi nupturā poscentes. Haud aspernanda tanti regis (quo & in Venetos ac Maximilianū quidpiā noui sēper audentē & fidei hostes iuuari poterat) visa est ludouico affinitas. Donatis ergo āplissimis muneribus legatis Annā candalli herois filiā sibique attinentē futuram. Hungari regis coniugē regiaq3 dote cumulatā ei tradit. Quā per vniuersas gallici īperij vrbes (qua illi via fuit) Hūgarię reginā publico applausu salutari iussit. At veritus ne Mitilenę cladis procella nouarū rerū studiosis fractiorē se exhiberet: vtq3 īsubres solida ī fide retineret: trāsactis alpib⁹ Mediolanū gratissim⁹ venit. Et ecce Genuēsium oratores ei offeruntur. Obsecrantes dedititissimā sibi

ambaxi⁹ legatus creatur.

Expeditio ī turchas.

Infoelicit venetorū fraude ad mytilenē pugnatē.

Auraicae princeps moritur.

anna cādalla hungaro regi nubit.

Ludouic⁹ isubres genuenses visit.

genuam visere aliquando dignetur. Annuit & illuc nil moratus numerosa virorum illustrium manum cinctus applicuit. Quod & si res insolita genuensibus videretur tantum perpeti pricipem: vt qui liberis ceruicibus (quos ea tenus passi fuerant tyrannos ꝓ libidine excutere solebant) Letissimi tamen regium numen ingenti triumpho venerauere oblectauit (nil mirum) ligustici maris vrbs domina Ludouicum vanorum tum mores ciuiū displicuere Quorum ingenium vt perspectius haberet bimestre apud eos fere exegit. Hinc per insubriam rediens patriā repetijt. Ad quē apud allobroges adhuc agentē reuerius philippi sabatensis nothus vir illustris magniq; animi a Margarita austria que paulo antea Philiberto sabatensiū duci nupserat: pulsus supplex profugit Philibert⁹ vero & Margarita ad Annā augustā quae Lugduni Ludouicū prestolabatur venere a qua nullo tamen ciuiū apparatu benigne recepti post sextū diem patriā repetiere Fama erat Philibertū reuerij suggestione Ludouico suspectum quo se purgaret Annam conuenisse. At Ludouic⁹ mortaliū nixus facile superaturum ratus, qui imortalibus haud iuisus esset procurante Ambaxio ac cordigerorum pricipe (quem generalem vocant) leges ac mores mēdicantiū reformari tetrica censura studuit, hic ad rempublicam conuersus. Vectigalia & grauissimas oppressiones a centum annis nullo regū decreto attentatas antiquauit, ac lugdunensibus pleraq; priuilegia anno supra millesimum & quingentesimū tertio liberalissime idulsit. Dignus pace videbatur Ludouicus qui pacis tempora & religiosissime & legitime excolebat, sed instabilis infirma & iconstans est (quam mund⁹ largit) pacis quies aut em militiam eneruat aut isolentem suspectamue reddit. Delitie quippe capuane fregerunt Annibalem. At Ludouici exercitus nil eis illecebris mollitus dum regni Neapolitani fines ambit Ferdinando Aragono Hispanorum regi suspectus redditur. ¶ Qui dolo quā

Reueri⁹ sabatēsis noth⁹ ad ludouicū ꝓfugit.

Philibert⁹ sabatēsium dux cū vxore lugdunū venit.

Mēdicantes reformantur.

Oppressiones & vectigalia antiquāt.

Fraus ferdinādi aragonij.

virtute rē auspicatꝰ Philippū austriū ad ludouicū cū pacis cōditionibꝰ legat. Ille sibi cōscius veritusq; ne vt Hispaniā sic & austriā fidē infidā suspicaret ludouicꝰ obsides postulat. Nō distulit ludouicꝰ hostibꝰ plus æquo credulꝰ obsides mittit, quibꝰ receptis austrius lugdunū properat ꝓsallērē festināq; vrbē triūphās ingredit, & a ludouico ꝑter spē iucūdissime acceptꝰ infidū hispani verbis fœdꝰ iurauit se ac Maximilianū socios inscripsit. Illincq; ad Philibertū sororēq; Margaritā burgū haud vile eorū Sabatensiū (quos breissianos appellamꝰ) oppidū euolat. interea dū mellitis blandit Ludouico fœderibꝰ hispanus, ingentem (cui Gōsallū ferrandū ꝓfecit) classem parat, fingit in christiani nois hostes cōscribi, quā in Neapolitanos fines gonsallus eiꝰ imperio retorsit. Nostrosq; nil tale timētes piuroq; fœdere illusos pallātes adorit fuditq; nō sine ꝑpetua nōnullorū e nr̄is vecordiæ nota. Tātæ cladis acerbitatem exasperauit cū ludouici harmigniaci nemorsi ducis ac regij vicarij indigna mors vt q̄ suis ad pugnā (q̄ fabiana industria detrectabat) stimulatꝰ inter cōfertissimos pemptorum hostiū aceruos desertus magnanimꝰ occubuit, tum etiā Alexandri varij ingenij q̄ hispanos (nil mirū hispanus erat) cōmeatu iuuisse cōpertus est, tum maxime fœdifragi hostis ꝑfidia qua p̄cipue offensus ludouicus ingētes iterū cōflat copias quibꝰ latrimollisū ducē designat. Iubetq; aubigniaco (qui gallicę pugnæ reliqas collegerat & in calabriā detinebat) festinās opē ferat. Sed ꝓperātē ęgra corripit valetudo. Nec tñ substitit exercitꝰ sed indesignatam ꝓuinciā infirmū ducē inauspicate p̄cessit. Multa q̄ppe infœlicē exitū portēdisse visa sunt, nā fugientē a prophanis altaribꝰ victimā antiquitas piaculū putauit, quā infœlicius ꝓdigiū cēseri debuit. A iuuene scholari heretica ab hispanis condiscipulis doctrina imbuto, palatina in æde per id tp̄s sacerdoti celebrāti sacratissimā Cristi hostiam vi raptam fuisse. Quam (vt concursu populi præpeditus exportare non potuit) contriuit & fragmenta

Austrius aragonij vrbis infidū fœdus ferit.

Qua arte aragonij iussu gonsallus Fernādꝰ neapolitanū regnū inuasit.

Nemorsij ducis mors.

Alexādri ponti varium ingenium.

Scolaris hereticus xp̄i corpꝰ a sacerdote extorquet.

in terrã perfidus seminauit. T en tus pertinacissime perseuerans, nec publicis p̃cibus/nec a parẽtibus gemẽtibus flecti/nec a clarissimis omnigenæ peritiæ doctoribus ab errore reuocari potuit. Ob id pura accẽsa manu prius loco crudi facinoris amputata suillo in foro viuus crematꝰ est.

Hæreticus viuus crematur.

Dehinc collisa fragmẽta pauimẽtũq; sup quod iacta fuerant religiosissime ac studiosissime inter sacras palatinæ ædis reliquias recõdita sunt. Superstes etiã põtis rodhani pars lugduni penitus collapsa est q̃ Alexãdri pontificis occasum (qui paulo ruinã p̃cessit) nõ p̃sagire, sed christiano nomini sinistrũ fuisse testari potuit. Optimus eñ fuerat põtifex sola prole notãdus. Eius mors ludouico Matiscone tunc agẽti nũciata est, qui rẽ bene cõsultã ratus si apostolicæ sedi emeritus præficeret, Ambaxiũ ascanium ac cæteros (qui cis alpes erant) cardinales romã petere, & christiano orbi piẽtissimũ eligere parentẽ hortať.

Alexãder pontifex moritur.

Ambaxiꝰ & cardinales vrbẽ petũt.

Integer profecto fuit Ludouici in rẽpublicã christianã zelus feruensq; studiũ qui ascaniũ etsi insidiantẽ inimicũq; (Sforcia in vinculis detento) pro cõperto haberet. Dimisit tñ nõ sine apertissimo periculo. Poterat nãq; ascanius aut in pontificẽ eligi/si authoritatẽ (vt q̃ summi ordinis cancellarius erat) spectes. Aut saltẽ ad p̃sulatũ Ludouico haud amicũ (si affectatã vltionẽ consideres) efferre, sed nullam (vbi publica religio emergebat) rei priuatæ rationem habuit Ludouicus. Quinimmo & hosti & ambiciosissimo/ ad summũ apicẽ liberas laxauit habenas. Dimissi igitur cardinales Romã venere, ad quos Ambaxiũ p̃cipue, cardinaliũ pleriq; immo & romani heroes accessere, sed præ cæteris Cæsar ille Borgius Ambaxij gratiã pro virili expetijt. Satis scius cõsultius secũ agi si gallus (quã alia gente) pontifex crearet. Hortatur igitur pontificias ambiat infulas se facile curaturũ vt precio ducti patres ad eum vnũ vota deferant, abhorruit tam dirũ facinus religiosi præsulis mens, & (vt erat modestissimus) nõ sibi sed dignissimo deberi respondit. Eo igitur detrectãte cardina

lem Senensem Pijsecũdi ex sorore nepotẽ qui& Pius ter tius dictus est cardineus ordo Ascanio id praecipue adni tente elegit. Qui(etsi gallis infestior esset)tanto auunculo haud indignus videbat᷑ Obijt sexto & decimo initi pon tificatus die inopinata ei⁹ mors Ascaniũ in ancipitẽ curã traxit, videbat. N. aut ad Ambaxiũ aut Iulianũ Ruuerũ Sixti quarti nepotẽ patrũ studia cogẽti, Illũ(etsi fictis co luisset auris)gallũ adhorrebat metuebat hũc capitali odio ꝓsequebat᷑. Praeualuit irae metus. Cõceptũq; inimicitiae vulnus obliterauit Iuliano igit᷑ quib⁹ potuit cõditionibus se cõciliat, quo Ambaxiũ retunderet. Rapitur eo procu rante ad sacerdotij culmen Iulianus, qui dictatoris quam apostate nomẽ auspicatius ratus, se Iuliũ salutari studuit. Vtinã aeque ac nomẽ mores induisset Iulias videlicet li beralitatẽ clemẽtiãq;. Certe innatã ambiẽdi imperij sitim auxit quã tñ tã diu dissimulauit, donec accẽsis inter prin cipes odijs nunc huic nũc illi fauens, vtrumq; ligusto in genio falleret. Sat illi visum clauib⁹ iamprimũ sumptis, si Romanae ecclesiae imperijq; suis fores reseruaret. aut ꝓ prijs cardinibus muniret, ea mẽte ductus nepotẽ purpu reo gallero ac Petri ad vincula titulo quẽ ipse cardinalis gesserat ornauit. Ioannẽ vero franciscũ ex fratre nepotẽ prefectũ vrbis creat. At nil sibi satis tutũ putans Caesarẽ vorgiũ nõ vinculorũ titulis honorat, sed vinculorũ an gustijs in mole adriani onerat. Quod ne Ambaxio iniu riũ esset eius coapostolatũ firmauit & ex sorore nepotẽ cardineis insignib⁹ donauit. Vtinã super reipublicae chri stianae pupim cõstitutus, furẽtes regiorũ animorũ vẽtos placasset. lõge aliena illi mens fuit. Quippe aeque ac men dicatos portus queritãs(quo violẽtior eum ventus age bat)ancorã firmabat, mox hispano hesitans, mox Ludo uicũ efferens, mox maximilianum pollicita laurea deci piens, mox Venetos abhorrẽs, cuilibet principum cum fortuna alludebat. Hinc iam accensos regũ animos in ar dentiores iras(dum cuiq; applaudebat, quo vtrumq; tã-

Pi⁹ terti⁹ pontifex creatur.

Iuliũs põ tifex crea tur.

Borgius Caesar in vinculo comatur.

dem tolleret) animauit armauit impulit. Quippe verit⁹ ne si Ludouico parthenopeū imperiū restitueret ambicio sus eius in apostolatū ascēsus Ambaxio auctore dānaret. Dum Ambaxio ficto ore vale dicit / oratq; ꝑ virili regū iras frāgat, hispanū clam monet vt copias in Italiam augeat. Ille dum in patriā redit, per celeriores nūcios Ludouico mētē pontificis apperit. Hic vero cui nec miles / nec aes abundat ad fraudes se vertit / quibus virtute inexpugnabilē Ludouicū fregit. Enimuero Ludouicus rem suis haud dignā animis ratus si hostē tm̄ ab Italia pelleret patrios illius fines inuaserat, validoq; exercitu (cui ducē marescallū de Rieulx dederat) russillionis terminos infestari iusserat. Iamq; falsam minutissimū Russilionū oppidū adeo arctissime obsederat vt deditionē hostile pręsidium vltro offerret. Vtinā Marescalus cōditionē oblatam acceptisset, sed quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. Renuit hostilē deditionē & quo respirandi spacium hosti pro libidine vēderet simulata valitudine Narbonā cōcessit hinc obsessi Segnius oppugnantur & desidiores nostri sine duce languescunt. Vnus rupispotae heros dū magnanimiter oppugnandā arcē suadet bellicae machinę fulminibus actus ad coelites migrauit. At hispanus empti tēporis vsurām resarciturus auxiliares copias ad obsessos mittit, & interea ad Gonsallum scribit pugnam omnium studio detrectet donec suppetias ei ferre possit. Dū gōsallus nō solum differt sed nōnullos ordinū Francorū duces pecunia tardat (ne Aubiniaco qui multis incursionibus hostes grauabat iungerentur) hispani auxiliaris exercitus acrius ꝑperat, nostros obsidionē soluere cogit & semiuagos paucis tm̄ desideratis in patriā ꝑpellit. His sinistris auibus inauspicatior ligniaci mors heu heu successit, quē & regiae aulae & populares gemitus publico luctu suspicarūt. Principem mea sententia nulli suae tempestatis cedentem. At publicas tersit lachrymas vrbe rediens Ambaxius cuius aduentum opportunum hispa

In russiliōnē expeditio.

Hispani ingenium.

Nostri ad falsam fugantur.

nus existimās vt quē pacis studiosissimū tum suapte natura/ tū Iulij impulsione satis nouerat madere fere adhuc russilioneo sanguine legatū & in receti vulnere ad ludouicū mittit/inducias russilioneis finibus poscit. Quas(nescio quo authore)facilius(q̄ sperasset obtinuit)dehinc vbi patrijs larib⁹ nil iā sibi timendū videt militē a russilionea pugna vocat & ingēti classe ad gōsallū destinat. Auctus amicis copijs gonsallus castra nihilomin⁹ excresci aut ambitu ampliore vallari ꝓhibuit/ne nouas creuisse ei vires nostri deprehēderēt quos nō modo commeatu laborare, sed ducū multitudīe (quib⁹ nullus supm⁹ prīceps erat) in diuersa cōtrariaq; studia ac factiones scindi sciebat, augebāt illi victoriæ spē nonnulli pecunia suas in partes tracti, hinc nō ab re sibi cūctādū fore ducebat, dū nostri cōmeatu languescerēt, & diffidētes minore negocio vincerētur successit illi ꝓ voto. Nā dū hinc auro corrupti pugnā dissuadēt, hinc famelici pugnandū priusq̄ inediæ moriendū certāt pallātes incōpositis ordinib⁹ (vt quēq; sua fata trahebāt)in hostes castris valdeq; clausos irrūpūt, vt impetū sustinuit hostis. Primi quib⁹ nulla belli sitis erat vix cauētib⁹ signis fugiūt. Reliq̄ vero vt qui algore & fame fere effecti erāt(etsi yuo allegrius ac ligniacus quā poterāt ad viriliter dimicādū hortarentur. Primaq; fronte pugnantes egregię virtutis spectaculū ostēderent)erūpēte in eos plenis viribus integroq; robore hoste paucis desideratis captisq; allegrio & ligniaco ad garigliani ripas funduntur. Capti etiā funere a nr̄is q̄ppiā haud ignobiles hispani qb⁹ cōmutatis allegri⁹ & aubigniac⁹ liberātur. Ecce qb⁹ artib⁹ circūuētus, ludouicus hispanos furores sustinuit. Quibus tn̄ nil territus Ludouic⁹ dars ligniacæ cēturiæ tribun⁹ obstinatissime(quæ Ludouici regis dono ligniaco cesserāt) nōnullas arces defendit, sperās aliq̄n ludouicū exercitu reparato suas vlturū iniurias, sed vbi expectatū auxilium diuturna spe eū fefellit acie instructa, per medios hostes terribilis euasit, & nec quidē tyrone amisso ingentē (qua

Infaustæ induciæ.

Nr̄i ad gariglianū fundūtur

Ludouici dars magnanimū facinus.

paret) per Italiã insubriã se recepit. Iã prisca Iasones alcidas, eacidas, theseos, agamennones, leonidas, coclites, Scipiadas, Põpeios ipsosq; Cęsares dissimulet ętas, vtq; huic conferendũ (qui ex tam remota prouincia, per tot hostiũ insidias incolumen centuriã reduxerit) vix inueniet neminẽ. Qđ etsi gonsalus Gallorũ triũphatorẽ se inscribi aliquãsustinuerit, hanc saltẽ exiguã Gallorũ manũ sub inuictissimo duce insuperatam inuitis vidit oculis. O quid sperandũ fuerat si vnitus nostrorũ exercitus cõcordibus animis manũ conseruisset. Ecce ynica centuria oẽm hostium vim adeo suppressit, vt fortissimus quisq; trepidus transeuntem expauerit, dijs aut fortunæ aliter visum est, ne forsitan factiosæ Italiæ sub Ludouico pax illaq; aetas saturnia tãdẽ redderetur. Sed quid nec sola in Italia seuientis cęli pharetras perpessus est gallus. Nã & tã dira ardẽsq; per allobroges sabbatenses, Burgundiones ac Lugdunenses, anno quarto supra millesimũ & quingentesimum ęstas inualuit vt phaetonteã redisse putasses. Hinc publicis decretis votisq; ĩmortalibus dijs supplicationibus ex villis lõgo ordĩe populi lineis vestiti amictib⁹ pręeũtibus pueris ĩnuptisq; puellis in ꝓprias vrbes vndiq; cõfluebãt Sed vehemẽtior exestuebat nymbis oĩno repręssis buliẽtis aeris furor. Nec ꝓcibus vllis superi flectebãtur. Primi Chãberiacẽses cõterminiq; aquẽses (quos romanorũ colonos a Sestio proconsule crediderim) coelitũ irã fregisse visi sunt. Illi em̃ obsidibus missis ab his ĩpetrarũt vt lignũ saluificæ crucis in quo & ipsa crux & saluatoris effigies sculpta cernitur chãberiacũ solẽni supplicatiõe deferrent. Ecce mirũ ad vtriusq; populi fines hinc illincq; vix ventũ fuerat cũ serenissimo e coelo tanta nymborũ vis decidit vt deucalione a secula iurasses. Laetus vterq; populus cõmuni mistoq; ordine, hymnis resonantibus, nulleuisq; collucẽtib⁹ facib⁹. vrbẽ ingrediũ. Dehinc in arcis ędẽ deuenit vbi sacratissima illa Syndon in q̃ xp̃m dñm Ioseph sepeliuit salutifero sanguine picta visitur, ibi peractis so-

Vide mirũ.

Syndon xp̃i saluatoris apđ chãberiacũ visit.

lenibus sacris festus dies indicit hinc mitior aeris tempe-
ries eo anno primū fluxit/& frugiferę pluuiæ scaturiere,
sed quia tardiusculæ cęlestis grā manauit. Charioris an- Charior
nona multipharijs infirmitatib⁹ mixta lues eos pp̄los biē annona.
nio afflixit nec popularib⁹ anxietatib⁹ satia summos prin
cipes aut excōicauit aut occidit a Philiberto sabatēse prin Philibert⁹
cipe inuictissimo cui & forma paris, & viribus alcides ces sabatēsiū
sissent, incipiens mēse septēbrio ad superos illū vocauit. prīceps &
De hinc anno sequēti Ioannā Ludouici vndecimi filiam ioanna bi
Biturigū principē coelitibus adscripsit, qđ & si Ludouic⁹ turigum
ossa parētū a blesis Parisios in cęlestinorū sacellū vbi aure dux mori
lianēsium principū insignis ara est. Pientissime ingentiq; untur.
funeris pōpa efferri curauerit. Nō tamē sęuiētis astri furi Ossa parē
as euasit tā em̄ egre valuit, vt vix vltimus ei spūs supes- tū a blesis
set, Tota i lachrymas gallia vertitur heroes aulici pr̄es po pisios de-
pulus matronę vt vnicū dilectissimūq; parētē lugent vo ferri curat
tis precibus sacris hostijs muneribus coelū pulsant idignū ludouic⁹.
visum imortalibus dijs tā optatū terris numen dū Frāci- Ludouic⁹
siscus pubesceret eripere. Cōualuit igit̄ imo fere reuixit lu ægre va-
douicus, quē ac castorē pollux morte (vt suspicor) rede- let.
mit federicus, ille Aragoni⁹ qui p̄ id tp̄s mortalē sarcinā Federicus
exit. Cui⁹ spolia gallis erepta cū hispanus inultus detine- aragonus
ret mēs Ludouici fuit illa nouo exercitu vēdicare, sed in- moritur.
stitutū distulit, Elizabeth illa armipotēs militarisq; vira- Elizabeth
go hispani vxor q̄ post triūphatos (quos granatas vocāt) hispania
populos, cū perhēni peritura vestē anno sexto supra qn- regia mo
gētesimū & millesimū felicissime mutauit. Ea mors no- ritur.
stræ pacis vinculū inter reges patefecit. Quippe hispanus
exulceratū haud immerito Ludouici animū sciens vixq;
erga eū quē simulatis federib⁹ sępe deceperat qdpiā fidei se
cōsecuturū nouū amicitiæ pignus vafro ingenio excogi
tauit, mittit ergo oratores qbus ad ludouicū frequēti prī
cipū corona admissis is q̄ prias legatiōis p̄tes obibat ge-
nuflexo in hæc v̄ba orauit. QVAM pniciosæ execrabi- Oratorū
les incōmodę ac iniuriæ fuerintq̄s tua maiestas rex xp̄ia oratio.

nissime mutuis odijs cũ rege catholico exercuit simultates) Et gallicus orbis & hispana respublica testari possunt Tã. N. inauspicatis certatũ est oĩbus, vt vtraq; impia nõ modo, sed crudeliorẽ etiã erynnim pœniteat. O q̃ cõsultiꝰ in hostes publicos cõibus auspicijs infestas acies duxissetis. O q̃tũ terrę potuit pelagiq; parari hoc quẽ ciueles hausẽrũt sanguine dextrae. Q3 & si aduerso marte tui pedem reflexere, parthenopeũq; regnũ nobis cessere. Quid inde sperari potest. Si iratae mentes persistent nisi aut tui, aut hispani principatus immo & totius xp̃iani imperij excidiũ: Nã dũ tua magnanimitas vltionẽ sitit Ferdinãdus rem quęsitã tueri cõtẽdit, si iterũ in furias ignes sanguinẽ vim arma crudelius eatur sani ingenij nemo est qui apertis oculis imminẽtẽ xp̃ianae reipublicae procellam nõ perspiciat, sic gręciae vrbes (dũ singulę imperiũ vẽdicare certant) libertatem nedum imperiũ amisere, sic macedonicus scissus principatus euanuit, sic reduces a troia pugna horoes periere, sic ergo hoc tuũ foelix regnum hispanũq; fraternis vulneribus sese cõficient perdẽt obruẽt interimẽt, vt mox accurrẽs perfidus xp̃iani nominis hostis (q tanq̃ leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret) confectis aut falcẽ eneruatis vindicibus populis) decus xp̃ianum deleat. Dij potius iras infensaq; corda in melius vertãt dentq; optatã nostris tẽporibus pacẽ. Quod vix sine coelesti numine fieri põt. Cũ regia celsitudo tua id exposcat, qđꝰ ferdinãdus tantis partũ sudoribus nullo pacto restituere velit. Certe raptas sabini repetebãt, quas amãtes romulidae (nisi prius ceruicibus rescissis, exhausto quiritũ sanguine, vrbeq; demollita) relinquere negabãt. Et quid illis irritatius aut his furiosius exquiri potuit. Ipse tamẽ raptae violatae/parẽtibusq; auulsę/vincula sempiterni amoris inter vtrosq; armatos/& in ipso cõflictu, iuenere sic & vobis q̃rẽda est pax, sic iiurię remittẽdę, sic & simultates sopiẽdę, vt & illę qđ cõtumacit amat obtieat, & tua sublimitas ęq̃ ac si apud se esset illũ potiri gestiat. Vix possibile id iges,

imo facile/vtile decorūq;/fatebere. Si em̄ ingenita ē principibus cū diis immortalibus cōis clementia hacq; sola ceteros mortales p̄cellūt. Quid facilius quā innata virtute vsos iniuriarūq; oblitos in vnanimē mentē coire. Si quā anxiæ quātoq; ingētiū exercituū dispendio (qui auspicatius in bizantinos hierosolymitanosq; tyrānos militarēt) parthenopea corona a tuis liliis tota Italia discreta tuo iuri (Si restituatur) seruanda tuendaq; sit equanimiter cōsideres. Vtilius eā germanę fuxię consanguineę dotalem ea conditione (si nulla stirpe superstite decedat) ad te rediturā largeris illamq; Ferdinando regi connubio iūges stabili propriamq; dicabis sic em̄ tuis nutibus res neapolitana regetur, & affinem amicūq; regem potentissimū haud dedignādū acquires. Quo nil ornatius magisue decorū regio tuo apici accedere potest. Nā & regnū quod vix marte redderetur dotale sanguini tuo efficitur tuis legibus/nullo freno/nulla impēsa/ nullis pręsidiis onustū/ p̄petuo parebit, quid optarius tuę serenitati efferre potuit Ferdinandus. Nudam vxorem tuo stemmati regiisq; virtutibus decoram exposcit, quā nō suis sed tuis aut saltē cōibus nepotibus amplissimo regno tot sudoribus q̄sito dotat, te patrem te dominū, te ducem rerumq; suarū principem amplectitur. Extingue igitur (si quę supsunt) odiorū flāmulas. Vnice animos irāq; tuā qui cętera vincis, benignū amici regis animū suscipe, optatā sponsā largire, iam spera suauissimos nepotes, qui tibi perpetuo seruiant obsequātur quosq; & pater æneas & auunculus excitet hector. Et tandē regna opes amicos ferdinandi tuo numini adscribe deuince, mouit Ludouici animū blandior hispani oratio. Annuit sponsam per singulas galliarum vrbes hispaniarum reginam venerari decernit pacis conditiones laudat. Oratores amplissimis muneribus cumulat & foedus (quod sanctissimum sperabat) iureiurando firmat plaerisq; dedignantibus omnia ad hispanos austriosq; transire, inultos francorum manes recenti sanguine

Germana fuxia hispano nubit.

respersos ipareṫatos / russillioneis parthenopeisq; finibus vagari, nuptã frãcorũ funeribus dotatã (si vnicus frater fuxius comes occidat) amplã eius successionẽ ad hostes deuoluturã, quæ & si prole carẽs diẽ claudat. Quis putet hispanũ, quæ semel quæsierit firmisq; (dũ ꝑ pacis quietẽ licet) roborauerit & ꝓsidijs & pugnaculis sine ancipiti marte restiturũ. Cuius auara ambiciosaq; mẽs nec dum satia Claudiã Ludouici vnigenitã Carolo austrio nepoti nupturã insubrũ britonũq; principatus cũ bona regni parte secũ tracturã sperat hinc elatiori Austrio auitas clades vlturo in francorũ ruynã cõspirandi materiã nasci male reipublicæ cõsultũ dũ iura ad hostes migrant & regni integritas scinditur dũ robur minuitur quo illorũ vires crescant. Dũ deniq; cõsanguinitates aut affinitates cõtrahũtur nõ amicitias sed belli causas pariturae. Hinc muliebribus titulis anglus austriũq; francos burgũdosq; fasces expetere. hinc roussilionẽ restitutũ liberas hispano in frãcos crassandi habenas laxasse regias virgines tutius suis q̃ exterius nubere non placere nuptias quę regium dyadema deflorent. Quo hostiũ frontes regijs floribus adornentur Hic primo sensum tẽtãtiũ animos sermo per vniuersam galliã est datus, scindit incertũ studia in cõtraria vulgus. Potissima tñ ꝓualuit sentẽtia q̃ oratores singulis ex vrbibus ad Ludouicũ mittendos censuit qui generũ austriũ dissuadeant, & Frãciscũ valesiũ preferri, Claudiæ connubijs supplicẽt electi igitur e ciuitatũ primoribus legati turonos vbi Ludouicus agebat ꝓficiscũtur. Et ad regẽ admissi lutecianũ oratorẽ publico oræ hæc faci iubent. Ea fides cultus feruor pietas zelus & deuotio populorũ (q̃b⁹ tuæ numẽ clementię imperat rex christianissime erga maiestatẽ tuã esse debent, vt quicquid illi aut noxium, aut sinistrum cõparerint suspicãtur ne mox fideliter apperiant ne eorum taciturnitas latentem nutriat conspirationum aspidẽ, nam qui summo regni discrimine aut dissimulãt, aut segniter agunt in perfidiæ notã facile colabũtur. Qđ

Oratores a singulis gallię vrbib⁹ ad ludouicum destinant.

Orõ ad ludouicũ ꝑ lutecianũ oratorem publico noie hita.

& si curandum eis sit: ne quid temere ad serenitatis tuae sydus deferant: vbi tamen rei ambiguitas iudicij certam fallit stateram: aut diutius deliberandi spaciũ negat: vt cũq; sit diuinitatis tuae oraculũ consulendũ est: quo aut iminẽtis periculi leuetur anxietas aut prudenti consilio hostilibus insidijs obuiam eatur: haec mens hoc studium vniuersos lilicolas animos mouere/concussere/imo & terruere nũc maxie cũ & tuo culmini casses tenduntur: & gallico orbi paraẽ excidiũ. Quid obstupescis aut hesitas: acsi athlãteã corruisse sarcinã conspiceres: qui tam firmo obice omnem regni tui aditũ praeclusisse credis: vt facili⁹ gigãteis manib⁹ coelũ subuertẽdũ metuas. Pacata quippe omniũ Italia isubres liguresq; tibi vni parẽt. Omis gallia scabellũ pedũ tuorũ est. Perpetu⁹ oli hostis angl⁹ fraternisat. hispanus vxorijs auct⁹ titulis se affinem non modo gessit, sed sibi cõem cũ Caesare nepotẽ generũ tibi offert: quid iam timendũ, quid expauescendũ quid ve suspicandũ est: tã potenti obsequentique principatui: tot praesidijs stabilito: tot tantisq; federib⁹ societatib⁹ ac affinitatibus firmato in tanta pacis quiete Proh dij imortales: tã potẽs iperiũ inuisum ab eterno fuit: tot p̃sidia oneri quã frugi, federib⁹ apud periuros nil fragili⁹: itemeratam societatem/vix maiestas patitur. resarcitis amicitijs exigua fides: tuta ergo (quae nil nisi respirandi lineas hosti praebeat) erit haec pacis quies, O venenum, O cerbereum achonita: quis (vt hoc tuum foelix imperium mortale redderet) lerueum virus miscuit hostilitas/quis propinauit. Simulatis palliata beneuolentijs p̃fidia: quis circeos potus libauit & contabuit: credula Simplicitas: Philippus nẽpe austri⁹ paterno maternoq; stipite hostis mortiferã hanc pacẽ (cũ filiũ tibi generũ iurauit) quo tuti⁹ hispanos peteret/thesiphonea primũ sanię respersit rediens ab hispanis adeo mellitam propinauit, vt & mistos ferdinandi dolos simul ebiberis. Eo. N. momento quo succaream pacem laudas, propinantiq; plus ęquo credis: latentem sub melle

amaram illius nemorsij ducis ingentemq; tuorum cladē incautus hausisti: cor tuum nobile protinus impetijs acerba lecifera q; amaritudo: quam tamen forti pectore: inuictoq; animo sustinuisti, & in authorem illam euomere tentasti vulturus nāq; violatā deoꝝ hoīmq; fidē: ac iiuriā bipertitis copijs, hostē īpedi iussisti nō poterat gemīa tui martis fulmina viribus propellere: quę tamen solita fraude extinxit. Referrem me hercule quibus ille artibus francam virtutem parthenopeis russilioneisq; finibus turpiter fregerit: sed quis talia fando tēperet a lachrymis. Vnū heu & etiam victos solabatur tali scilicet virtute hostem vicisse: vt & victoriā suā ꝑtesum puduerit: sed proh iuppiter & hanc quoq; verecundiā (dū illi fuxię nuptias minime remis) nostra iactura redemit vxorijsq; titulis texit O deleta sit culpa, franci īpugne occiderit: & vmbra nemorsus erret inulta. Parthenopeis hispanisq; vxori⁹ Rex tute īperet, firmę ab hic sint federa, nec fortiori nexu vinciatur, aut iureiurando feriantur. Quid adhuc expetit q̄d ve optati⁹ cupit, aut cupidius optat Gener (quo sępissime prudētiam tuā lusit) tibi procurat. Venenū iter porrigit & excussum silicib⁹ aureo vellere superbis ignem in hanc regiā tuā pat: nullę mediussfidius ardentiores flāme nulla dirior pestis nullus violentior hostis i ītegrū īperium quam seditio excogitari pn̄t. Et quid nisi apertā seditionem molitur hostis: filiam tam expetit, (quo si regina mater occidat) Britanniae principatum a tuis lilijs euellat: aut (si inter coelicolas reciperis) Mediolanensis ducatus cū maxīa regni parte regiaq; suppellectile externo hostiliq; genero cedat. Quod si ambo hętereas sedes scanditis: nonne vtraque scepra illi relinquitis. Cui & ferdinandus & maximilianus post Philippum latissima imperia conseruant. Quiq; vxorio numine tantis auct⁹ imperij: hanc etiam foelicem coronam vendicare contendat. Aureaq; lilia eradicaturus conculcaturusq; sit. At sperat ex anna angusta filium qui nobis imperet: dijt dent:

filio ne seditiosum sororiũ paras qui tuę hereditatis amplissimam portionem armis a filio petat. Nonne tutius lilligero principi filię nubet/qui & filio tuo obsequatur: et quam reportabit dotem in eis patriaeque auxilium totam profundat. Quiimmo (si infantem filium superstitem habueritis) nonne auspicatius apud sororem in patria quam apud externũ (qui iugurtino ingenio eius tutelã ambiat) educabitur. At si non sit filius Nonne dulcius superillustri Francisco Vallesiorum principi (cui regiĳ post clementiam tuam fasces debentur) Claudia tua vxor erit optimis titulis in patria regnatura quam (si alio nubat) bellorum matricem in penates patrios delatura vnitatemque tuorum liliorum scissura. Certe Rex serenissime, nemo est sani ingeniĳ (qui suauius apud suos pacifero nexu victuram quam alienigenis imperantem bellique fomenta ferentem Iasoneam fidem) cuius insigni ille gener gloriatur (suo malo experturam) luce clarius non perspiciat vix. N. ab infirma radice sinceritatis fructus venire potest: scit sublimitas tua (vt iam commemorauimus) quod te dolis illius parentes regiam fidem tuam fefellerint, ne spera a vulpibus agnum procreari: mitia non solita est quercus, producere poma: nunquam palladia glandis nutritur oliua. A tuis autem liliis quid (nisi puram integritatem innocentemque fidei candorem) expectare potes: confere igitur lilium lilio: fidem fidei: puritatem rectitudini, Et generum Franciscum amplectere quo nil ornatius, nil nobilius, nil iucundius: nil optatius: nil auspicatius aut fortunatius vniuersę reipublicę tuę exquiri potest. Aspice quantę p̃cor maiestas fronte coruscat: quam lęnis blandos ornet clementię ocellos: quantaq; florescat iuuenili pectore virtus, crede mihi nec vana fides genus esse deorũ, cuius illustri numine maiestati tuę foelicitas hostibus confugio filię fidelis amor: & patria tua aurea illa aetas orientur, vix tenuit

lachrimas in intima cordis letícia Ludouicus cũ singula erga se vidit suorũ deuotionẽ, & vt erat alter publicola benigno vultu his verbis respondit nulla dies nec letícíe vnde oblitterabũt viri optimi populorum meorum hoc integerrimi amoris pignus: qui tã prudẽti sollicitudie: solũ nostri robur eternitatẽq; ꝓcurãt: meq; nõ modo sed & vnigenitã Claudiã tãta veneratiõe obseruãt: & ex colũt ĩdignũ ꝓfecto esse vos tã amata pricipe ꝑ iiuriam priuari: aut externum ei⁹ cõnubijs Frãcisco valesio (quo nil mihi sperat⁹ est) ꝓferri: quas igit̃ optatis nuptias gestiẽti pectore accipite: curateq; & publica letícia quantũ ꝑ filie etatẽ licet initietur. Hec vbi rex fact⁹ est: cuncti gratias agunt. Sponsalis dies dominice ascensionis indicit̃ quo Franciscus Claudiam in futuram coniugem vniuerse applausũ gallie accepit. Tunc mea sententia fœlicius astrum arrisit nostris / quo sinistro iubare externis noceret Philippus nanque austrius qui vxorium castelle regnum Socru mortua vendicaturus petierat apud hispanos veneno (vt aliqui asseuerant) vitam obijt mẽse septembrio M.v. ac sexto dñice pietatis anno: visum suspicor dijs (ne initas ĩ deorũ stirpẽ ꝓpagnãdã nuptias turbaret) potius sydero sceptro illũ donare quã terreno. At iulius pontifex maxim⁹ (ne ĩfestũ quidpiã festi ociosiq; gallie dies sue sedi ꝓcrearẽt verit⁹) negociũ exhibuit: siue dolis (dum liberior mens oẽm suspicionẽ posuisset) patentiorẽ rat⁹ litteras ad Ludouicũ dedit benemerita xp̃ianissimorũ regum erga romanã ecclesiã cõmemorat: qui non solum a lõbarda rabie illã liberarit / sed ĩgẽtibus dominijs ditauerint inuictissimiq; ecclesiastricæ libertatis vindices semper fuerit Eum (qui ab pientissimo stipite ductus sit) decere, & sceptra, & anitos mores referre non posse (qui se primogenitum xp̃iane religionis profitetur (siue dedecore maternã ferre iniuriam: precipuos illius thalamos eam quæ ab vbertate pinguis dicitur bononiã bentiuolũ adulterare incubare. In mentẽ iam veniat diram luem vlcisci: ꝓpter

Ludouic⁹ oratorib⁹ rñdet.

Sponsalis dies frãcisci & claudie ludouici prio gẽiti celebratur.

Philipp⁹ austri⁹ castellæ rex moritur.

Lrẽ põtificis ad ludouicum

victricibus armis almę genitrici opem ferre, ne degener videatur/& auito idignus dyademate merito censeatur. Vix hasce perlegerat literas Ludouicus, charolo Ambasio qui cisalpinę vicarius Gallię erat euestigio scribit copias quae illic praesidio erant contrahat pontificique protinus auxiliaris adsit. Paret Ambasius in bononiensem agrum exercitum propere ducit/inuadit/incendit, & hostili marte incursitat, nec mora. Ecce & Iulius ingenti tũ cardinalium tum militum agmine cinctus adfuit & totis animis (si ficti non erant) venientem Ambasium excepit mistis viribus in bononiam itur. Obsidetur vrbs Bentiuoli pulsi i communem (etiam hosti) azillum galliã profugiunt: vt eranuere prona ciuitas in pontificis nut⁹ deditur. Interea genuenses seu ingenita vanitate ducti: seu (vt pleriq; ferunt) pontificis suggestione (qui & classem in ligustico mari detinebat crebrissime pulsat) a ludouico defficiunt & ludouici pręsidium excutiunt. Nobiles & clarissimos quosq; viros proscribunt ducẽ paulũ nouũ lanarũ ifectorẽ nouũq; oĩno hoĩem sibi pręficiũt classem numerosam parant perq; ligusticũ mare vadẽtes monarchi & stationẽ & arcẽ obsident. Id phama an exactorũ ꝓscriptorũ obsessorũq; q̃stus ad ludouicũ prius detulerit incertũ est. Ego certati a lesis quã celerius potuerint nunciatam iniuriam reor vbi tristẽ accepit nuncium ludouicus terra mariq; quantas vnq̃ antea parat copias quib⁹ sese i peratorẽ ꝓbuit/transactisq; alpib⁹ i liguriã mouit. Pręcluserant iuga iuiasq; montiũ angustias validis propugnaculis genuenses: sed quid: apollini glacialem massam opposuerant. Nã (vbi nostri aduentauere) peditum mun⁹ superuacuam timidis defensoribus molẽ (ingenti tamẽ hostium clade) expugnauit. Pernix nuncius dirũ facinus pauefactę vrbi detulit vndiq; metus & similia mortis ymago (ac vt in iam capta vrbe) sontes excruciat coit senatus pars nauibus conscensis migrandum censent: pars Mediolanenses & si pertinacissime rebellarent clemen-

Carolus Aubaxi⁹ auxiliaris põtifici i bẽtiuolũ mittitur.

Bononia gallorum ope põtifici dedit.

Genuẽses ludouico deficiunt.

ludouic⁹ i genuẽses.

Genuẽses vicũtur.

tiam optio in principe probasse prædicant: esse & eis pe-
nitentibus sperandum: qui demulceant iratis regis ani-
mũ mittendo esse oratores. Hæc sola placuit desolatis sen
tentia e clarioribus (si qui tumultuaria in plebe erant) eli-
guntur. Qui nil segniter agendũ rati ad regem citissimis
ęquis venere ad solium eius oblati prostratique propriã
perfidiam accusant: temerarios ausus dãnant: maiestatis
sese reos fatentur, sed nisi peccassent nulla exercendæ re-
gię clementiæ occasio patuisset. Mestis penitentibus & vi
ctis det veniã & vrbẽ (quæ quodlibet regij culminis ipe-
riũ ad hunc pronis animis subitura sit) illesã seruare &
placato numine visere confirmareque dignetur / gemen
tes supplicant Seuero supercilio oratores audijt Ludoui-
cus: largos tñ solitę humanitatis riuos cohibere non potu
it quin paululũ explosa ligustica vanitate exibilataq; vul
gi pertinacia: vrbi pepercerit A victis ingenti applausu
(innumera tñ armatorũ militũ acie cinctus) intra mœnia
recipitur: cui Paulus ille nouus ducaliũ titulorũ temerari-
us assertor (dũ cymba timid⁹ effugere tentat a regia clas-
se interceptus) offertur: maiestatis reus capitalẽ sententiã
subijt: victis liguribus Ludouicus per insubriã gallias re-
petijt tunc primũ quietem sperare ausus: sed dũ iani ædẽ
claudere tentat: Iulius pontifex (aut patriam gallo regi
seruire ęgre ferens: aut innata inquietudine tractus) claues
(quas in eos vsus sibi creditas minime putem) ad immit-
tendas orbi christiano Eumenides conuertit. Suis nem-
pe litteris Maximilianum ludouicũ Ferdinandũ ipsamq;
Margaritam austriam (quæ Caroli austrij ex fratre nepo-
tis tutelam gerebat) pulsat quo vnitis animis nexi in cõ-
munes principum christianiq; nominis hostes Venetos
arma capessant. Prima pontificis vaffram mentem mar-
garita perspexit: latẽtẽque in verborum flosculis colubrũ
fouere ausa est. Nouit enĩ eo consilio Iuliũ in Venetos
bellum suadere: quo (& quas ecclesię attinentes vrbes oc

Gegnuensiũ legati ad ludouicum.

ludouici clemẽtia i genueñ.

Iulij põtificis astucia.

cuparant Veneti) gallorũ ope reciperet & desertũ Venetorum auxilijs Ludouicũ (cõciliata mox sibi eorũ amicitia) ab italia facilius pelleret. Quin etiã & pontificis ingenium viraginis spes excessit q̃ ex Ludouici venetorũq; dissidia vtriusq; victoriam Maximiliano patri sperare nil verita est. Erectis igit animis mulier colũ arripit, quo inquit funestiq; fœderis inexplicabilẽ glomum neuit. Mox adrianẽ speciẽ personata, Ludouico scribit se ab incunabulis francorũ regiã coluisse a qua si euulsa fuit Maximiliani a Venetis male consulti culpa fuit se adhuc eo instituto viuere vt si aliquando iratũ causam præbuerit æterni fœderis monimentum iam sit allatura Venetos dedaleum labyrinthum struxisse quo discordiæ minothaurũ regalibus animis perpetuam luem enutriunt. Concordiæ stamen apud se habere quod vestigia per Venetas fraudes nullo errore ducat, Bene consultum christianę reipublicæ si in Venetorum excidium reges conspirent, quod (vt decentius tutiusq; fiat) se cameracum venturã vbi (si regius id animus annuerit) eius maiestatis legatos conuenire fas sit. Properandum esse eius prudentiæ vt eos viros ad se deleget qui rem tam vtilem & arduã sanctissimis fœderibus firment. Oblatas literas Ludouicus vbi legit extemplo Georgiũ Ambaxium cameracũ ire iubet, Regijs votis obsequitur cameracum magna procerum aulicorumq; ac prælatorũ corona septus aduenit vbi a Margarita festiuo applausu accipitur. Quid plura tam belle, tam blande, tam suauiter, tam deniq; caute eũ irretit fœmineis ambagibus nihil illi abnuerit. Coniurãt igitur illa Maximiliani Ferdinandiq; ac Caroli nepotis verbis. Hic vero iulij (cuius legatus erat) ac Ludouici in Venetorum perniciem in quos communi marte eundũ decretum est. Rebus infœliciq; fœdere sic compositis ad Ludouicum Ambaxius redijt. Nil moram dum censuit Ludouicus ingentes conflat copias quas insubriam preeuntes pone sequutus est. Sperabat coniuratos idem

Magarita austria ad Ludoucũ scribit.

Cameraci fœdus & i venetos cõspiratio

facturos sed rem dissimulātes omnē belli sarcinā in eū de
deposuere. Omnis.n.eorū cura fuit nō aperto bello sed in
cursionib⁹ Venetos lacessere (vt dū Ludouicus dimicat)
q̄ sua esse quisq; p̄tendebat reciperēt eum mox pugna fra
ctiorē inuasuri qui id parū caute animaduertēs in hostem
signa explicat. Ductoq; exercitu & ad abduā pōte facto
flumē superauit moxq; pontē (ne vlla fugę spes suis esset)
obrui iussit. Duo Veneti exercitus erāt duces, comes Pe
tilianus & Bartholomeus aluianus ille impediēdū regi flu
minis transitum ducebat. Hic vero potius virtute q̄ arte
hostem superandū, dū deliberant mirant Ludouicum flu
men iam transiluisse. Capto igit consilio exercitū leui in
cessu reducūt, eos persequitur Ludouicus tripartito ag-
mine. Ventum erat in locū (cui aguadello nomē est) non
longe a Pescheriæ oppido vbi tumulus erectior natura
quasi munitis erat hunc Veneti occupant & castra valla
re tentant, sed ludouicus collatis signis maturius q̄ crede
rent pugnā expetit & aggredit aluianus (vbi nec respirā
di hora datur) milite cōposito aciē expedit illi & loci com
moditas & ingētiores copiæ victoriā polliceri videbant
sed inuia virtuti nulla est via nec regiis animis inexpu-
gnabilis locus esse potest. Diu incerto marte pugnat Al-
uianus ferox suos cōcitat cursitat hostē lacessit. Mox mi-
les mox imperator nullas strennui viri partes ab se deside
rari sinit, nec minus egregie in hostes fertur Ludouicus
borbonio reliquisq; sui sanguineis procerib⁹ acerrime pu
gnantibus pertinaciter hostes se defendūt. Pertinacius no
stri oppugnāt tandē aluianus (vbi suos iam fere cessuros
videt) vah inqt milites, sic nec Italiæ libertas vestris dex
tris protegitur. Et furibundus inter cōfertissimos hostes
sese torquet vbi magna virtute dimicans sancius capitur
& in regia castra deducitur. At petilianus vbi collegam
vinctum audijt non illū vlcisci tentauit, sed fugā vecors
arripuit in fugam & cum duce milites vertuntur nostri
fugiētes persequunt/trucidant/obruūt/dissipant. Ea pu-

gna hostiũ quindecim milia cesa ducẽtis e nostris desideratis. Victoris ludouici in potestatẽ venere Brixia Bergomum Crema cremona cui & Patauini sæse dedidere fidelis tñ rex quia Cæsare iuris erant Maximiliano eos reddidit, cui Vincentia Verona & reliquæ quas veneti occuparant eius imperij vrbes cessere. Iulius fauentiã Imolam forliuiũ aliasq; ecclesiasticæ ditionis ciuitates excepit Ferdinandus Brundusiũ tarentũq; inuasit, Patauini tñ eiecto Maximiliani præsidio ab eo defecere in quos mouit Maximilianus vrbemq; obsedit. Cui auxiliares copias duce Pallicia Ludouicus misit. At ille (etsi in manus iamiã vẽtura ciuitas videret) obsidione soluta sese in germaniam inglorius proripuit, ecõtra reduci Ludouico Mediolanenses illustrẽ parauere triumphũ deauratũq; romanorũ instar currũ obtulere, sed vt in recusandis honoribus se gereret, quãtũ in emerẽdis egerat, deo optimo maximo nõ sibi gloriã deberi, ptestatus currũ triũphalesq; laureas modestissime detrectauit coelitibusq; dicauit. Dehinc humanissime habitis insubrib⁹ Sauonam petrexit vbi ad se venientem cum vxore ferdinãdũ regio fastu excepit inter reges iterũ firmatũ est foedus. Nõ suę mactata, sed sacrosancta christi saluatoris hostia solẽnibus cerimonijs libata. Illinc quãtus a Nemæa alcides silua tumidi leodis onust⁹ spolijs in patriã redijt ludouicus quẽ gestiẽs/applaudens/exultans/iubilãs/extollẽs/ois eũ gallia exceperit salutauerit hystoriæ fidẽ excedit, sed dũ sanctis martyrib⁹ Dionysiano in tẽplo leonina trophea spoliaq; lętior offert inuictũq; leonẽ domuisse a blãdiẽtibus aulicis prædicatur. Sensit adriatico e sinu leruea crudiorẽ hydram seruire q̃ vulneribus foecundior geminas in ceruices pullulasceret. Quippe veneti quos ad extremum fractos quilibet iurasset, pontifici Iulio (vt ante cogitatione pinxerat) recõciliati ab eo obtinuere vt cõmuni marte ludouicum maximilianũq; impeterẽt. Paratis igitur raptim copijs pontifex mirandulam veneti mutinam occupant: nec sedata

Veneti a ludouico vincunt:

Ludouici fidelitas.

Quæ vrbes cuilibet cõspiratorum cesserint.

Maximiliani cęsaris ignauia.

Ludouici modestia

Ludouici & ferdinãdi ad Sauonã colloquiũ & foedus.

Veneti pontifici Iulio cōciliantur.

est pontificis sanguinea sitis quin & in ferrariæ ducē Ludouici amicū irruere. Indoluit ludouicus nec ferendā Iulij impietatē duxit, attamē ne vllas veri ecclesiæ filij partes omitteret literas ad illū dat. Se mirari cur tā varie ageret cur p̄ter fœderis cōditiones nō modo venetos (quos prius abhorrbat) ecclesiæ restituisset, sed in amicitiā recepisset, & in se fœderisq; socios suppetias tulisset. Quin etiā & in ferrariæ principē fœderi cōscriptū arma inimica mouisset nō decere pontificē fidei date tam exiguā habere rationem & indicta causa optimos filios dānare si iniurium quicq̄ in ecclesiā cōmiserit ferrarius ad socios referēdum esse nō ad inimicos se amicū filiū optime de apostolica sede meritū (vt qui nec bentiuolis pepcerit) æquiorē iudicem esse q̄ censeri debeāt veneti religionis hostes ab eius sede indicati. Caueat ne dū sanguineas manus in pios filios armat Iouē irritet / qui saturnias furias miæ passurus sit, qua frōte quibus oculis / quoue stomacho hasce legerit literas Iulius tragico boatu q̄ hystorica modestia apti⁹ exploderet. Infremuit em̄ nubila frōte toruis oculis hyrto supercilio pectoreq; ad nauseā spirante p legit intumescēs frendens rugiēs, & romæ inq̄t azilū est & in latio tute delituit Saturnus, Anne decet patrē filij iudiciū subire, Nū poti⁹ in dubiā imperij aut seruicij aleā eundū. His di ctis sese a cōspectu ei⁹ qui literas tulerat summouit ambiguū celer ad ludouicum nūcius verbū & ancipitē pontificis mentē retulit. Turbaē excandescit asperāq; vindictā concipit Ludouicus quam lenire potuisset Georgius ambasius pontificiæ regiæq; amicitiæ studiosior ni ad emeritos cœlos vocatus superos p virtutum pontē (quem viuens astruxerat) petijsset orbatus vnico achate Ludouicus ad Carolū Ambaxium scribit insubrios exercit⁹ pōtifici venetisq; obiciat ferrrarium defendat & illatam iniuriam vlciscaē. Ecce his Ambaxius quo duce Iulius Bononiam subiugarat in Iulium fertur mutinam mirandulamq; expugnat. Sed dum aut armis aut sanioribus mo-

Ludouic⁹ ad pōtificē scribit.

Ambaxi⁹ cardnialis moritur.

nitis pontificē a pertinacia reuocare tentat aegra valitudine corripitur & foelicē spiritū ad aethereos triūphos efflauit, quod vbi Ludouico nunciatū est, ne tam strennui ducis mors hostium animos augeret Gastonem fuxium sibi attinentem Nemorensi principatu donatum proregem. Ad insubres misit qui receptis Ambaxii exercitibus in pontificem accingitur. Ille territus non solum arma terrestria parat, sed pontificias imprecationes anathemataque fulminat. Ecce quem nullae humanae vires hactenus obtuderant Ludouici animū religionis malleus pene contriuit quod vt dubiae mentis scrupulū deponeret praesules galliae turonis conuenire mandat. Congesti patres (vbi pleraque & de religione & de pōtificis impietate disputarunt) lugdunū migrāt ibi christiani orbis synodū a pōtifice expetendā quā (si abnueret) a sanioribus patribus in vniuersū intimādā vt ecclesiastici corporis lāguoribus salubrius mederi mores corrigi & pax īquietis animis īmitti posset, & (si qd in terra violētū pōtifex audeat) armis iniuriā ꝓpellēdā vnanimes decernūt. Hanc patrū sentētiā ludouicus maximiliano ferdinādoque innotescere curat, ille opinionē laudat hic vero iudiciū solito ingenio vt dubius differt cū cūctatur maximiliani ludouicique oratores Iulio p̄ces ecclesię offerūt, qui vbi in caput suū parari censurā videt oratoribus nil respōdet illorūque principē Auxitaneñ. cardinalē īmole adriani sub custodia mancipat. Mox ad ferdinandū scribit, iam patere Ludouici mētē quae nil nisi Italiae fasces ambiat synodū ea ratione expetere vt (exacto a sede romana ferdinādi amico pontifice) in parthenopē via pateat iāiā extinguendū publicum hostē qui & venetis q̄ pri⁹ dederat auferre nix⁹ sit, & idē in amicū regē moliat nullā illi esse fidē seruandā q nec ab ecclesia abstineat, nūc nūc opus esse vt catholicum ecclesiae filiū & presidē exhibeat totisque viribus matris iniuriā propellat. Minimi edepol negocii fuit procliuū ad ferendas zizanias Ferdinandū dimouere. Lectis igitur literis

Carolus Ambaxius morit. Gasto fuxi⁹ prorex creatur.

Consiliū turonis celebrat.

Cardinalis Auxitaneñ. a Iulio ī carcerē mittitur.

Iulius ad ferdinandū scribit

ingentē quae Neapolitano regno presidio erat militū cō
geriem ad Iuliū ꝓperare iubet. Idē & Veneti peragunt
verum Iulius (ne dum auxilia expectat interea hostis in
Heluetij insubriā inuadūt. eum irrueret) ingēti auro heluetios solicitat quo Mediola
nensem agrum hostili manu inuadant quod obtinuit. Se
dunensi praesule (qui inter heluetios magni habebatur)
ordini cardinaliū adscripto, irruunt heluetij in quos pri-
Baro cōtinus occiditur. mus exiguum militū agmen Baro Contynus eques ma
gni animi fertur & supra hominē pugnās occiditur. At
fuxius prorex hostes auro impulsos auro facile se repulsu
rum indicans aureorū scutorū molem illis obiecit. Au-
reo splendore execati abscessere, eorū tamē aduētu erecti
Brixia diripitur. Brixienses Bergoniēsesq; a Ludouico ad venetos defece-
rant. In quos fuxius excussis heluetijs inexpectatus copi-
as cōuertit. Per q; arcē brixiensem a suis (qui alacri praesi-
dio/eā defenderant) exceptus vrbe infestis animis ingre
ditur. Territi subito casu Veneti milites & ciues passim
cedūtur vrbsq; perfida a nostris diripitur. Ab his signa in
Bononia capitur a nostris. Bononienses mouit fuxius, nec hyeme territus Bononiā
obsedit Iuliūq; in fugā vertit. Preerat cardinalis papiēsis
legatus bononiensibus qui eo expulso fuxiū susceperunt
Cardinalis Papiēsis occidit At cardinalis ad Iulium profugiens a Ioan. Frācisco Ru-
uero quem Vrbini ducē & vrbis praefectum Iulius con
stituerat ante pontificias aedes obtruncatur. Eo facto plerī
q; cardinalium pauefacti aut Iulij mores perosi diffugi-
Consiliū Pisanū. unt. Pisisq; consilium authoribus Maximiliano ac Ludo
uico vocant, concurrunt toto orbe patres citandūq; Iu-
liū decernunt. Citatus venire recusat & scelerū sibi con-
In Iuliū. scius culpā armis defendere statuit. Heu heu quo abijt pri
sca illa pontificū romanorū sanctitas quo insons cōscien-
tia qui principū minas floccifaciētes nō armis sed virtutū
radijs ecclesiā fundauere cōsiliaq; nō effugientes sed cele-
brantes obiecta in se crimina pleno ecclesiasticę matris se
natu diluere. Ecce iulius qui pastor ouiū credit, ouiū vocē
nō audit, sed misellas obtrūcat quiq; illis pacē ꝓprio sangui

guine mercari debuerat. Inquietem illis imprecatur Auctus enim & hyspanis & veneris auxiliis non lachrymas cum Ambrosio, sed arma cum Iuliano a quo natiuum nomen nactus fuerat in filios ecclesiamque explicat. Ab eius impetu nil ibi tutum patres rati mediolanum migrant, & pontifici fuxium obuiam ire iubent. Castra ad rauennam fixerant Iuliani milites ingentique vallo aggeribus ac profundissimis fossis munierant. Illuc vbi applicuit fuxius crebris incursionibus hostem ad pugnam prouocat, sed castris clausus belli copiam abnegat cunctantem pane factum territum ac vecordem, nostri existimant irruendum esse in castra (quibus nec tute latere hostis discat) vnanimes exclamant, Illum a Rauennatibus commeatu iuuari se famescere nescire tam propinquum inimicum & vrgentem inediam ferre cum mora illi prosit, sibi noceat sibi ducem esse qui vel proserpinam Cerberumque ab inferis extorquere ausit. Audentem non sequi ignauum esse & perfidiae specimen / hic sermo tam increbuit vt ad fuxium delatus stimulum magnanimo eius pectori addiderit. Solennis dominicae resurrectionis dies illuxerat. Haud segnis fuxius sacris pascalibus de more expletis aciem instruit. Perque cunctos ordines cursitans milites ad pugnam hortatur & cauentibus signis martem capessere obsecrat at nec tunc hostis in campum prodiit, sed sese claustris obserans animorum virtutem, non modo sed & vix ipsi penetrandos Herculi anfractus opponit. Haud aliter infremuit fuxius quam circum alta pecudum stabula famelicus rugit leo. An ne (inquit milites inanes fossulae tumidi) ne quicquam aggeres. Aut inermes pali hostem vobis eripient quos nec penitiores ticini aut abduae aluei / nec aerea alpium iuga / nec pergameis cinctae moenibus Italiae vrbes hactenus terruere. Ecce extremus labor suprema vis vltimaque spes hostium qui viribus diffisi / virtute desperantes / ad dolos, latebras difficilesque laberinthos / confugiunt. Nunc animis nunc virtute nunc illis victricibus armis opus est

Oratio fuxii ad milites

O milites quibus & ligusticas arpias/insubriũ colubrum Venetumq; leonem fregistis. Ecce hyberię vulpes supersunt / quæ tot tantisq; iniurijs gallicum nomen affecere, ecquis tam vecordis animi erit qui errantes parthenopeis russilloneisq; finibus parentum amicorũq; manes inultos patiatur. Quis ducis illius nemorsij (cuius me hæredem regia fecit liberalitas) crudele excidium non vindicet vbi & sua arte clausus hostis omnem fuge viam sibi interdixit. Proprijsq; irretitus est cassibus. Concurrite O comites solido robore obruite, infringite perdite rumpite, fulminate, fœmineos fornices, aut vulpinos cuniculos. Quis em̄ hoc virile credat munimentum vbi ignauibus septis quam fortibus armis plus spei inest. Et si virorum est, maior hinc erit gloria & viros & virorum ꝓpugnacula vicisse aut si moriendum est. Quæ beatior mors optari potest quam (dum nec hostis vires nec artes timētur) pro patria occubuisse. Vincamus igitur fortes, obteramus munitos, aut moriamur, & in media arma ruamus. Hæc fatus peditum acies (quibus duo flumina belli molardus ac Iacob ille gallicæ hic germanicæ ductores erant) Bipartito agmine congredi iubet medias autem bellicas machinas disponit ipse vero primus inter omneis nil non Cęsareum, nil non diuinum sublime augustum ingens excelsum exhibet. Tantus tormentorum fragor, tantus tubarum clangor, subitus exoritur vt stelliferam corruere molem pertinacius iurasses. Nam & hostis letalia fulmina eiaculat/& ordinibus dispositis latissimis fossis defensus nostros eminus a castris arcet. Primo congressu parilique fato mauortij duces molardus crocæ dominus, ac Iacob flammiferis bombardarum ictibus collisi pugnantes occubuere, nec ob id cessere nostri, sed inter fulminum telorumq; innumeram plębem irruentes/& fossas, & palos, & aggeres, & machinas superauere mistisq; copijs & pedites & equites inimica in castra penetrauere. O si nemorsium furentem, ferientē, flagellan-

Rauēnatē sis pugna.

rem fulgurantem demolientem eradicantemq; vidisses, martem ipsum humanis tectum artubus haud ab re putasses, infremit, cursitat, dirumpit, euellit, trucidat, praecipitat capita, Ceruices, brachia, humeros, crura, ęquos ipsasque integras hostium acies, haud aliter quam siccam messem edax immissus igni diuidit / deuorat, absorbet, deglutit, exterminat. Non tulit tantam suorum stragem acerrimus hostium dux Petrus Nauarrus. Sed vbi suos iam terga vertentes conspicit Vah (inquit) vecordes. Sic ne tam saepe victis ceditis. Et furibundus in nemorsium fertur. Mouere Hyspanam praesumptionrm ducis asperior increpatio, & concordatissimi ausus conglomerati, igitur resumptisq; animis qui iam fugiebant vnanimes ducem sequūtur. Ecce feralis instauratur pugna. Et incertis volitat victoria pennis vtriq; eam sibi sperant, exclamant, pollicentur: hinc vtriusq; populi ingens enituit virtus quam & sepulta iratis in pectoribus odia, & inuictissimi duces, & studiosior emulatio augebant, sed fuxius yuone Allegrio, eiusq; filio (quem viuerolij dominum pater destinauerat) Pallicio, triuulcio, ac cęteris legionum pręfectis concurrentibus, omnem hostium vim repressit. ¶ Primo impetu Nauarrus & maxima insigniorum hostium manus capiuntur, prorex neapolitanus celeri aequo salutem quaesijt quem secuti ducenti supra mille equites totidem pedites pugne se subtraxerunt, examinauit vilis comitum ignauia reliquos qui omnem spem euntes in fugam vertuntur fugientes nostri persequuntur opprimunt / interimunt & semiaminibus cadaueribus ad quartum lapidem vias sternunt. Verum quam accensi animi quam implacabilis odiorū sentina / quam deniq; inuidiae / pertinaces / maleuole hostium mentes erant patuit, Cum redeuntibus nostris semimēbres egrisq; corporibus per humū serpentes resumptis quę eis labētibus deciderant armis nouū pugne genus instaurarūt & p̄tereūtiū ęquorū quinetiā & militum

Fuxij virtus.

Petri nauarri ad suos ipro periū.

Victoria ad nr̄os declinat / & nauarrus capit.

Mira sauciorū rebellio.

tibias succidaneis vulneribus infestauere donec obtriti demoliti conculcati oppressiq; languentes animas expirauere. At qui nec vulneribus fessi/nec viribus exhausti/ integrum adhuc robur retinuerant aut qui primo impetu trepidiores latuerant, omnes congesti nouam phalangē, adstruxere. Hos magnanimus conspicit fuxius ebuliens/ victor/& martio furore adhuc incandescens. En ait & hispanae mulae adhuc recalcitrant. Cui alegrius qui adolescentes animos satis nouerat (vt iam consertos hostes inuasurum videt) exclamat. Quo periture ruis inclite princeps. Quae te furię exagitant, vicisti & victis desperatisq; lacerandum temetipsum crudelis offers. Circunspice obsecro, vix ex toto exercitu decuria tibi adstat. Quid in tantam hostium aciem, subsiste paulisper donec palicius reliqui heroes ac victrices copiae adueniant, quo hi nullo periculo tutiusq; deleantur. Recte mouentem obaudijt & frandens in haec verba (ergo cunctantem victoriamq; palicio seruantem conspiciet hostis. Dij melius intrepidam suscipiant animam) in densissimam aduersantium turmam se coniecit. Haud aliter tumidas in columbas regius seui tales quam mauortius princeps hostilem vim opprimit interimit/cedit, laniat, obruit, deturbat, altior morientium gemitus & languentium ferit aurea sydera clamor mouit allegrium ac comites coelestis immortalisq; fuxij magnanimitas adeo impulit vt salubris consilij immemores, haud ancipitem mortem lubentes subierint vnoq; impetu in hostes irruerint. At illi vbi tam exiguum omniq; auxilio destitutum manipulum vident aperta acie orbiculati in centralem vterum recepere conclusere & eminus lanceas / fustes sagittas iaculantes primum ęquos interemere dehinc diutina fessos pugna semideos heroes oppressere. Sic inter mortuorum ingentes ostium aceruos illustris ille fuxius diuiniq; viri occūbentes melioris vitae ortum quaesiere ambigeret hic animus (si historiae lex sineret) neniae an triumphi potius ca-

Allegrij ad fuxiū monitus.

Fuxij & sociorū mors.

uendi essent: nam si fuxij mores/vitę splendorem/extremumq; fatum. Si comitum & in ipsis letalibus sinceram faucibus fidem inspicias, ętereos triumphos terrestri gloriae praetulisse conijcies: fraenabisq; lachrymas et indigentib⁹ dijs congratulabere ne noua celis cessisse sydera egre ferre videare: & superum beatitudini inuidere: at si quot gemitus clades, suspitia luctus hęc funesta dies gallico nomini attulerit attentius consyderes. Cyaneos ploratus exuperabis fateor insignem illam nobis victoriam dedisse nec impugnam fuxij comitumq; necem fuisse quippe palicius triuulcius ac nostri superstites exercitus sacrilegos impiosque syderei sanguinis sparsores ad vnū obtrū cauere rauenam expugnauere. Vbi medicem cardinalē cepere. Et nauarre (vt suspicor omine freti) qui fuxium viuere ętern aq; & imperitura gloria Phamaq; perfrui pro regem vero neapolitanum suoq;) qui ignaniter quo dedecoram proferrent vitam) a pugna abscesserant (perijsse exclamauit) vt & viuenti ethereaeq; anima meritum triumphali funereaq; Pompa victoris quod terrestre reliquum erat longo ordine pullati praeeuntibusq; captiuis mediolanum & laudantes & illachrymantes efferri curarunt gementemque monodiam triumphalib⁹ pręconijs miscentes matri deorum reddidere at sanguinea haec victoria Ludouici foelicitatem, pene extinxit. Et publicam eius imperio calamitatem subiecit. Nam vt primum Iulio nunciata est territus neapolim profugere fere decreuit: ne rome a nostris interciperetur verum vbi optimā nostrorum partem militum (nescio quo suasore) a Ludouico exauctoratā accepit. Erexit animos Maximilianum per crebriores litteras heluetios per sedunensem cardialē excitat: sollicitat/pulsat/quo ille his per veronensem agrum vt venetorum & hispanorum: quas coadūauerat) reliquijs facilius iungi possent liberum haud abneget transitum. His vero quā maximis possent copijs in gal-

Cardialis medices capitur.

triūphās fuxij fun⁹

lrę iulij ad heluetios & maximilianū.

licum hostem suppecias ei ferre properent: nec mota Patent vtrique illę natiua fraude hi feritate armisque cinguntur. Tantos in se conspirari motus resciuit Ludouicus Claudium seyssellium massiliensem presulem ad Maximilianum legat, sed & Ludouicum & prudentem legatum ille decepit. Nam dum se amicissimum sedusque quod cameraci filia sanxiuerat seruaturum iurat, Maximilianum Sforciam Ludouici filium heluetiosque in Italiam per veronensem agrum immittit qui pontificijs venetis ac Hispanis copijs aucti regiam ditionem crudissime incurrere vastareque cœperunt: tam subitam (cui nec Ludouicus Maximiliani caesaris dolo praeuentus obsistere poterat) hostium colluuien ecclesiastici patres qui in iulium mediolani coiuerant ipseque regius senatus vbi accepere migrandum in galliam extemplo censent: idque tam raptim tam trepide exegere vt dum minus caute Medicem Cardinalem obseruant. Elapsus libertatem quesierit. At Palicius collectis vndique nostrorum cohortibus mediolanensem brixiensemque & aliquot ex insignioribus arces praesidijs munit & cum reliquis (qui pauculi supererant) militibus ticinum occupat: sed tam ab hostibus quam a perfidis ciuibus) quib⁹ gallicum nomen semper exosum fuit) circumuentus non sine maximo periculo euasit & patriam comite triuulcio repetijt: nostris abeuntibus hostis minimo negocio vniuersam insubriam occupauit: sic pulsus Italia Ludouicus ad vlciscendam iniuriam animum conuertit: sed ecce Alebretus princeps cum Ioannis filij nauarrae regis oratoribus ei offeruntur qui hispanum regem Nauarre regnum numeroso exercitu inquietare nunciauit obsecrãtque vt amicissimo regi in perfidissimum hostem, opem ferat annuit fidissimus Rex amicicięque causam quam propriam protegere properauit & comparatis copijs. Dunensem pricipem in aquitaniam Nauarramque vestigio

Cardialis medices aufugit.

Palici⁹ & nrĩ ĩ galliam se recipiunt. Oĩs insubria a ludouico defficit.

ire iubet Trimollium vero et Claudium seyssellium ora tores ad Heluecios destinat qui illos reconcilient: sed & militum & oratorum inanis labor fuit: nam dum prin ceps Dunensis in aquitaniam tendit: ingens anglorum classis aquitanico in sinu fluctuare nunciatur visum Du nensi minus consultum nudam præsidiis deserere pro uinciam ne & auglus eam occuparet & se vlterius pro deuntem intercluderet. Nec posse hyspano a fronte resi stere. Si a tergo ab anglo prçmeretur, scribit igitur ad Lu douicum auxilia augeat. Ipse vero interea leni incessu per aquitaniam præsidia disponens in Nauarræ fines ex exercitum ducit Tardiuscule tamen nam antea quam ap plicuisset/Pampillonam in saltu pyreneo Nauarræ prin cipem vrbem hispanus pulso Ioanne rege occuparat: sed anglica classis cui admiraldus præerat vbi nil inerme aut indefensum aquitanicis oris iamque: & borbonium & ipsum Franciscum Vallesium auxiliares nostris ven turos didiscit versis velis in britanicum mare se recepit. Quod & si nonnullæ gallicç naues in conspectu essent du bie tamen nec confligere ausæ (nam & numero & viri bus impares erant) Vim hostilem patientius diutiusque tulere donec Primangayus regiæ nauis (quam Anna il lius auctrix a proprio britannarum ducum insigni tor que cordigeram noncuparat) Magnanimus ductor regi am anglorum nauem cui admiraldus insidebat prospici ens in eam vela dari iussit idem & Admiraldus vt se im peti videt paribusq; animis signis vndequaque cauenti bus curat. Non aliter esurientes falcones prudentes que grues, rostis vnguibusque armati: infestis explica tisque alis quam regie naues plenis lintheis tonantibus fulgaruntibusque machinis ac ingruentibus iaculis: pri mo impetu concurrunt. Mox nexæ vncisque hamis compacte vbi iacula defecere acerrimam pugnam mul tis vtrinq; cadentibus, manu conseruare. Sed e nostris

Trimoli⁹ et seyssell⁹ ad heluetios legant

Anglorū motus.

cordiger nauis cū āglica pugna.

quispiam cuius nec nomen accepi ignem in anglicam nil sit qui antea quam naues diuelli potuerint ambas deuorauit: solus primangayus) vbi nulla salutis a flammis patuit via/ si mare armatus sese precipitem dedit Terruit reliquam anglorum classem admiraldi regiarumque nauium excidium: sed longe magis ductoris nostri magnanimitas qui cineres suos hostilibus misceri non tulerit & aeque ac eorum naues per neptunias tartareasque vndas persequutus curtio cordatior aequoreos furores viuens armatusque subierit. Quid si id animi ceteris sit nusquam se tutos arbitratur hic quantum velis quantum remigibus possunt angliam repetunt, at ingentior hyspanum metus inuasit vbi borbonium de hic Franciscum valesium a Ludouico missos in se mouisse audiit nescit quid fingat aut moliatur vt qui de imperio suo actum (ni adhuc nouos texere dolos fortuna tulerit) non deffidat: Accessit illi malo omine Iulii pontificis inopina mors, que iam fere obtusum in amentiam detrusit, hinc namque anglum fugientem videt hinc amici pontificis occasum audit hinc gallicam in se virtutem aggeratam conspicit: pontificem suscitare cum nequeat amicum saltem illi sufficere cupit. Sed id exequendi venia non datur cum auxiliarem classem (qua nostros retunderet) reuocare nomine posset/ & violentius ipso marte numen vallesii instare non ambigat in tam ancipiti negocio consilium sors ludouico (vt reor) infensa attulit audiit enim Trimollium apud heluetios tempus inuanum terere (& anglum/ classem in nos reparare. Hinc si a Ludouico inducias petat non negaturum hacque arte Franciscum a se repulsurum sperat: Seriit ergo & exorauit a Ludouico (quod mirum: si in eum totus orbis conspirat) inducias.

Ambe naues combu runtur.

Iulius ponti fex moritur

Induciae ferdinando a ludouico conceduntur.

¶ Quibus reuocatus Franciscus cum exercitu ad socerum rediit. Hac saltem gloria conspicuus vt sola nominis phama victorem hostem belli pausam supplicem expetere coegerit: sed longe dispar fuit Trimollii seyssellique reditus qui fere exacto apud heluetio semestri nil

nisi belli minas retulere. Indoluit Ludouicus efferæ gentis pertinaciam quos vbi blanditiis frustra tentari accepit, Igne ferroq; demulcendos decreuit. At ne Leo pontifex quē cardinalem medicem hactenus diximus quiq; in demortui Iulii sedem vnanimi cardinalium adsensu euectus fuerat, quidpiam in se moliretur Seysellium melliflua præpollētem facundia ad eum destinat. Coactisque egregiis copiis Trimollium Triuulcium ipsumque Albaniæ ducem ac Robertum marchium insubriam repetere imperat, præsto fuere incliti proceres. Et superatis alpibus ad nouariam castra posuere: vbi cū Heluecciis Maximilianus Sforcia in eo qui patri fatalis fuerat agro exercitum duxerat. Sed non eodem cardīe celici orbes semper voluūtur. Nam qui aliquando hosti sinister fuit ager nostris infœlix fuit quippe qui ob recentes pluuias paluster erat: nec poterat equestris phalanx/nec ipse rotate grauioresque machine luteo cœno emergere, pedites (cum impares inimicis essent nec ab equite aut subsidiariis tormētis iuuarentur) primi fuduntur, inter quos florengius iamesiusque ambo marchii filii plusquam humanum credi possit pugnauere: sed & paterna virtus tunc enituit: illos vt audiit viriliter dimicantes occubuisse: nil eo fractior inquit nec exanguia quidem corpora hostis triumphabit & per medias densasque Heluetiorꝝ turmas terribilis gradiens geminam prolem fere exanimem letalibusq; confossam vulneribus retulit. Dii tamen (quibus magnanimorum cura est cordiū) in pristinā salutē eos & patri & patrię reddidere. At equites fusam peditum aciem seq; terreis fere compedibus tentos vidētes vlterius progredi minime ausi i fugam vertunt. Sicq; victor minimo negocio Maximilianus euasit: ea victoria Maximiliani Cęsaris Margaritęque filiæ animos auxit: quibus visum est nunc tandē Ludouicū vinci posse. Si anglus auro armisque præpotens in Galliā traiicere/& Heluetii burgūdiam infesto agmine infestare non abnegent. Solicitant

Iulio suffi cit Leo ad quē seisellū ludouic⁹ destīat

ludouic⁹ īsubriā duce Trimollis mittit.

Marchii virtus.

Nři ad Nouariā fuduntur

igitur vtrosq; properent accelerentq; patentē victoriam capescere: quod etsi moriens Henricus septimus Caroli octaui auxilio anglorum rex filio Henrico qui nunc āglis imperat prohibuisset ne francorū amicitiā desereret. Pl⁹ tamē paternis monitis apud magnanimū regē laudisq; cupidum iniquorum consiliū valuit: hinc citissime classem parari pręcipit. Tanti motus pernix nuncius ad Ludouicum delatus (ni prudentissimus fuisset) terruisse poterat: sed vt arridente fortuna nusq̄ elatior sic aduersa infractior apparuit: salubriq; fretus consilio Trimollium ad heluetios sedandos auro onustum mittit. Pyēnarꝫ vero dum ac magnū seneschallū Picardię Normanięq; vicarios earum regionū portus vrbes arces præmunire iubet donec ingentior conscribitur exercitus ad Heluetij q̄ anteaq̄ ad colloquiū Trimolliū admitterent centena milia nummū aureorꝫ petiere non aurū: sed Ludouici amicitiā oino spreuere. Acceptoq; auro Trimolliū in burgundiā iam penetraturi vacuum remisere festinauit Trimollius in burgundiam cuius prorex erat (vt quantū pro tempore liceret) prouinciam muniret. Sed tam pręcipites Heluetij regios i fines igne ferroq; omnia vastātes irrepsere vt vix vrbiū portas obsecrandi horę superfuerint quantas tñ potuit Trimollius e vicinis pręsidijs copias cōgessit et diuione aliquantisper munito illic hostē pro virili sustinere statuit: nec mora obsidetur semireparata in vrbe machinisq; ac omniū telorꝫ specie īpigre oppugnantur: nulla spes auxilij nulla salutis, si (quid auaras Heluetiorū semper excecauit mentes) aurꝫ non suffragetur hæc sola ī eos arma posse videntur. Impetrato igitur colloquio Trimollius ingentes thesauros pollicetur: centenaq; nummū aureorꝫ milia primo congressu ꝓfundit: & sic quos armis retundere non poterat auro victos obsidione soluere & patriā repetere compulit. Sed non his armis anglus qui iam Callisiū aduentarat repelli potuit, quinimo Suffolcij ducem ac Tallibotum cum bona exercitus parte

Heluecij ī burgūdiam.

Heluecij ꝑcio ī patriā remittunt.

dum ipse a maritimis laboribus paulisper respirat) Ludouici fines inuadere imperat qui nil segniter agẽtes ferro igneq; omnia vastantes Morinũ obsedere in quos longuę villę dux ac nõnulli proceres haud spernẽdas copias duxere, sed dũ obsessos cõmeatu refercire moliunt anglicis insidijs circũuenti semiermes nõnullis cæsis cæterisq; fugiẽtib⁹ ex eis fere insigniores capiuntur vinctiq; in angliam ducunt. Ea res Ludouicũ (etsi egre valeret) e vicẽnatũ proxima Parisijs arce digredi coegit præmisso pri⁹ cũ exercitus parte Frãcisco valesio sed anglus qui callisij adhuc belli auspicia captabat Maximilianũq; cæsarẽ præstolabat vbi franciscum in se accingi audijt solo nomine territus (ne priusq̃ suis iungi posset ab eo interciperetur) properauit a callisio morinensem obsidionem petere idq; tam palatim vt phama tulerit si Pyennius suos nõ ꝓhibuisset facile in manus nostras cõcidisset. Cui ecce tristior nũcius regẽ Scottorũ in Angliã cũ numeroso exercitu penetrasse retulit penituit nil mirũ tam temere & patriam in discrimine vicini hostis deseruisse & in tam potentissimũ regem contra paternã mentẽ mouisse. Augebat etiam indignationẽ bilimq; exasperabat Maximilianus Cæsar quod præter fidem iuratã cum pollicitis auxilijs nondũ venisset. In se tñ Franciscũ vallesiũ borboniũ q; ab Abbatisuilla parari audiebat quibus etsi copijs numerosior sit hesitat tamen an suis fidere queat vt qui patria blandissimis Maximiliani sermonibus eum abstrexerant forsitan derelicturi si victoria scotorũ regi sororia cedat. At dum his fluctuat syrtibus ab vxore illi reddunt litere scotorum regẽ. Deletis fere ad internitionem anglis occubuisse. Scotos vero regis fato licet victores censerentur territos ꝓprios lares remeasse. Vix legerat literas. Ecce & maximilianum ad secundũ lapidẽ auxiliarẽ adesse accepit huic q̃ iã fortunæ maledicebat resumptis animis audẽtior gestit. Ex quo feliciorib⁹ auspicijs maximilianũ exciperet morinũ accerrime oppugnari imperat

Angl⁹ in gallias traiicit. Lõgueuillæ dux & plerique e nostris capiuntur.

Angli anxietas.

Rex scotorũ moritur pugnans & victor.

Maximilian⁹ & anglus morinum obsident.

Sed nec Maximiliani aduētus victoriā illi parturijt. Nam Morinēses validissimo tutati cui Pōtisremigiꝗ heres dux erat præsidio hostē iterū atq; iterū insultantem fortiter a mœnibus arcuere, sed tandē longa obsidione fessi omniūq; cōmeatu exhausti pacis cōditiones longa dierū intercapedine tractare cœperūt, idq; iubēte Ludouico qui iam satis sci⁹ quā difficiles bellorū sint exit⁹ Heluetiosq; ac Hispanum nil aliud quā pugnæ finē explorare qua aut omnino victus ab eis diripereť aut saltē vincēdo fractior facilius vincereť anglo nusꝗ cōgredi proposuerat quē & a Maximiliano auri bibulo thesauris aperte emungi & diutino bello infringi sciebat paruiq; existimabat si exiguā vrbē tantis sudoribus tantoq; auro emptā anglus tandē obtineret. Eapropter ardentē Frācīscū obsessis suppetias ferre prohibet donec ipse cū integro exercitu adesset. Obsessis vero vt vrbē quā poterint diutius detineāt cumq; nec amplius per inediā id licebit (si ipse auxiliū interea nō tulerit) æquis conditionibus dedant. Regium pons remigius imperiū optime expleuit. Longis eñ ambagibus interpolatisq; inducijs hosti toto bimestri illudens tandem vbi nil quod mandi posset famelice amplius vrbi supererat eam dedidit. Ipse vero cum integro præsidio omnibusq; impedimētis armatus, instructaq; acie per medios hostes incedēs ad Ludouicū inuictus se recepit. Mirabanť Maximilianus anglusq; infractā gallici præsidij virtutem quā nec ipsi nec iniquus etiā liuor carpere possent. Hinc Maximilianum altius suspirantē exclamasse ferunt. O feroces inexpugnabilesq; animi quis vos cōteret, quis duras ceruices subiugabit Cedentibus igitur nostris inimicæ acies vrbē ingrediunť quā etsi illesam seruare anglus iurauerat. Cæsari tñ milites datā fidē fregere miserosq; ciues diripuere ac potissimā vrbis partē incendere. Interea Ludouicus in corbiensi agro contracto recensitoq; exercitui Franciscū valesium imperatorē præficit, iubetq; si anglus somā flumen ad se trāscere tentet, Prohibeat Sim

Morinum anglo deditur.

Suspirantis Maximiliani exclamatio.

minus nusq̃ illũ adoriatur illinc corbiã, dehinc Ambianum se recipit. Et ecce distincti in diuersa studia Tornacẽsium oratores ei offerunt. Pars em̃ vrbis in fide Ludouici perstare decreuerant, pars anglo antea q̃ e patria soluerct vrbẽ se prodituram cõuenerant. Petebant ergo fideles Ludouici p̃sidium: perfidi vero nil tã potenti vrbi opus esse cõtendebãt. At dum Ludouicus sinoni q̃ laochonti plus credit anglus Maximilianusq; ad Tornacẽses euolãt, & intra moenia e cõposito excipiunt, quae res vbi Margaritae austriae innotuit nil morata cõtractis insignioribus ac formosioribus vndequaq; puellis cũ Carolo nepote ad patrem anglũq; estimauit sperans Tornacũ nepoti facillime ab Anglo se exoraturã vbi appulit magnanima mulier ludi publici festiq; dies celebrant lautissima cõuiuia nouarũq; irritamẽta amorũ choreae post habito belli studio p totos dies ipsasq; noctes crebescũt. Quid moror nõ aliter Antoniũ aegyptiae blanditiae quã anglũ belgice illecebre irretiere hinc captato Maximilianus ac Margarita tempore ab anglo vrbẽ nepoti dono mellita facundia petunt, iam non abnuebat liberalissim⁹ princeps, sed tallibotus id praesentiens regem ac secreto aliquid dicturus ab eorum cõspectu se duxit: Remotisq; arbitris his verbis alloquutus est. Ea ne fuit mens Serenissime rex cũ a patria in antiquos hostes soluisti victoriã si quam deus optim⁹ maximus largiretur integram in foemineos sinus demergere fuit ne hoc tuum institutum vt non patriae propriaeq; gloriae sed Austrio sanguini militares. Hi sunt triũphi quos penatibus diis referre paras vt victorem mulierib⁹ laqueis vinctum succubuisse nõ pigeat. Cerne p̃cor quibus te ingenita astutia circumuenit dolis Maximilianus q̃ morinũ desolari imperauit & nunc muliebri lingua Tornacum extoquere molitur quo ex victoria nil tibi supersit ingloriusq; patriam repetas. Taceo illius inexplebilem aurim sitim quae etsi myda aut chreso opulentior fueris gazas omneis tuas ebibet deglutiet obsorbebit. Respirã

Tornacũ anglo deditur.

Maximilianus & margarita ab ãglo tornacũ carolo nepoti i munus petũt Taliboti ad Anglũ obiurgatio.

paulisper inuictissime rex & teipsum cōsule ne post emū-ctos thesauros gloriā quoq; tuā austris rapacitas deuoret ingeniū regis animū lenis amicaq; obiurgatio perstrinxit immutauit ac cupidineis pharetris praeualuit mutus sup pudēs roseoq; tinctus ora rubore ac massinissa a scipione sese ad Maximilianū margaritamq; proripuit credidere illi ad se rediisse quae petierat vltro largiturum instant/p̄stant/vrgēt ardentioresq; nepotem cum eo sibi communem offerunt qui & vrbem illi fidissime seruaturus & aeternum pariturus sit. At ille ingemiscens anxius cessa-q; voce respondit. Parcite principes super illustres ab eo quem amicum nostris exposcere quod nō sine perpetuo dedecor daturus sit grauiorem aequis non tulere animis illi repulsam, sed nepotem trahentes a rege indignatiores abiere. Et citatis suis eo insalutato Flandriam repetiere suspectam ab hinc habuit Maximiliani austriiq; stemmatis fidem Anglus, nec solum cum Ludouico negocium sibi esse, Sed cum his quos amicissimos sperabat perspexit. Vocato igitur consilio cum Franciscum valesium sibi insidiantem haud dubitaret antea q̄ Maximiliani abscessus ei enunciaretur praesidiis Tornaci relictis Callisium properauit vt illinc in Angliam vela dedit. Eo abeunte Ludouicus munitis Picardiae arcibus Parisios mox blesas repetiit vbi ab vxore laetissime susceptus est. Sed & eius quieti Heluetae iterum inuidere visi sunt qui Burgundiā sese inuasuros iactabant. Ad quos reprimendos Borbonium cum iusto exercitu dimittit, sed illi tam inuicti imperatoris virtutem expauescentes se foederi quod cum Trimollio percusserant adherere significarunt si quae insubrias adhuc detinebant arces. Praesidia quae vel famae peritura erant Ludouicus reuocaret. Excepit conditionē Ludouicus sicq; milites insubri rediere, sed inter caeteros Aubiniacus Brixiensi arce instructa acie armatus prodiit & patrios lares repetiit eo abscedente Hyspani arcem occupauere Venetis credentibus illos a se praecariam habe

Maximilianus & margarita repulsā aegre ferētes indignati abeunt. Anglus patriā repetit. Heluetiorū motus reprimūtur. Praesidia ab īsubria reuocant.

re, sed vbi inuanum eam repetijsse cognouere penituit tã infide ingenti fidem demisse, hinc si Ludouicum reconciliare sibi possint tentare constituunt. Erant lochijs mancipati Bartholomæus ille Aluianus insignis imperator & Andreas gritius ex illustrioribus Venetorum proceribus, quibus Veneti mandant pro virili tentent Ludouici animum demulcere & Venetorũ amicitiam illi haud indignandam suadere. Properant captiui Ludouico Venetorum mentem aperiunt qui rem sibi frugi fore ratus non spernandam Venetorum (si syncera sit) amicitiam esse respondit, captiuosq; ad se vocat & secreto colloquio audit. Illi iam rem firmaturos pollicentur, & id Venetis euestigio rescribunt, non distulere Veneti legatos qui fœdus cum Ludouico ferirent mittere qui æquis conditionibus liberatis lauteq; a Ludouico donatis captiuis perpetuam regi amicitiam ꝓ principe senatu populoq; Veneto iurauere, sed interea dum veneti pacem firmant inuida mors Annam augustam Ludouici castissimam in tredecimo supra quingentesimum & millesimum, anno Idibus Ianuarijs. Prohdolor exanimauit quam regio funere Blesis Parisios dehinc ad Dionysium cœnobiũ magna impensa, sed longe profusioribus gemitibus publicisque lachrymis efferri curauit. Natalesque sibi Blesas (quas vnicæ prius dilexerat) funestas exosasque abhinc habuit, & a quibus paucis post diebus diffugiens Parisios, ac Vicennarum arcem venit. nec ibi luctum rumpere potuit, sed sancti Germani in laya arcem (quæ placidissima est) petijt nec quẽquam ibi nisi pullatum ad colloquium admisit. Augebatur indies tristi in pectore dolor, nec vlla mitigandi via patebat. Si geminę natę Claudia Renataque dirum frangere merorem nequeant. Illas igitur a Blesis ad se vocat quæ natiua gratia ægrum parentem aliquantisper solauere. Illuc conuenerant totius gallici imperij heroes, pręcipue quos Aquitanica ac Picardia expeditionę plusq̃ cæsarea

Veneti Ludouico recõciliant.

Anna augusta moritur.

liberalitate sibi deuinxerat Franciscus, quibus visum est vniuersæ reipublicę expedire vt per ætatem Claudię eatenus prorogatæ nuptiæ adimplerentur. Eapropter regem adeunt supplicesq; obsecrãt ne tam desideratos gallico orbi hymeneos diutius protẽdat, placuit Ludouico communis illustrium virorum zelus intimoq; pectore gestiįt & quas optabant nuptias totis animis indulsit. Quid plura publico applausu Franciscus Claudiam vxorem duxit, sed nec ibi defuit Annæ desiderium. Voluit eñ Ludouic⁹ pullatas esse nuptias, quib⁹ expletis nescio quo referente nonnulli enim famę nonnulli longuæ villæ duci (qui adhuc captiuus apud anglos erat adscribũt) prope diuinæ Mariæ Angli regis germanæ elegantia forma venustas ad Ludouicum delatę sunt, incaluere iam senescentis medullæ visumq; illi est Mariam aliquando terris pacẽ tulisse, & id alteram Mariam iterum posse. Quãobrem Ioannem a Sylua præsidem Rothomageñ. ac Boherium Normanniæ quæstorem oratores legat qui Mariam ab Anglo sibi coniugem petant. Festinant illi regis votũ exequi & in Angliam traįciũt qui vbi Anglo regiam mentem aperuere protinus obtinuere. Paratur ergo regia classis quæ nympham vectura sit id vbi Ludouico innotuit. Accersitis toto imperio heroibus, & tunc primum puellam vestem exutus in Picardiam quo ventura erat iter arripit. Electosq; nonnullos regįį stemmatis proceres qui Mariam excipiant callisium mittit illuc vix appulere & ecce regia classis in portu adest. Procedunt reguli & cœlestem deam ouantes suscipiunt. Illicoq; aliquot dies morati eam Abbatisuillam vbi Ludouicus præstolabatur deducunt. Processere illi obuiam Franciscus Britonum ac Vallesiorum, Alenconius, Borbonius duces. Vindocinensis & plæriq; comites, ac reliqui Gallici principes. Nec potuit ipse Ludouicus differre quin conscenso insigni ęquo intextoq; paludatus auro obuius illi fuerit quam vbi conspexit dato osculo blandaq; salute. In vrbẽ

Nuptiæ Francisci Valesįį & Claudiæ celebrant̃

rediit a qua ingenti leticia excepta est. Et ingentiore Ludouico diui Dionysij die nupsit, labor esset his quos melliffluis oblectat, Parnasus fõtibus. Qui vel appollinea precingunt tempora lauro. Epithalamium hic cauere sat sit hystoricæ modestiæ hasce nuptias. Pelei rhetiosq connubia vicisse, quibus & religiosæ & magnifice expletis post octauum diem abbatisuilla digredientes perq picardiæ vrbes qua transitus eis fuit summo applausu excepti tandem in diui Dionysij ædem venere vbi more reginarũ vncta coronataq Maria triduum fere exegit / hinc Parisios / gestientes / iubilantes / laudantes / psallentes / ouãtesq latissima regina ingressa est, vbi celebratis per Britonum vallesiorumq ducem / ac ceteros Franci imperij regulos. hastiludijs mensem totum festum iucundumq expleuere. Hinc donatis regijs muneribus Dimissisq anglis qui reginæ comites fuerant Ludouicus & Maria sanctũ Germanum in laya petiere vbi aliquot diebus exactis Parisios rediere. Heu heu extrema gaudij luctus occupat. Ecce infœlix morbus Ludouicum inuasit, quo post octauum diem mortales artus exuere Kalendis Ianuarij. M. cccc. ac.xiiij. Regni sui decimo septimo, ab implacabili parca coactus est. Quod reliquum terrestræ fuit æde diui Dionysij, ad Annæ coniugis charissimum latus magna impensa humatum est.

Maria angli regis soror, Ludouico nubit.

Ludouic⁹ moritur.

¶REX FRANCISCVS PRIMVS.



SIDEREO iubare iã coruscante ludouici spũ certissima patriae salus. Frãciscus vallesiꝰ augustꝰ diuis Karolo sabatẽseq; Ludouica engolisme ducibus sup incli-ta ac optatissima ꝓgenies. Tertio affinitatis gradu Ludouicũ attigẽs auspicatissimusq; gener gallici habenas imperij recepit. Quẽ vt p̃sentissimũ numẽ primũq; mortalibus principẽ benigni cęlites exhiberẽt. Primũ sacri huius nõis, primi mẽsis Kalendis, prima hebdomadę luce primarię, gentis sceptra, & in ipsa nostri sęculi primaria florentissimaq; vrbe faustissimis auibus suscipere voluerunt. Verum nec superos studiosior haec cura fefellit. Magnitudo eñ clarissimi eius nominis vtrãq; apollinis domum impleuit, prudentior numinis nutus geminas iani fores pro arbitrio aut claudit, aut referat, eius auspicia cuilibet labori foelix principiũ largiuntur. Augetur christianissimi populi principatus tam clemẽtissimo augustissimoq; Cęsare imperante / vrbis decor / sublimitas / ciuilitas ac religio ampliantur eo principe rempublicam moderante ad quem cętera diuinitas non opinione Sed exploratissimo argumento colligitur. Quippe si maiestatẽ eius cõsideres. Quid ipso ioue haud dignissimum videbis, si proceritatem, formęq; decorem, nõne iuuenilẽ phoebi venustatẽ (si te claritas tãta nõ excecat) prę oculis habes, si facundiã, nõne mercuriũ iussa deorum explicantẽ audis, si gratiã, nõne venerem. Kariteseq; diuinis ludentes ridentesq; labiolis amas. Si quos lucis radios gemino cornu. huic misellis, huic fortunatis partitur phębem ne ipsam infestiores tenebras propellentem adoras, at sentiant potius hostes martias eius vires, tententque hercu-

Frãciscus merito primus dicitur.

lea eius dextera clauã euellere. Nos vero saturnia aureaq; saecula hunc coelestium virum congestorem retulisse gestiamus. Accedãt deiformis eius animis pcelsę dotes quę imbecillã nostrę mentis aciẽ eximijs illis quos vibrãt fulgoribus adeo pstringũt. Vt neq; intrepidũ fas sit fulgentissimis illarũ radijs oculũ obijcere. Quinimo pficiscẽtẽ ab eterno luminũ parẽte perennẽ sacratioris spiritus lucẽ ab eo nusq̃ diuisibilẽ superna pasci sapientia communiq; omnipotentia perfrui pientissime credimus. Si eñ quo ardore frigescentem Ludouici senio rẽpublicã refocillarit pspicias seraphicis eã restituisse ignibus latebere sororiũ. Nẽpe Alenconij ducẽ armigniaci comitatu. Dehinc biturigum principatu donatũ Normãnię proregẽ instituit (Borboniũ militiae principẽ quẽ conestabilẽ vocant) creauit Vindocinẽsem Ducalibus auctũ titulis Picardiae vicariũ, dũ Pyẽnius diẽ clauserit destinauit, sed quid p singulos regij stẽmatis semideos versor cũ neq; imẽsis quot muneribus dignitatibus principatibusq; illos ãpliauerit oĩs parnaseus labor exprimere. Neq; historiae haec humilitas referre possent/ vnũ sat sit his seraphicis amorib⁹ nr̃o numini nũq̃ lacescente studio nec sanguinis tm̃, sed ardẽtissimi fidiq; spũs nexibus inuictissimis & adherẽtibus languescentes nuper imperij neruos nouis viribus adeo calfactos instauratos roboratosq; vt ęque ac canũ latratus cynthia, hostiles minas franca expaueat monarchia, quin etiã nec his finibus cohibita est supra coelestis huius quem colimus animi flagrans in patriam pientior cupido. Eñ uero vt fortem solidam constantemq; vidit ne in vicia effrenis laberetur cherubinea eam prudentia moderandam instituit: Quo suę incõcussum clemẽtię thronũ firmius stabiliret. A quo legalia oracula nectarei intemeratãnes sapiẽtia fulgẽtissimiq; iustitię radij scaturirẽt/ manarẽt ordirẽt, erũnasq; nr̃as illustri coruscatiõe & salubri aspiramĩe leuarẽt, ipẽ aũt sup celsissimo resıdẽt solido claudiã iunonẽ/ q̃ ęterni amoris casto pectore sidereisq; ocl'is

Pria coelestis zerarchia.
Alẽconi⁹ normannię prex.
Borboni⁹ cõnestabilis creat.
Vindocinẽsis ducis titulis augetur.

flammulas ebiberet ac nostri Iouis clementiae largitrix. Conciliatrix, cybelę foecundior deorum progenię astrorum innumere plębi ęquaret a dextris constituit foelicem vero deiparam ludouicā, quae prudēti speculo fatalia decreta terminaret Solomone pientior sinistro lateri consi dere iussit (nā & si Solomon ꝓfestatus nil matri se negatu rū ꝓprio dyademate illā honorauerit Adoniae tamen ob secratas nuptias non modo non concessit, sed in fratrem Deū arasq; frustra implorantē crudelius grassatus est. At hic noster Solomon inclite genitrici nil negandū sanxiuit procedite igitur filiae Parisiae Hierusalem adorate regem Solomonem dyademate insignitum quo coronauit eū mater sua in die despōsationis suę, sed quae haec mater, quae hęc corona, quae hęc desponsatio, si bacchū bimatrē credere potuit antiquitas. Hūc verū bimatrē ꝓbabilius totis animis venerabimur Ludouica eñ sacros artus sed diuina lux ęternū lucentēq; spiritū genuit illa corporeas triūphaturasq; vires nutriit. Hęc iuectissimā magnanimę mētis aciē ꝓcreauit illa fragrātibus aromatibus decoratissima mēbra sępius refouēda curauit. Hęc ab imortali dauide hunc nostrū Solomonē in iusticia & sanctificatione Sadoch. & in nomine sacerrimi prophetae Natham nobis vere donati Iesu saluatoris (dominātiū ecclesiae romanae cardinalium cętu dominanti Francisco benedicente virtutibus archipręsulū, virtutes regiae eius maiestatis attollentibus potentibus salutari sanctitate pontificiis patribus / episcopis / abbatibusq; prępotentē sanctum domini sanctificantibus. Concurrente superne secundę zerarchię afflatu, & beatitudinem omnem a paracleto effusam secundo nauigio per aquas gratię quę supra cęlos sunt afferente) oleo lęticie pręs participibus suis in regem & christū domini vngi obtinuit. Et ecce astitit regina a dextris in vestitu deaurato circūdata varietate. Quę siuerat in lectulo per noctes quē diligit anima sua / non in lectulo pigritiae aut voluptatū non per tenebrarū noctes inueno-

Solomone piētior Frācis̄cus

Scd̄a zerarchia.

rat. In sole etem̃ iusticię posuit tabernaculũ suũ & ip̃e tãq̃ sponsus procedens de thalamo suo: intercepta ab hiis qui custodiunt ciuitatem quam nisi dñs custodierit frustra vigilat qui custodit eã. O quæ est ista quæ ascendit p̱ desertum delitii affluens innixa super dilectum suũ qui pascitur inter lilia. Et quem pręteritis excubiis inuenit & tenuit donec introduceret in domũ & cubiculum matris suæ. Hæc est q̃ p̱gredit̃ quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol: terribilis vt castro℞ acies ordinata, tota pulchra & in qua macula non est, perennis & inconcussa fides. Quę deaurato caritatis vestimento ornata: & in fimbriis aureis sancto℞ meritis circũamicitur quæ ab antiqua philosophantium gręco℞ hebreorum caldeorũ latinorumque doctrina in tenebris expetita pernoctantes tamẽ pertransiit & ab occiduo Iesu optimi maximi sepulchro vt aurora consurgens rosidas diuini ortus portas reserauit pulchra vt luna sine macula veri appolinis lumen excepit Electaq; vt sol lucis radios populis qui ambulabãt in tenebris partita est: & ascendens per desertũ Asię, per desertum Aphricę perq; maximam Europe p̱tem spreta, irrisa: tyrannorumq; insidiis impetita hereticorum venenatis dentibus lacerata tandẽ dilectũ vnicum inter lilia pascentem inuenit tenuitq; super quem innixa deliciis affluens terribilisq; vt castrorum acies ordinata/ p̱cedens geticos furores lombardam rabiem, hyspanam perfidiam, punicas insidias Cerberĕosq; vniuersæ Asiæ latratus sepissime compescuit. Quid mirũ ergo si inuentũ hũc vnice amat obseruat, colit, venerat̃, Celestis gratiæ oleo linitum, & integritatis diademate a superna luce genitrice incelebri desponsationis die coronatum christianissimiq; nominis celeberrimis titulis illustratum prĩcipib⁹ verã dei ymaginem prĩcipandiq; auctoritatem a supernis principantib⁹ sibi elargitam benigno sydere prębentem angelicis sui imperii ĩsenatibus archãgelica functione natiuæ lucis fulgores & maiestatem sociali quo-

Tertia zerarchia.

Vnctio solomõis regũ francorꝫ vnctiõis figuratiua.

dã iure cõmunicãtẽ, ac extrema zerarchialiũ excellentia-rũ ab excelso suo serẽitatis throno ꝑ ieffabiles ęterni spũs intelligẽtias cõplectẽtẽ, perfruẽtẽ cõgerentẽ: sed vbi vnctus & coronatus ĩ Remẽsi Giõ. Quid em̃ Giõ nisi luctatio: aut arena: ecquis remos sine luctatiõe rexerit. Aut qs ignorat quam dextro Remigio Clodoueũ diu⁹ ille Remigius per vndas sacri baptismatis ĩ salutis portũ duxerit. Hic merito remis coronantur frãci reges qui fere naufragã eccłię cymbã fortib⁹ remis luctãtes calcatis heresum hostiũqꝫ arenis tutam ĩ quietẽ sepissime deduxere. Quod si bersabeides ille Salomon iure optimo in gion vnct⁹ est si franci reges hactenus bñ ĩitiati sunt eo iustius hic noster Solomon celesti oleo Remis linitus est quo a perenni materne lucis fonte procedens fons ipse fidelis iuramenti satiansque iusticię puteus rite credetur vnumquemque ꝓ meritis repensans prudens retributor parcere subiectis & debellare superbos didiscit, proximiusque france libertati nomen sortitus obrutam iulianis hyemibus ecclesię pupim solidauit: firmauit, restituit & catholicae fidei flagrans amoribus procellosas vnitatis christianę diris scismatum ventis vndas placauit propicijs obedientię zephiris plenissimis velis ac inuicte fortitudinis remis ĩ pacificum littus perduxit. At si promeritus sacris optime sanctificat⁹ est. Quis neget exiguã exilẽ augustã debilẽ & naucam esse omnem mortaliũ (si gł̃ie ei⁹ cõferas) laudem verum si humanissimam eius clementiam inspicias Et lacte & mola tantum falsa litantes benignissime suspicientem videbis Nã & si ĩ excellissimo humani generis fastigio positus sit neminem spernit: neminem abhorret ob audit refugit sed minimũ quemqꝫ posita seueriore maiestate ãplectitur excipit exaltat exuriẽtes bonis adiplẽs vi duam pupillumqꝫ sub vmbra alarum vt pupillã oculi diligenti solicitudĩe custodit: propterea populi cõfiteantur ei ĩ ęternum & ĩ seculum seculi, memores sint noĩs eius ĩ omni generatione & generationem. Et filie fortitudinis

tiri i muneribus, vultū ei⁹ deprecentur omneis diuites plebis. Dicāt filie syō/filie visiōis pacis & speculationis q̄ lutetia est a luce non a luto dicta cum almę theologię lucis radios totum in vrbem immittat & i qua diuinę speculationis spiritalisq; pacis visio pręceteris nostre tempestatis vrbibus emicat. Ecce rex tuus tibi venit mansuet⁹. Audi filia & vide & iclina aurem tuā illi quia concupiuit decorem tuum. Recte mea sententia hęc verba hic iclitę ciuitati directa sint quae remis redeuntem Franciscum illustri procerum corona senatorumq; ac nobilium i numero ordie cictū tam iucunde tantaq; pompa letissima excepit vt nullus antea regum ornatiorem festiuiorem cultiorem aut i sua proniorē vota iuenerit Insigni igitur argenteis decoratissimo phaleris sonipede vectus argenteoq; paludamento splendidus deuotissimā psallentem resonantem, gestientem gratulātē/officiosissimam vrbem rex mansuetissimus (optatissimus, speratissimus placidissimus igreditur. Perq; medias pictis tapetibus lustratas regiones (biuijs triuijs ac quadriuijs laudantibus/salutantibus canentibusq; theatris) icedens. Excelsam virginis puerpere ędē subijt & illic (oblatis prius regijs mūerib⁹) igens capitolium petijt vbi regia in mensa medius pricipum cenauit diemq; moratus edes regias (quę tornelle vulgo nūcupant̄) petijt vbi cū suis aulicis ac āglicis flamigisq; procerib⁹ lautissima cōuiuia ifestioresq; imitātia pugnas torniamēta: ac hastiludia celebrauit ceterū a Carolo austrio comes nausantij (vt sacris Remēsibus ꝓ eo comite flandrię adesset) missus (& si amicissime exceptus) min⁹ tn̄ a Francisco austrij reb⁹ cautū esse. Si strictior necessitudinis & amicitiae nexus non itercederet prudentissime suspicās renatā Ludouici filiā ac Claudię augustae germanā futurā austrio cōiugē petijt. Quod nō mō obtinuit: sed & filiam Aurice pricipis q̄ iter regias heroidas educabatur vxorē duxit. Hi adamantinum fedus inter Franciscum austriumq; solidari speratum est / cui & Ferdinandus &

Renata ludouici filia carolo austrio in futurā cōiugē despōdet.

Principis auraice filia comiti nansantij nubit.

Maximilianus conscripti sunt quietiam & cũ Hẽrico anglorũ rege inuictissimo firmata est perennis amicitia tam etem̃ benigne habuit Franciscus Mariam Ludouici relictam vt eam ęque ac viuente marito rege coluerit. Dehinc ex henrici voto duci sufforcij nubere non modo passus est:sed largissime donatam annuaq; dotali pensione assignata. Cũ eius viro inumera procerum heroidũq; plebe comitatam callisium vsq; deduci curauit: plerisq; illã vni ex francis principibus (ne ampla dos & suppellex ad exteros deferretur) nuptũ dari obnitentibus: sed federis lex sacro insculpta pectori apud Franciscũ publico etiam patrie cõmodo semper pręualuit/quę equi sanctiq; obseruantia stimulus fuit cęteris orbi christiano dominantib⁹ Francisci amicitiam auidissime petere vn⁹ Maximilian⁹ Sforcia Heluetiorũ temeraria vict⁹ peruicacia: sedunẽsis cardinalis ambitione motus: cęsarisq; Maximiliani (qui sub fęderis imagine Franciscum vt Ludouicum intercipere sperabat) dolis imbutus in cœlũ os ponere ausus est. Suisque auspicijs heluetios cum ingenti insubrũ ac hispanorum manu briansonem vsq; in alpinorum oppidum hostiliter incurrere passus est, diuerterat a parisijs cum augusta / ac genitrice ambasiam Franciscus vbi dum seruos venatur crudelis spina calcarurum sydera pedem lesit. Accepit cœlestes monitus diuino spũ/cũq; supplantatoribus seruis non innocuis ceruis negociorum sibi esse itellexit:auxit auspicij fidem nuncius temerarij heluetiorũ ausus. Idcirco dum pedem curat:festinasq; lotharingi ducis& Borbonij principis germane nuptias celebrat/comparatas omni ope copias Lugdunũ pręire iubet nec mora. Exultauit vt gygas ad currendam viam. Et vale dicto augustę/& matri cui & regni moderamen grauidę vxoris curã cõmisit biturigibus nyuernis molinisq; gratissime salutatus Lugdunũ expectatissimus peruenit dedere operã lugdunenses pronissimã illi vrbem exhibere tantoq; studio leticia/pompa/triumpho/excepere/vt se

Mariã ludouici relictã dux sufforcij vxorẽ accepit quã i ãgliã remittẽdã frãciscus curauit.

Heluetij insurgũt.

Lothorigi ducis & borbonii sororis nuptię celebrantur

non solum ac regem amari: sed felicissimum numen coli merito cognouerit: nec tamen minus deuotis animis viē nenses gracionopolitani ac reliqui dalphinatium populi eius maiestatem venerauere. Tantus.n.applausus tanta leticia, tāta iucunditas vndiq; arrisere vt cœlitū omnem coronam eos visisse credidisses. Mirabantur cōsultissimi cœlestis īgenij acumen fortissimi herculeas vires adorabant: disertissimos nestorea rapiebant facundia: vniuersos rosei oris decor candidulas suaui risu detegens margaritas sydereorūq; splendor oculorꝫ viciebat. O vere beatā q̃ eius thoro digna iuēta fuerat. Iunonē formosissimæ nymphę iurabant attollebant. Quid plura mentes/oculi cordia/linguę voces/organa lyrę, tibię / plectra / tube/ tympana, fistulę, cornua, cymbala in laudes, himnos odas carmina, pręconia concordi accentu profundebantur resonabant & supernum ethera ī communis cœli terrarumq; principis exaltationem gloriā ac iubilū īuitabant. Verū quo oigene theoriā mineruę īgentibus vinceret merītis borboniū qui per īaccessa alpiā iuga cū exercitus parte p̄currebat cū reliquis sequutus copijs punicos gręcosq; labores superauit. Illorꝫ em̄ dux oculū p̄didit horꝫ vero maxima pars membrorum vim amisere vacuāq; ac ī defensam primā Italię orā vtriq; inuenere vnꝰ vtrisq; labor horridam hyemē vincere & cū iermibus barbaris rei militaris omnino imperitis manū cōserere. At nō tā facilis Francisco fuit in Italiā descensus. Nā & si hybernæ glacies minime obsistebāt: buliens tñ est estuāsq; sub ardēti sydere canis militē francū egerrime affligebat: quietiā nec patuit facilior via: sed qua nec herculi nec Annibali immo nec vlli antea duci transitus fuit. Nā p̄ Ebrodunēsiū fatalē Romanorꝫ coloniā in eū qui argēterię ab incolis dicit collē itū est: nec defuere mōticole barbari qui angustias obstruere tentarint: sed ex tēplo reprœssi primas nostrorꝫ vires sensere. Adde montiū radices ab hostibus vndequaq; obsessas: at vbi ventū est in editū sublimiore

Frāciscus Alpes superat.

colle rupis paruerit oppidum quod dura ab alpibus sese proripiens praeterlabitur ingens. Italia: quinimmo & pleni hostium insidijs agri patuere. Prosper tum columna qui missa a pontifice maximo quingentorum & mille equitum auxilia ducebat eaque loca tutanda susceperat nostros nec adhuc alpes ingressos ratus ad villam francam quod in alpium conspectu oppidum est se receperat vbi dum vino indulget a Pallicio Aubiniaco Imbercurto ac Boyardo interceptus suis aut caesis aut captis tentus est: nec prosperam sibi fortunam arrisisse nec se firmam aduersus francos collumnam gallosque se vigilantiores prudentiae oculos aut robur inter alpes minime amisisse sua iactura temerarius cognouit. Econtrario nostri optimis auspicijs Italiam petisse sibi pollicebant vbi & fracta Romanorum columna simul & prosperitas ad se migrarat vtque insignem franco nomine gentem primo congressu liberarant reliquum quod franci iuris esset ab hostili tyranni de vendicaturos magnanimiter sperare ceperunt. Accreuit haec haud temeraria spes ex hostium fuga quibus vbi columne infelicitas nunciata est timidi magnis itineribus Mediolanum profugere. At ne insalutati abirent clayete nothus borbonice tribunus centuriae a Salucijs padum vsque multis occisis persequutus est. Et rediens Borbonium in suam traxit sententiam quo antea quam hostes socijs qui mediolani erant iungerentur semipalantes trepidosque totis copijs adoriretur, sed Francisco aliter visum, ne (si fessus alpinis erumnis miles praecipitatus pugnam obiret) intolerabili oneri inutilis succumberet nec satis compertum esse an socij obuiam fugientibus veniant hinc verendum ne simul in insidias pugnam recentem & nouo iuuamine superbum hostem semiexpugnante immergantur acies: quod si inimicorum vires sociorum auxilijs interea crescant: sibi etiam sabaudienses Genuenses Venetique auxiliares aderunt & robur suo militi augebitur & gloria ingentior erit integrum quam (vt canis Iulius cesar) flumine diuisum hostem fudisse. Ob id instructis ordinibus exercitum leni incessu hostem post gredi-

Prosper columna a pontifice cum auxilijs missus capitur.

Heluetij fugiunt.

imperat, perq; taurinensem pertrãsiens agrũ (vbi Carolus sabatensiũ dux inuictissimus ac super excelsus cũ Philippo illustri fratre gebennensiũ comite ac validissimis fidissimisq; auxilijs bellicisq; machinis christianissimo nepoti sese iunxere) Vercellas peruenit illic Aymardũ priã auratum equitem cum Genuensi milite qui & Alexandriam cum tota ipsius ditione regij iuris fecerant placidissimus excepit, & Heluetiorum oratores qui nõ nullas pacis cõditiones proponebant audijt. Huiusq; rei summam reuerio Sabatẽsi notho & Lautrecio cõmiti credidit. Dehinc Nouariensibus deditis per ticinensium Mediolanẽsiumq; fines praeterlabens ad tertium a Mediolano lapidem vbi sanctae Brigidae villa obscura prius nũc satis diffamata visitur castramentatus est. Et ecce firmata iurataq; immo ingenti auro empta cum Heluetijs pax nunciatur, sed dum Carolus Sabatensis princeps reuerius noth⁹ & Lautrecius aurum hosti deferunt Visum est cardinali Seduneñ. ac Maximiliano Sforciae & Franciscum paci fidentẽ facillime vinci & aurum deferentes intercipi posse. Idcirco primarios Heluetiorũ ad se vocant quibus cõcurrẽtibus cardinalis in haec verba intonuit.



QVOD oblatum a sannitibus aurum Marcus curius pertinacius repulerit spreuerit abiecerit summę frugalitati ac fortitudini ascripsit antiquitas. Ego vero milites longe prudentius frugalius fortiusq; illum egisse rerer si extortum cautissimae aurum patriae & militi nil omnino sibi retinens erogasset. Vno nempe facinore patriae profuisset, munificentia militum animos auxisset / deuinxisset, proprijs frugilitatem pectoris apertam fecisset, vanamq; hostium spem (qui venalem eius sinceritatem suspicabatur) vaffro stratagemate refelisset, sic castra mulier a petulcis munera procis non respuit & tamen ineptę conceptam libidinis spem supplicibus abnegat, nec iniuria qui enim fortis aut castri cordis decorem precio

Carol⁹ sabatẽsium dux & philippus gebẽnẽsium comes frater Frãcisco belli comites iungũtur.
Genuẽses victis alexandrinis auxiliares adsunt.
Heluecij ficto ore pacis conditiones offerunt.
Nouaria capitur.
Sãcte brigidae villa
Heluecio rum perfidia.
Seduẽñ. cardinalis ad heluecios oratio.

prostitui posse cupidi⁹ auet, aequa statera & precio & stulto desyderio priuat. Eia agite milites cernite cōspicite pēsitate quid a vobis perpetuus obstinatissimé expostulat hostis. Amicitiā cupit vestrā, quo intemeratā vestrae fidei gloriā incestuoso precio deuirginet, societatem queritat, quo vestri summā decoris perpetuo nota inficiat, victoriam mercatur, vt (quos armis inuictissimos nouit) auro superasse glorietur. Quid tandē iniquum foedus vobiscum ferre tētat vt insubriae abeuntes sociūq; amicum optimum verumq; principē Maximilianū hunc illustrissimum qui tot & tanta in vos remq; publicā nostrā contulit beneficia turpiter deserentes, eiusq; innoxiū sanguinem vili prodentes pecunia, inglorij/perfidi/obscuri/ infames periurij/foedi fragi/dijs hominibusq; inuisi patriā repetatis. Haec est illa optatissima pax/haec amicitia/ haec societas, hęc victoria, hoc deniq; foedus. Ecce ignauior hostis cęlebres iam parat triumphos, quibus fidē, integritatem, puritatē, famam, virtutē, Heluetię magnitudinis captiuas ducat. Ecce pollicitū vobis aurū imprudētior mittit. Ecce vos rectitudine vendita vecorditer abscessuros speculatur, quid o milites. Accipietis an refutabitis perpetui dedecoris arrhā sanguinis Sforciadae preciū, & aeternam patrio splendori nubē. Ha milites sentiat hostis se in casses quos tetendit incidisse vtq; inct: ruptos nec inuiolatae fidelitatis vestrae lenones vos intelligat, retortosq; in auctoris caput dolos ingemiscat, iubet aurum illudq; ferentes detineri concurrite fortibus armis. Victoria em̄ in manu est dum segnis nil metuit dum paci fidens vino somnoq; indulget, dum inermis armatos decipere tentat Ecce sui regulis imperij gazas dominia, agros, vrbes, opes delitias huius excelsi principatus iam partitur dispēsat pollicet. Opprimite o milites vanum rei non suae datorem, confrigite credulos rei alienae fellatores, pressseritis etenim (cernite vt aurati phalleratisq; sint) omne francorum robur, domueritis fastum, vim superbiāq; perfre

geritis,opes immẽsas immortaleq́ꝫ decus ac patriæ perpetuam laudẽ quęsieritis,nec quod cõtra ius præstitis iusiurandũ mentes vestras fascinet.O milites vt (quod sine æternæ salutis interitu seruari nõ potest si patrum decretis credimus) minime seruandũ sit eam potius quã huic super inclito principi iurastis fidẽ illibatã custodite,amicum defendite,inimicũ obruite,insontẽ protegite,violatorem perdite,verum hunc principẽ sustinete,tyrãnum propellite. Sic enĩ & magnificos(æquissimi principii censores)maiestatis vestræ titulos incõcussos ostendetis,nec temerandã aut triumphandã vestræ dignitatis amplitudinẽ hosti prostituetis.Hæc fatus vbi nil nisi pugnã aurũq́ꝫ famescere videt nõnullos se legit qui ferẽtes carauasiũ.(Is enĩ locus numerandæ pecuniæ designatus fuerat) cũ auro interciperent captiuosq́ꝫ adducerẽt. Reliquas aũt copias triplici agmine impatentes campo,explicat. Vix semiprodierant exploratoribus nostris patuere qui celeri æquo Francisco regi Borbonio ac Alẽconio id renũciãt iussere illico vniuersum exercitũ armari tripartita etenĩ erat acies anteriori p̄erat Borbonius mediæ Franciscus posteriori Alenconius quos vbi Franciscus rectis ordinibꝰ instructos videt armatus insigni insidens æquo principibus militumq́ꝫ tribunis in concionem aduocatis in hanc orationem cœlestia labia aperuit.

Francisci regis ad milites oratio.



Ræcellens ille artifex Euphranor principes illustrissimi vosq́ꝫ fidissimi commilitones dũ Athenis bissenos pingeret deos neptunũ Iouiali maiestate augustiorẽ fingere nequit q̃ nixus est,aperteq́ꝫ intellexit naturæ potentiã suarum emulam virtutum artem sæpissime vincere, & fessam irrito labore dimittere.Nam etsi thersitem peritior enutriat chiron in archileas vires nunq̃ formabitur nec eacide arma patroclo victoriam,sed pręceps fatũ attulere.Quis pugnacis æqui animos aut dexteritatem apuleĩ,aut luciani aureis asinis magicos potus præbuisse

contendat. Quippe nec arte nec ingenij viribus reluctans naturæ numen fixaq; lex immutari aut velli vsq̃ potest. Et tñ credula simplicitas nos eo deduxerat milites vt in insidijs fidẽ, in hoste amicitiã, in degeneribus animis nobilitatẽ, in fœdifragis fœdus, iu barbaris societatẽ, in mortifero angue pacẽ, in crudioribus vrsis clementiã, in hoste virtutũ seduncẽsi asino sinceritatẽ, toto studio, cura, mente, sollicitudine gratia, benemeritis, aureisq; (vt aiunt) mõtibus cõcreasse sperauerimus. Certe obstabat ingenite genius pertinaciæ. Ecce violata fide, spreta amicitia (reiecta nobilitate, rupta societate, temeritatis fœderũ sacris deuorata clemẽtia stuprata synceritate (auro tamẽ dolis emũcto) insidiãs coluber mortale virus expuit. vrsinus furor rabidos morsus acuit, ignauior asinus calcitrat, & barbara obstrepit violẽtia. Ecce iam portis erũpunt, & in nos pacis lilia fidei columen amicitiæ robur æquitatis azillũ nobilitatis spicimẽ, pfidi latrunculi ferunt. Credo equidẽ commilitones deos francę maiestatis tutelares hostilis vltores impietatis id voluisse quo ferunda inimico spongia cruore comprimeret ex qua purgata sanie vini manarent colores quibus adamantinis æterni triumphi tabellis viuax & indelebilis phama perẽnes imperiturosq; titulos (non protogenea aut nealtea dextera sed diuino pollice) vobis sculperet pingeret. At ne credite milites tales sine spinis rosas aut hanc sine sudore gloriam vobis parari. Cernite non gemmis, nõ auro, non obsequijs aut officijs vobis offertur fortibus animis inuictis pectoribꝰ interrita mente indefessis manibus. Quinimmo proprio cruore ipsaq; vita emenda ac querenda est. Cernite commilitones quibus cum hostibus nobis negocium sit cum indomitis heluetiorum vrsis, cum versutis hisperiarum vulpium dolis, cum mortiferis insubrum cerastis, acrior mea sententia pugna est, sed in vrsinas (ne mordeant) fauces chalcãtũ adhuc vobis superest. O milites quod rauennatensi agro ex manantibus hispano sanguine fontibus

purissimis abdue vndis miscuistis, pendēt vestris adhuc humeris vlpinę exuuięq; pristinæ cladis memores illas a vobis arceāt, nec nobis hercule ꝓgenitis victrix dextera deest quę rediuiuos post tot vulnera angues ab incunabulis superasse didicit. Ecce milites bellica pallas adest q̄ vos prudētię cultores nō incōsultā dolosamq; hostiū turbam sacro egide protegat. Ecce nobilis mauors ignobiles aios perosus vestręq; ingenuitatis ꝑpetuus ꝓtector terribilis curru vobis aduolat. Ecce iuppiter optimus maxim⁹ scelerū vltor claro numine vobis arridet, ecce phœbus ipse apollo coruscās radijs iubar in tenebrosos veritatis osores ardētissime torq̄t, qui poti⁹, Ecce milites xp̄s saluator æterni p̄ris fortitudo xp̄ianissimis populis in fidei sacrorūq; temeratores fortes aios, solidū robur, īfractasq; vires ministrat telis freti auxilijs, vbi cœli vobis militant, quid vobis timēdū est, falsi qd poterūt assertores (qui se correctores principū nobilitatisq; domitores iactāt) in vos lilligere coronæ ꝑpetuos vīdices & inexpugnatas nobilitatis dexteras, annę mēticijs titulis vos terrē, aut nūq̄ extinctę vestrę virtutis laus īprobitati illorū cessura est, ne sinite o milites partā tot sudorib⁹ gallico nomini gloriā ab īgr̄ta gēte cōculcari, ne sinite primos decores ab indecoris fędari, ne sinite q̄so cęleberrima frāce fidelitatis pręconia abrogari, ne sinite tādē vr̄æ dignitatis apicē ab idignissimis latronib⁹ obrui. O dij īmortales vicim⁹ iā fractos cōspicio hostiles mot⁹, video mediusfidius vos oēs hilares lætos, iucūdos, intrepidos, audētes, gestientes, martēq; totis animis capescentes, affectantes, ardentes. Certe res in portu est. Concurrite, obruite, cędite, triumphate, spoliate, vt nec nuncius quidem hosti superfit: vix finierat, vniuersus exercitus viuat rex viuat rex cōclamauit. Ipse vero celerē caduceatorē (qui sabatēsi auiculo eiusq; comitibus qui aurū deferebāt hostiū dolos vtq; obliquo itinere redeāt nūciet) euestigio destinauit lęniq; gradu vniuersos copiarū suarū cuneos obegit, circuit, trāscurrit, ꝑscrutat

nunc hunc nunc illũ placido vultu cõpellans dextrã insignem porrigens salutans amplectens animãs, ac plęrosq; æquestri munere donans. At vbi nil inordinatũ aut labans vidit in secundã (cui pręerat) aciem se recepit. Et ecce ingenti fremitu signa canunt, nam terribili impetu rugiens violentusq; hostis Borboniam aciem missilibus iaculisq; iam inuaserat. Extemplo bellicarũ boatu machinarũ acriori clangore tubarum, magnanimus militum cohortationibus, alacrioribus sonipedum hinnitibus, sauciorũ morientiumq; gemitibus tumulantibus ferientium ictibus, coeli, terræ, maria, miscentur. Puluere sulphureoq; fumo concreta nubes pugnantibus suauem spiritum, diẽq; tenebrosa caligine fere aufert, & altiores effusi sanguinis omnes scaturiunt, manãt, ebuliunt. Primam in hostiũ frõtem Borbonius eiusq; germanus, Franciscus Castalleran di dux super inclitus Taillimontis princeps Latrimollij haud dedignanda progenies. Sancerrus comes, Imbercurtus, Moyacus, Destangius vicecomes cuneati sese accingunt, fulminant, torquent. Quos omnis primæ aciei tum equitum, tum peditum phalanx secuta primo congressu hostem ad desperationem fere perterruere & in fugam vertere, sed Borbonius (affectatam consulto hanc ab hoste fugam quo nostros rupto ordine palantes in angustias deducerent prudenti animo suspicans) suos subsistere coegit, nec mora conglomeratus hostis, nõ in Borbonios equites sed Francorum germanorumq; peditum quos lanschenetos præsens ætas nuncupat cuneos. vnde machinæ illos infestabant impetum fecere iactantes, improperãtes, vociferantes se cum rege quidem amicitiam foedusq; inijsse. Quo lanschenetos prima acie desertos interimendos proderet, destitueret, & ob id se candidulas cruces pro pectore gestare, vt amicos regis esse palam facerent. Hoc perditorũ murmure (etsi borbonius ꝑ virili adiuraret hortareturq; ne tam improbe ignaniterq; hosti succũberent aut simplicius crederent) perculsi tũ tũ Ger

Sanctæ Brigidæ pugna.

mani, tum galli pedites immo & maxima equitum pars cędere & ad fugam spectare cępit. Eo insultu Frãciscus castellerandus dux, & plęriq; alijs proceres ab hostibus circũuẽti strennue pugnãtes cęsi sunt. Id conspiciens Franciscus secunda acie (Boysiaco castillonoq; illustribus viris credita) cum nonnullis e fidioribus aulicis in anteriorem germanorum peditum ordinem aduolauit, Ecquid inquiens amici quis pauor quæ ignauia aut trepidatio vos inuasit hæc ne est pollicita amico regi fides. Ecce ego ipse vobiscum aut moriturus, aut superaturus hostem adueni. ne credite inimicitiæ versutiæ quæ nil præterquã mẽtiri fidemq; frangere didicit, videbitis an ego vestri sanguinis sim proditor sequimini præeuntem quem aperto Argumento nil in vos fidemq; vestram conspirasse iam perspicere fas est. Hæc fatus æquo desiliẽs pediti (qui proximus forte fuit) hastam extorsit & medios in hostes magnanimus frendens, concutiens, sternens, obruens, conculcans, occidens, diuellens, rumpens, dissipans, sese immersit sensere protinus nostri iouis iras fulminantesq; lacertos inimici, nostri vero tam præsentissimo numine conciti resumptis animis exutoque falso suggeste proditionis metu ducentem deum secuti acriorem pugnam instaurauere pluunt grandinibus crebriores sagittæ ignitiq; tormentis excusi lapides, tanta vndiq; clades, tam atrox iniuria, tam obstinate mentes, tam insculpta medijs cordibus odio vt nec canentia receptui signa vtram gẽtem pugna auellere potuerint. Quinetiam nec demerso in ceruleas occidue ethiops vndas apolline (quamdiu bicornis de lia vmbrosum fulgorem præbuit) intempestam vsq; noctem pertinacissime dimicatum est. At vbi omne cœli lumen in tenebras versum est, non in castra aut tentoria abiere, sed eo ipso quo nox eos cœperat loco vtriq; populi armati ipsiq; equites ęquis insidẽtes pernoctauere. Hic mira constantia inaudita prudentia, admirabilis strẽnuitas inuincibilis patientia cęlebrãdaq; plusq̃

Frãciscus castellerãdi dux cũ plęrisq; pcerib9 occiditur.

Vide frãcisci regis egregiũ facinus.

Crudelis pugna.

meonio alite fortitudo ac coelestis Francisci virtus appa ruere, qui & si tantam belli mollem, tot sudores, totq; hostium (qui in ipsum vnum sępissime concurrerant) violentissimos insultus indefessus, perdiusq; sustinuerat, Pedi tũ tamẽ inter excubias fere pernoctauit nec (cui paululũ se dedit) nisi armatus curulisq; machinę temoni accũbens quietem coepit idem Borbonius, Alenconius, ac cęteri heroes eius exemplo tracti fecere. Postera phębeos splẽdens aurora iugales, iunxerat eoas vix pandens rosidas portas. Ecce in furentia martis studia proni, Franciscus Rex Borboniusq; primam aciem in hostem cõcitauere quem non segnem non somnolentum, non victum, non factũ, non deniq; pauentem, sed recentem, rebellem, pertinacem, pugnamq; horrendo clamore cientem inuenere.

Die sc̃do pugna crudior i staurarur.

Crudior instauratur cędes, asperior consurgit tumultus, acrior exoritur vis, languentum, & morientium gemitus, planctusque imis ducti pectoribus crebescunt nulla pietatis, nulla amicitiae, nulla pacis vestigia, Efferi ambo exercitus aut mortem, aut victoriam appetunt illa plaerosque occupat, haec incerta spe vtrosque pascit. Dilate spei fastidiis Franciscus vtque leo senae stimulatus verbere caude in densissimos prorumpens hostes exclamauit. Gloriabitur ergo hostilis peruicacia (vltra acheoli vires) trinam sustinuisse oppugnationem, fregimus plusquam humanam eius primi congressus audaciam, sustinuimus serpentinos (Dum tortuoso irrepsit callae sęditionisq; virus nos euomuit) eius dolos, ecce taurino tandem robori fidens adhuc vicisse sperat. Adeste, O socij dementis extremęque superbiae haec cornua trunca hostium fronte reuellamus. Haec simul dum iratus intonuit. Quicquid obuium conspicit deturbat compactas hastarum siluas infringit, strictos aperit cuneos, sauciorum aceruis ingentes campos sternit, quem Borbonius totaq; acies, infensis animis secuti ad primum lapi-

Francisci regis vehemẽs exclamatio.

dem hostem insigni strage cędere coegerunt. Id sedunensis Cardinalis, Et Ioannes Galleacius vicecomes conspicientes (vbi frustra sistere & pugnam integrare nixi sunt) ignaui praepetibus aequis Mediolanum cum omni equitatu salutem fuga quaesiere illis abscedentibus, reliqua acies bipartita anhelanti cursu pugna declinauit Alteram persuaso prius Francisco ne victum fugiētemq; hostem pręter regium decus sequeretur Borbonius totaque eius phalanx proximam vsq; villam (cui Geuille nomen est) fugauere, illicque ignaniter latebras queritātem, aut vulneribus laceram, aut suppositis flammis torrefactam deleuit. Alteram quae simulatis candidis crucibus secundam nostrorum aciem praeterlabens in postremi agminis, Alenconijque oculos inciderat. Detectis dolis Alenconius inuasit, fudit, fusamque persequutus: nec nuncio quidem superstitę extinxit, sic victi qui se inuictos gloriabantur, sic domiti qui principum domitores se iactuose praedicabant, sic fracti fidei fractores, sic regidam nobilium subiere censuram, qui censores nobilium se incribebāt duo & viginti milia ex eis caesa. Ex nostris duobus milibus desideratis, est tamen adueniens illustris Aluianus veneti auxilij dux plęrosque e nostris fugientes qui victum Franciscum nūciabant offendit. Quos asperrime increpatos pedem referre coegit dicens inuictum esse Franciscum quando sua acies adhuc integra esset. Et instructo agmine animantisq; profugis impugne campos signa direxit. Vbi hilari vultu victori Francisco gratulatus suae tamen sorti maledixit, quod scilicet ea victoria se absente contigisset, sed innata id modestia dicebat Aluianus, vt qui externę pugnae celeri ęquo suos pręcurrens adfuerat & egregia virtute absentis auxilij desiderium suppleuerat illincq; noctu ad suos reuertens tam celeri gressu exercitum duxit vt anteaquā tuta adhuc esset victoria/a Laudēsi vrbe/quae ad vigesimum milliarium

Aluiani cū Venetis auxilijs aduēt.

Aluiani virtus.

distabat auxiliaris adfuerit, laudauit (nil mirum) gratissimamq; habuit Franciscus aluiani militarem solertiā. Et lautissime donatum amplexatumq; in hyspanos (qui pugna fugierāt) citissime cum Venetis copijs mouere precatur paruit Aluianus, sed dum properat febrę correptus vniuersæ carnis viam ingressus est. Indoluit amici ducis casum Franciscus sed natæ ei filiæ nuncius qui a Ioanne Parisio vnico nostræ ætatis apelle fictam effigiem ei attulit hunc mœrorem abstersit, At Mediolanenses vbi cladis nuncium accepere euestigio legatos qui regis iram frangant mittunt. Quod etsi in iniquitatem perfidiamq; tam sepe recidiuis nullus veniæ patere debuisset locus inuenere tamen victorem clementissimum qui leuiter pecunia multatis omnem culpam remisit. Et recepto fidelitatis ab eis iuramento, Aubigniacum vrbi prę fecit, Nauarrumq; quem carcere liberarat. Ad oppugnā dam arcem destinauit ipse vero post aliquot dies ticinū perijt recte exexit prouinciam, Nauarrus licet enim Arx inexpugnabilis videretur tonantibus tamen tormentis subterraneisque cuniculis fundamenta eius adeo concussit, vt iam tota labaret. Terruit Maximilianum sforciam insuperata vis ac machinę ineuitabilis nouitas hinc est Cardinalis Sedunensis, & Ioannes Galleacius vicecomes ad Maximilianum Cæsarem abeuntes auxilia prope diem se adducturos promisissent veritus tamē ne(si pertinacius expugnationem sustineret expectaretq;) paternam captus subiret calamitatem ad Franciscum supplices dat litteras quibus se cum arce (si eius gratiam victis etiam promereri licuerit) In regias manus venturum significat lectis liberis, Franciscus Anthonium prato(quē a primario Parisij senatus præside, sui imperij præsidi archam (cancellarium nostri vocant) virum omnigene peritię Apollinē vbi primū regius apex ei cessit creauerat, insigni aulicorum comitatem caterua illud delegauit. Qui gentili trifolio omnem colubri maliciam fugās

Nuncius primogenitæ natæ ad franciscum aduolat.

Ioānes Parisius illustris & alter appelles puellæ regię imaginē finxit.

Francisci victoris clemētia.

Anthonius a prato cācellarius.

illum dedita arce ticinum ad regē Hercule fortūatior ad duxit anguem nempe nisi interimens ille nunq̄ vicit:hic vero colubrum hunc lerueā belua crudiorem non modo superauit sed posita feritate victaque natura,mansuetum placidumque inter lilia oblectari/& viuere coegit, excepit resena fronte Maximilianum Franciscus regijsque munerib⁹ onustum & assignata ingenti anima pensione mortimario heroi in gallias ducendum commisit.Eo abscedente Franciscus mediolanum petijt triumphansq̧ vrbem ingressus pristino decori restituit sonatum Ioanne a sylua pręside constituto ordinauit,insubriamque monarchiam tam prudenter solidauit vt & cęlebris victorię foelicitas:regięque prudentię,& equitatis splendor vniuerso orbi illuxerint: ipsumque leonem pontificem maximum(qui eatenus gallico nomini aduersari visus erat) adeo immutauerunt vt((supra Francisci amicitiam) optauerit:nihil eapropter ad eum dedit litteras:quibus se bononiam venturum significabat:& vt illuc proficisceretur paternam accepturus benedictionem obnixe orabat Gratissime fuerunt francisco pontificię litterę quas & per caduceatores tubis canentibus publicari & vniuerso suę clementię militantes exequendis pontificijs mandatis in octauum diem praesto esse iussit:iterea(dum quisque operi se accingit) Leoni se propediem venturum rescribit lętus pontifex properauit bononiam:idem & Franciscus religioso zelo tractus exegit Admissus ad apostolicum senatum magna sui stemmatis procerum cinctum corona pronus pontificem adorauit verumque ecclesię filium his verbis est protestatus.Si pulsatus epaphi iniurijs phęton apollineos ortus(parentem difficili munere probaturus)viscre aliquando meruit Eo iustius mea humilitas Beatissime pater ad diuinitatis tuę sydus(cui omnis cęlorum virtus creditur)decurrerit vbi nulla iniuria,nulla generis suspitione stimulata vnicum te/ verumq̧ genitorē syncera fide confitetur. Et si ille israel mentita venatio

Maximilian⁹ sforcia cū mediolanensi arce deditur.

frācisci regis ad leonē pōtificē maximū orō.

neque paternam preripere potuit benedictionem: quā meliori iure (pulso insubrie tyranno) venatam heluetiȷ̄ vesti gloriam tuę sanctitati offerens sacratiorem exposcere sanctificationem minime erubueri: ecce sctissime parens nec precaria pelle sed iuictis armis) haec dextra tegit: quae lapideos induratorū aceruos hostiū tuo culmini insidiantium profligare, & obruere queat. Ecce quam ecclesia genitris tui conscia gustus hedinam simplicitatem: hunc Primogenitum tuum offerre tibi iussit filialemq; obedientiam prostratus/supplex/humilis, procūbens, deditus deuotus sacroscte magnitudini tue effero ecce nectareū catholice vnitatis & confessionis vinum quo te summum in terris numen christi eiusq; apostolorum vicariū venereor confiteor & adoro, pura mente, sincero spiritu (integro pectore: toto corde: tue amplitudini letus propino. ecce fragantis fidei vestimenta (quibus franci reges semper ornati christianissimos titulos a tua sede promeruere Nos coelesti gratia largiente decorant. Benedicat igitur mihi anima tua foueat filium paternitas: sanctificet deuotum sanctitas. Et dextera in te sperantes protegat & defendat: sic loquentem miratus leo: eiusq; diuinam prospe ritatem: celestes vultus, ethereos oculos, melli tam facundiam: ingeniȷ̄ apicem, obstupescens in extasim raptus diutius Responsum distulit tandem dato paterno osculo & lateri considere iusso arridens silentium soluit.

Pontifex frācisco rn̄det & bn̄dixit.


Em aequam tuęq; debitam serenitati christianissime ac dilectissime fili expostulas qui tam benignum erga nos sedemq; apostolicam te exhibens. Quam igitur Abrahe Ysaac & Iacob dedit dominus benedictionem tibi largiatur diuinę gratię ros tibi scaturiat: frumentum sinceritatis/vinum consolationis: oleumq; sanctificationis, in pinguedine frugalioris terrę tibi abundet: seruiant tibi populi: & adorent te tribus. Esto dominus regum fratrum tuorum, & incuruentur ante te filiȷ̄ matris tuae ecclesiae. Qui maledi-

xerit tibi sit maledict⁹: & qui benedixerit tibi benedictio nibus repleatur. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuę. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tuę. Constitues eos principes super omnem terram & videbis filios filiorum tuorum pacem super israel. Hæc locutus iterum dato osculo letissimis vulnis amplexus est: ipsosq; omnes proceres paterna affectiōe excepit quid plura: aliquot dies apud pontificem Franciscus fuit semper tam placide habitus vt eo inscio ille ageret nihil: Quinetiam (vbi de pragmatice sanctionis dissidia transactum est) Adrianum boyaci Germanum rem Francisco gratam facturus inter cardinales retulit/ipsumq; franciscum primariam ecclesiæ filium augustumque declarauit re sic apud pontificem & pientissime & religiose gesta frā ciscus (relicto Borbonio insubrijs protege) gallias repetijt Vbi dum votis (quibus tenebatur) se solui mors ferdinā di Aragonij hyspanorum regis ei nunciatur. Sed nec ea territus Maximilianus Cæsar conflato ingenti exercitu Sedunense Cardinale id procurante) per veronensem agrum insubriam irrepsit in temerarium hominem borbonius quantas ex pręsidijs congerere potuit copias duxit: sed dum pugne impar se accingit Audijt mediolanēses ad defectionem spirare. Eapropter mutato consilio mediolanum regressus conspiratorum nonnullos vltimo supplicio affecit nonnullos in carcerem trusit. Sicq; in fide præstare vanam gentem compulit: sed Maximilianus abscedente Borbonio fact⁹ elatior ī mediolanensiū agros puenit vrbēq; obsedit verū) vbi audijt ab heluetijs qui post pugnā ī franci verba iurarāt Auxilia borbonio aduentare) timidis vecorsq; obsidionē soluit. Quem psequutus Borbonius leuibus incursionibus innumeros ex Cæsarianis occidit: sed ille finxit vngarie regem diem clausisse. Regnumque eius ad se spectare. Ob id mendax, inglorius trepidus, se suis suffuratus in penitiorem

Boysiaci german⁹ ordi cardialiū ad scribit.

Ferdinād⁹ aroganū ex hyspanorū rex morit̄

Maximiliāi cęsarię mot⁹ borbōi⁹ cōiuratos condignis supplicijs afficit.

Maximilian⁹ fugit

germaniam recepit. Quem timidior siue duce exercitus pone sequutus ab iubria euanuit: borbonius autem mediolanum rediens Lautrecium sibi suffectũ vicarium mediolanensi pricipatui reliquens: ĩ gallias properauit. Et Chamberiaci Franciscum (qui illuc voto astrictus pedes a Lugduno venerat) ipsumq; Carolũ Sabatensium ducẽ offendit: excepit lętissimus Borboniũ franciscus votoq; solutus Lugdunum & illinc turones venit ad quem a carolo austrio (ad quem Hyspanorum imperiũ spectabat) oratores venere, orantes (quo firmo iter reges pax ordiretur) vnigenitam Francisci Ludouicam anniculã adhuc suo regi futuram coniugem despondi vtque omnis dissidia querelaque tollatur legatos nomonum mitti: vbi & a Carolo venturi sint legati qui foedus inter reges ęternũ feriant: non distulit Franciscus legationem mittere cuius principes fuere Boysiacus Parisiensis praesul, & Iacobus oliuerius ex parlamenteis pręsidibus: conuenientibus ergo legatis et de exposcitis nuptijs & parternopeo ac Nauarre regno transactum est Ob id Franciscus sanctorum martyrum corpora more regum repositurus foedusque cum Rauasceno principi Austrij legato feriturus Parisios venit vbi pax quae solidissima sperabatur inter reges iurata & proclamata est pacis conditionibus parlamẽteo in senatu lectis & auctoratis. Quinetiam franciscus & austrius mutuos aureos torques alter alteri dedere Carolus enim ĩsignem aureo vellere, franciscus vero diui Michaelis monile Carolo misit Conuentum etiam fuerat vt camera ci Franciscus Carolusque conuenirent; sed ille natiuo ingenio ductus (dum franciscus se accingit) protensis velis hyspanis petijt magnum vanitatis argumentum exhibens illusus Franciscus Blesim ambasiamque cũ grauida coniuge petijt vbi nata est ei fęmina cui Carlothae nomen est illic fere annũ venationibus deditus vbi nulla belli suspicio erat exegit. Et ecce natus est ambasiae filius: quem dux vrbini Leonis pontificis nepos: & ad id

cũ austrio nouũ fęd⁹ frãciscus fecit.

Filia iterũ francisco nãscit

Dalphini natiuitas

legatus publica lęticia a sacris fontibus leuauit, Franciscũ patris nomĩe appellauit. Ipse vero dux alteram ex natis comitis Bononiensis vxorem duxit quã liberalissime a Francisco donatus & lautissime habitus in Italiã deduxit. Eo abeunte Franciscus Britonũ omnẽ principatũ cũ coniuge visit, sed interea Ludouica eius primogenita ad superos migrauit, eius mors a Boysiaco ei nunciata est. Gratias deo oĩpotenti egit Franciscus qui fructus sui primitias suscipere dignatus erat. Dehinc a Britonibus parisios repetijt vbi legatos angli regis qui vnigenitam eorum regis filiam Francisco delphino coniugem offerebant lętissimus excepit. Celebratisq; hastiludis festiuisq; & lautissimis cõuiuijs ac pollicitis nuptijs foedus amicitiãq; cum eis percussit. Et ecce dũ letiora sponsalia celebrantur Maximilianus Cęsar diem clausisse nunciatur visum est Frãcisco legatos ad electores mittendos qui caesarem meritum eligẽdũ procurarent. Inter quos Ioannem lãgheacũ regiarum supplicationum interpręte(requestarum magistros nostri vocant/selegit, quem Ciceromana pollentem facundie ad Bohemorum & hungarię reges legauit pro virili regiosiussus oratoresexegeret, sed electores (nescio quibus auspicijs) Carolum austriũ elegere. Franciscus vero dimissis Anglię legatis sancti Germani in laya arcẽ petijt, vbi natus est ei filius cui Henrico nomen inditum est quem Aurelianensium ducem destinauit. Illincque abiens Ambasiam profectus Pictonum vrbes venationibus ocia pellens lętissimas visitauit vbi fere octimestri exacto literas ab Anglo accepit qui se eum videre & coram alloqui maximopere desiderare significabat. Ob id Parisios Picardiamq; Franciscus properauit vbi tanto apparatu tanto factum tãq; triumphali pompa ambo reges cum eorũ cõiugibus coire vt nulla vnquã ętas tã cęlebria festa viderit aut audierit. Taceo munera ĩmunera taceo splendidiora conuiuia quae nullus historię apex exprĩere posset. Tam iucunde iter se ludentibus regibus

Vrbini ducis nuptię.

Frãciscus britanniã visit.

ludouica Frãcisci priogẽita moritur.

Initiant̃ delphĩ & regis ãgli vnigẽitae nuptiae.

Maximilian⁹ moritur.

Regũ frãcię & Anglię colloquium.

pax vniuersa sperari potuit pręcipue Charolo Austrio foederi conscripto. Dij velint vt hæ mentes vanis consilijs nunq̃ varientur: & nostris diebus aurea foelici splendescant tempora vultu. At vbi reges fere inniti vale dicto dissoluti sunt. Anglus patriam repetijt vbi Austriũ iterum ad se venientem festiuus recepit. Franciscus vero Parisios & sanctum Germanum in laya venit vbi augustam foeminam ei peperit: quam venetorum legatus a sacris fontibus leuatam Magdalenam nominauit. Hæc Franciscus ante sextũ imperij sui annũ foelicissime gessit.

Item foemia Francisco nascitur.

FINIS.

¶ P. Fausti andrelini foroliuensis poetę laureati ac regij in amplissimo gymnasio Parisiensi oratoriam ac poeticam artem profitentis in gallicas hystorias ab eruditissimo Roberto Gaguino æditas Carmen.

Vt nitidos totum radios diffundit in orbem
Cum titan puro splendidus axe micat:
Hystorijs sic galla tuis monumenta relucent
Exculte ac breuibus clare Roberte sonis.
Grandia milleno quis tędia voluerit anno
Quæ rudis immenso codice massa parit:
Gallia q̃ debet regalibus inclyta gestis
Tam debent scriptis regia gesta tuis.

¶ Herasmus Rotterodãmus Roberto Gaguino viro vndecunq; doctissimo Salutem dicit.



Vod Francorum regum principumq; res gestas: idonei scriptoris desiderio hactenus in tenebris prope sepultas pedestri hystoria in lucem efferre atq; inmortalitati consecrare institueris Roberte Gaguinę pcipuũ Gallicę academię decus non possum equidem istũ tuũ laborem non magnopere probare. Sumpsisti enim (immo potius suscepisti) munus (mea sententia) pulcherrimum:

& cum omnibus latinarum literarum studiosis, incredibili voluptati futurum, cum vero Galliæ tuæ splendidū imprimis, magnificum ac (vt ita dixerim) triumphale, denicꝫ tua doctrina, tua eloquentia, tua pietate dignissimū. Necꝫ enim vlla te alia causa (quandoquidē necꝫ quæstus neque gloriæ vel leuis vnꝗ̄ tibi habita ratio est) ad istud negocij capessendum, prouocatum esse facile crediderim ꝗ̄ singulari in patriā pietate, quam & tu, & optimus quisꝗ semper fecit maximi. Dolebat nimirū tibi (quod ego quocꝫ mecum interdum mirari soleo) Gallorum virtuti gloriam tam maligne respondere, & qui olim cum Italis factis sæpe contenderint, nunc etiam præcesserint, eos tamen ab hystorici pœnuriam opinione ac fama tam longo interuallo cōsequi. Dabunt Itali mihi veniam, si nobis idem videtur, quod Franciscum philelfum Italum natum non puduit fateri. Extat enim illius ad Carolum regem octaui (opinor) auum epistola, in qua præter multas laudes quibus Franciæ regnū prosequitur, illud quoque ingenue fatetur. Romanos quidem olim pacis bellicꝫ artibus longe omnium amplissimum sibi peperisse imperium, præterea non segnius ingenijs, quam prius fecerant armis cum grecis contendisse, verū antiquā illā imperij gloriam, factionibus ac studiis prauis in deterius ꝓ lapsam esse. Contra vero Franciæ regnū, prudētia regū, principum fide, ciuiū concordia, eousꝗ creuisse, vt iam facile cum quouis alio christiani orbis imperio possit cōtendere, vel opibus, vel imperii finibus, vel rerum gestarum magnitudine, vel regum nobilitate, quos plurimos habuisse constat non fortissimos modo, verumetiam piētissimos. Quapropter in hoc regno non iniuria, senatus christianus contra turcorum violentiam potissimū atcꝫ vnicum præsidium sibi collocasse videtur. Sed tamen vnum quiddam adhuc tanti imperii maiestas desiderare videbatur. Cætera vel par vel non inferior. Liuio atcꝫ Salustio vincebat adhuc Italia. Nam (vt scite cecinit

Horatius) regū ducumq; bene gesta, q̄ cūuis alioquin prę clara, aut intermoriant̄, aut obscurentur aetate necessum est, nisi hystorici eloquētis opera literis (vnicis rerū custodibus cōmendent̄, perinde gloria apud posteros valitura atq; is qui scripsit ingenio valuerit. Hanc tu supremā prouinciā disertissime guaguine tanq̄ fatis tibi seruatam velut alter scipio summo omniū applausu suscepisti, difficillimā plane atq; immēsi negocij, sed tn̄ Roberto prorsus aptissimā. Qui ita credā rogas. Cum multis de causis, tum duabus potissimū ita mihi videt̄. Duo sunt em̄ praecipua quae in hystorico probato quęri solēt. Nempe fides & eruditio. nam vt scriptoris leuitas veris quoq; nonnūq̄ fidem abrogat, ita & grauitas hystoriographi priuata auctoritate rebus ipsis fiduciā quandā addere solet. Vt itē narratoris imperitia (vt fidē faciat quod ne ipsum quidem potest) tamen res plerūq; per se satis illustres obscurat, imminuit, deturpat, ita docti scriptoris ingeniū obscura illustrat, humilia eleuat, splendidis lucem quandam ac decus apponit: Quoniā vero & fides & eruditio, vtraq; tanta in te sunt quanta in alio nemine, nemo profecto fuit isti muneri aptior, vel istud muneris memini fuit aptius q̄ tibi vni, qui posses & pro singulari tua grauitate fidem facere, & pro non vulgari eloquentia rem adornare. Iam facile suspicor humanissime Guaguine te subirasci Herasmo tuo, qui laudum tuarum vel tantillum ausim attingere. Neq; enim me clam est q̄ modesto / q̄ pudēti (ne dicā patidulo) sis ingenio praeditus, quippe qui amicam etiam laudatiunculam multo molestius ferre soleas q̄ quispiam alius cōuitium ferat. Sed obsecro te dato hāc veniam meo in te amori, vt quae passim omnes praedicant, fas sit etiam amico meminisse. cui enim tuorū incredibilis vitae tuae, morumq; integritas, innocentia, grauitas non est spectatissima. Vbi gentium non praedicata. Adeo vt non modo descriptis, sed ne de dictis quidem Guaguini vlla possit incidere suspicio vanitatis. Adde q̄

cum omnes norint, te Francos reges tuo merito semper fecisse plurimi, seriis in rebus opera tua persepe usos te regiis archanis consiliisque saepe numero accitum. te regio nomine cum apud diuersas gentes, tum apud Italos crebra legatione functum esse facile conriciunt, te vnum Gallorum gesta, & prisca curiosius religisse, & decentiora exploratius vestigasse. De eruditione porro tua quid ego commemorem. Ipsa (quod aiunt) abeunte se praedicat. Testis abunde est hoc celebratissimum gymnasium vrbis Parisiae, cuius tu florentissima alioquin studia primus latinarum literarum opibus decorasti, pulcherrimoque incremento eloquentiae, quam vnam adhuc desiderare videbantur adauxisti. Ipsa testis est Italia, quae te sepenumero maximis de rebus grauissime differentem audiuit, non sine stupore, immo fortassis non sine dolore, quod vt de Cicerone dixit appolonius (eloquentiae laudem quam vnam adhuc sibi propriam habuisset, videret per te Galliae communem fieri. Testes sunt literatissimi quique nostrę memoriae scriptores, qui certatim vno ore omnes tuum ingenium praedicant efferuntque. Quorum nulla prope pagina est, quae sibi Gaguini nomen non habeat. Testes denique sunt vel locupletissimi praesul amplissime / tui libri qui iam per orbem disseminati passim summa cum studiosorum voluptate lectitantur. In quibus omnibus tametsi vel oratione soluta vel carmine, non eruditis solum, verumetiam curiosis auribus abunde satisfacias, in isto tamen scripti genere, id est in hystoria (si quid vltra crepidam sutori permittis) singularem quendam ac mirificū artificem praestare videris, atque in caeteris quidem plurimos in hystoria teipsum superasse. Tāta est sermonis puritas elegantia Salustiana foelicitas Liuiana, summa luculentia, varietas iucundissima, in consiliorum / rationum / temporum / commoditatis / dignitatis / ac caeterorum id genus, quae doctum hystoricum arguunt, obseruatione singulare artificium. Tanta est narrationis viuacitas vt

res geri nõ narrari videatur. Neq; vero deest dulcis quaedam breuitas, quae hystoricis vt rara ita gratissima lectoribus est. Nam bone deus q̃ vastã rerũ syluam, quam breui volumine, q̃ absolute complecteris, & prolixe breuis & breuiter prolixus. Cui igitur non pręclare cum gallicis rebus actum videatur, cui talis praeco contigerit. Alexander ille magnus cum ad Achillis sepulchrum peruenisset. O te fortunatum (inquit) achille, qui homerum tantum laudum tuarum praeconem sortitus sis. Et quis franciam quoq; non fortunatissimam censeat, quę Robertum suarum laudum praeconem optimum nacta sit. Quid illi superum benignitate praestari potuit / pulchrius / magnificentius / diuinius. Nihil profecto neq; tu gaguine doctissime, insignem tuam erga patriam pietatē grauiore prorsus argumēto potuisti declarare. Quae tametsi antea quoq; plurimum tibi deberet vt quã latinis mercibus primis ditasses / hoc tamen inestimabili beneficio adeo deuinxisti vt quantam vis habeat, parem tamen nunq̃ sit gratiam habitura. Quae eñ statua, qui tituli, quod monimentum valeat istius beneficij magnitudini respondere. Prisci illi maiores suos qui vel imperium parassent, vel auxissent rempublicam, vel aliter de patria benemeriti essent, solebant diuinis afficere honoribus, titulis in aes incisis honorare, statuis donare aureis. At qui longe praestantius est, maiorum gloriam ab ortu ad occasum vsq; protendisse q̃ agrorũ limites extēdere. Minus est saxea moenia, aedesq; vrbanas ab incendio tueri, q̃ optimorũ regũ ac ciuiũ gloriam ab inuidis obliuionibus (sic enim appellat Horatiꝰ) & interitu vindicasse. Non paulo magnificētius mihi videtur patriam optimis literis auxisse / locupletasse / decorasse / quam spolijs / quã exuuijs / quam ceris / quam id genus monimentis phalerasse. Nullae eñ tabulae / nullae cereae, nulla nummismata, nullae statuae, nullae piramides neq; clarius indicant, neq; fidelius custodiunt regum gloriã quam hominis eloquentis literae, Post hac Gallorum

gloria/quae hucusq; tanq̃ angustijs inclusa delituit,fulminis istar emicabit: & gallo quidem cãtore:sed(quod pulchrius est)Romana tuba decantata omnium regionũ aures personabit. Omnibus illa terris:vrbibus: gymnasijs: legetur:celebrabitur:cãtabitur:nec Gaguini bñficio vnq̃ interire nouerit imo cũ aetate vsq; succrescet. Amplectere igitur O Frãcia imortale laudũ tuarũ monimentum Robertũ Gaguinũ alumnũ tuum imortalitatis tuae vindicem:ama:cole:venerare. Nos certe & quibuscunq; e regia studia cordi sunt,te presul amplissime non amare nõ poterimus:per quem id quo in literaria supellectile praestãtissimũ hẽam⁹:hoc est hystoriã adauctũ esse cõspicim⁹.

Vale decus litterarũ & meũ.

¶ Ad Robertum Gaguynum ordinis sanctę Trinitatis ministrum generalem. Cornelij Girardi goudensis Hieronymianę vallis canonici regularis Epistola in laudem compendij eiusdem quod de gallię rebus accuratissime ędidit.



Egi tuum in hystorias galliae compendiũ optime pater Roberte Gaguine opus meo iudicio:qd' id tibi non ĩmerito apud posteros immortalitatis nomẽ afferat: ita & singulis e sua dignitate quũ reꝝ gestarũ noticiã: tũ militię peritiã copiosissime subministret. Nihil ĩ eo legi quod vel expressius vel luculentius dici potuit: & quod vel omnium in hystoria maximi facimus:fidem rebus tribuis: ac omnia vt consulta gesta sunt explicas euidenter. Non tuis / non hostibus tua parcit auctoritas. Ita singulorum vitia & fractiones: ita singulorum virtutes & strategemata probas vt neq; in exteros

odio, necq amore in tuos flecti videare. Nulla in te gratiae suspitio / nulla simultatis inuenitur, quo minus q rei veritas postulabat dicere praesumpseris nihil. O animum integerrimū. O pectus veri tenacissimum. O virū aequitatis obseruātissimū qui perinde turpia atq pclara oim facinora & deprimit & extollit, vt nescias vtrū in ciues an hostes ppensior habeatur. Nam in omni hystoriographo nihil vnq magnificētius/nihil illustrius/nihil denicq laudabili' queri potest/ q vt nullo amore nulloq odio a vero deflectatur. Id em vel vnū omniū est, in quo palmariam sibi crispus, Salustius nauauit operam, qui & teste liuio & nostro aurelio/iccirco cęlebrior. qp caeteris rerum scriptoribus verior aestimetur. Vt em nihil falsi scriptor fidelis intermiscere debet, ita etiā nihil veri quod non dicat praetermittere. Haec enim sunt veluti deo candelabra quibus omnis hystoria necessario illustretur. Quae vbi deesse continget, nihil quod non fumo & caligine plenū sit reperies. Hae sunt praeterea duae columnae quae templi porticum sustētabant. Hystoriam equidem meo iudicio non ab re templi porticum dixerim quae omnibus nobis ad diuinarum rerum archana tāquā ductrix & magistra introitum patefacit. Tu autem optime pater & omnium literarum facile princeps, Roberte Guaguyne non solum haec quae praediximus, verumetiam quae ex vsu historiae esse, Marcus anthonius in secundo de oratore libro pręcipit tam mirabili artificio obseruasti omnia, vt non parum ad Thucydidis & ingenium & laudem accesseris. Et quid dicam. Tam creber es rerum frequentia, tā verbis aptus & sententijs, vt quum in multis tuarum editionum operibus plurimos, tum in hoc tuo compendio teipsum vicisse videaris. Nunc enim in eo militum selectus/nunc expeditorum congressus ita describis & inculcas, vt cum rebus sudare sententiam prudens lector inueniat. Ita ante oculos ponis omnia, vt non legere hystoriam sed pugnantium turmis interesse me credam. Postre

mo quod non minime demiratus sum, vbi oportune habita occasione siue de cymbris & burgundis, siue de religione & ecclesiæ cerimonijs quid externarum rerum afferts, tam artificiosæ excurris, vt tamen inceptæ narrationis textum non confundas neq; aliquo modo abijcienda fuisse, sed eodem propemodum glomere pendentia & filo profusa videantur. Et vt vno verbo complectar vniuersa, ita rebus temporum ordinem/ locorumq; & personarum descriptionem, ita verbis dicendi genus modo fusum modo collectum, sed nõ sine mirifica suauitate accommodas, vt nihil sit quod legentem non summe delectet/ & tuam ingenij facilitatem incredibilemq; memoriam omnibus prędicet & ostendat, parcius te laudo candidissime pater q̃ dignus sis, tum q̄ primarias tuæ laudis partes meus erasmus, illo suo facũdissimo ore occupauit, tum q̄ tuis ex literis (quæ tua modestia est) tuarum laudum, te impatientissimum esse intelligam. Scribo tamen hæc (q̃tulacunq; sint) ne amici mei aut eum me esse garriant qui vere iudicare nõ possim aut certe adeo malignũ vt laudare non velim. Vale.

¶ In laudem operis Epigrãma Cornelij Girardi. In quo ipsum librum quod in se cõtineat/ & de fide rerum quid promittat loquentem introducit.

¶ Ad lectorem Liber in persona Cornelij canonici regularis.



Osse cupis lector quo Gallia creuerit ortu
  Et quib⁹ ad summũ est regib⁹ aucta gradũ.
Quis dñi cultũ, quis cœperit oppida muris
  Cingere, & ecclesias rite dicare sacras.
Quid pax accumulet, quid martius excoquat horror,
  Et quibus hic cœpta est religio ipsa viris.
Me lege, me placido complectere mentis amore
  Nam cano liligeri, fortia gesta troni.
Olim qua Tacitus placuit/ breuitate vigemus,
  Atq; Titi nobis, iam prope splendor adest.

Qua cunctos superat crispus recitatio veri
Assidua, & rerum stat mihi plena fides
Nil ego praetereo, nulli mea pagina parcit
Sit meus, aut hostis nil metuo omne loqui
Eloquor intrepidus, quae vero consona vidi
Iusticiae & fidei nil mea charta negat.
Forte nigra excadēs(qđ nō ꝓbo) bile tyranne
Vulcani iubeas me penetrare focos.
Seu mergi vitreas me deucalionis in vndas
Exilium ve pati, plus tibi (crede) noc .s
Mox alium qui me genuit dabit ecce Robertus
Qui cū lacte olim, non nisi vera bibit.
Quinetiam vasto tāta est mihi copia in orbe
Vt metuam ipse tuas nil (miserāde) minas
Si mala te cruciant sęuae contagia mentis,
Quae noto, nō ego te sed tua culpa praemit.
Haec tibi me lector voluit Cornelius ipse
Dicere voce data, qui mihi totus auet
Qui nō blādiri qui me intus & in cute nouit
Cui nihil est vero gratius atq; fide.
Hic mihi signifero praecepit honore reuisam
Marte olim rutilo orbis & vrbis auos
Non locus est inquit/quē nō tua gesta decorēt
Te nouit latium, Rheblata, Pindus, Arabs
Anglia te celebrat, scotus, brito, dalmata, iberus
Te belgae & Phrisij, Te q; sicamber amat
Te cymbri, Octauij, te sueui, te q; Turingi,
Francones, Hubij, parthenope q; colunt:
Perge igitur foelix & te duce Gallia vbiq;
Fulminet, ac nomen tollat in astra suum.
¶ Iodoci Badij Ascēsij de pręstātia gallorꝫ
Et autoris huius vtilissimi cōpēdij Carmē.
Acria męonio tot praelia digna cothurno
Tot q; cothurnati numeris referenda maronis
Gallica foelici defleuit marte iuuentus

Nullaq; principibus tam formidata togatis
Gens capitolinas toties obsederat arces,
Vnde auro pelli poterat non viribus vllis
Scilicet in somnis morat perducere noctes
Atq; assueta malo, patiensq; algoris & aestus
Prima per imbriferas sese traduxerat alpes
Protinus & parthos bello domitura feroces,
Subq; iugum graios victrix missura superbos
Vnde gerit mixtum nūc gallo grecia nomen
Nec tamen antiqua superis deuinctius vllum
Religione genus, nullū obseruantius aequi
Nullūq; excultis tā prestās moribus ortum est.
Sed neq; sacrorū reseranda occulta prophanis
Aut populo fixis duxit pandenda tabellis
Ne torpore graui iuuenū mens victa, librisq;
Freta aspernetur sacros ediscere ritus
Nec sua nobilius praeconia fulta triumphis
Et clarum facimus memori mandare poetae
Gestijt, aut docti scriptis concredere cadmi
Scilicet egregiae contenta egisse, diserte
Dicere neglexit, donec vi martis & aequi
Octauum inuicti carlum coluere latini
Parthenopeq; suū dominū agnouisse coacta est.
Teq; decus nostrum pulso lodoice tyranno
Insubres verum dominūq; ducemq; salutant
Nunc siquidē altissone tua fortia gesta camoene
Certatim ad superos tollūt, vnde aurea Fausti
Exoritur veterum nulli cessura poesis.
Quin adeo nostri nitor indelebilis aeui
Primus ab Italia linguam transferre latinam
Foelix, Robertus tua stēmata clara Guaguynus
A proauis atauisq; trahit, prolēq; per omnem
Ingreditur, totam referens ab origine gētem
Et quas quisq; vrbes curua signauit aratro
Et quibus auspicibus gallorum gloria creuit.

Proinde decus regum praeclaris annue coeptis
Et patere in toto resonent te pulpita mundo.

F I N I S.

Eiusdem Ascensij de insignibus Franciae in hoc opere p q̄ graphice suo quibusq; loco recensitis Epigramma.


Ira canāt alij sęuorum insignia regum,
Exuuiasq; ducū/quos mors depssit iniquus
Sint alijs aquilae fusi monumenta cruoris,
Informes vrsi, praedatoresq; leones
Ornamenta ferant radiantib⁹ vndiq; flāmis
Et thetidi & veneri, vulcania lapsa, per auras
Arma, numaeq; pio demissum ancille, togatis
Gestamen salijs. at nobis coelica dona
Et pia Francorum placeant insignia regum.
Aurea coelesti primum suffulta colore
Lilia/caesareis olim iam credita ceruis.
Auriflamma dehinc, veterum victoria regum
Tum sacrum niridis allatum chrisma colūbis:
Totq; salutiferi monumenta salubria christi
Crux, cuspis, claui, tunica inconsuta, corona,
Haec tua diuorū genitrix sunt francia dona
Adde duces bello formidatosq; pelasgis
Italicisq; equites, simul & pulcherrima rerum
Ornamenta, viros omni virtute cluentes.
Iusticia in primis, quae coelo egressa perennem
Parisio sedem posuit mansura senatu
Docta vbi cecropias exercet pallade mentes
Pagina dia nitens fidei splendore probatae
Atq; vbi diuini nitet obseruatio cultus,
Nec dubitem gnauos solerti mente colonos
Mollibus assyrijs, arabisq;, & pinguibus vmbris
Antetulisse, quibus grandi est industria gaze
Et mucro decori si quando in bella citantur


Adde alia egregię sexcenta insignia laudis:
Quae bonus exculto Gaguinus codice nobis
Edidit, historiae princeps & gloria Francae.

¶ Iodoci Badij Ascensij de operis huius accessione atque augmento Ad lectorem: cui salutem dicit: Carmen.



Andide ne dubites iusta ęra reponere lector,
Cultius ac multo ditius exit opus.
Accessere etenim / quas gallias possidet (vrbes
Cunctaque gallorum sub ditione loca.
Flandrorum comites primeua ab origine ducti:
Atque alia in proprijs plurima iuncta locis.
Vndecimusque liber tristi cum funere Carli.
Octaui & toto funeris officio.
Moestaque parisijs magni disruptio pontis:
Aduentusque ducis causaque fuliaci.
Quin adeo regum clarissima gesta duorum
Quorum marte / potens itala terra / ruit.
Ergo agedum reducem Ludouicum gallia regem
Victorem insubrijs conspice laeta soli.
Conspice censorem specimenque lutecia morum:
Et normanne tui perlege iura fori.

¶ Praeclarissimum hoc de francorum gestis compendium multis notatu dignissimorum additionibus librique vnius accessione locupletatum / emendatum ac denuo castigatū. Impressum est parisius per Petrum Vidouęum in inclita vrbe Parisiensi bibliopolam iuratum. Anno Millesimo quīgētesimo vigesimooctauo, Mēse Octobri.



Hæc ſunt francorum cęlebrāda inſignia regum,
Quæ demiſſa polo, ſuſtinet alma fides.



Par sit fortuna labori.

